

359



SLUB

Wir führen Wissen.



STADT
ARCHIV KAMENZ

II. B. 14.

CXXVI,

ANNO

STADII

&

IARIA EPHE-

COLVM, QVAE AD

Ephemeridum faciunt;

ta, ea facilitate expli-

a & Nativita-

GLACEN

ESSORE IN

Brandenbur-

decennium.



IORNII

359



III. 42. 1/2

EPHEMERIDES
NOVÆ

ANNORVM XXXVI,

INCIPIENTES AB ANNO

Xϰϰϩϩϩϩ 1595, quo IOANNIS STADII
maxime aberrare incipiunt, &
desinentes in annum
1630.

Quibus premissa est

INTRODVCTIO SEV COMPENDIARIA EPHE-
MERIDVM ENARRATIO, QVA NON SOLVM, QVAE AD
motum primi & secundorum mobilium, usumq; pleniorẽ Ephemeridum faciunt;
sed & plurima alia Chronologica & Astrologica præcepta, ea facilitate expli-
santur, ut inde quisq; Calendaria anniversaria & Nativita-
tum texere possit iudicia.

AVTORE

M. DAVIDE ORIGANO GLACEN-
SE, MATHEMATICO PROFESSORE IN
incluta Septemvirali Marchionum Brandenbur-
gensium Academia.

Cum gratia & Privilegio Superiorum ad decennium.



Francofurti ad Viadrum

TYPIS ANDREAE EICHORNII

ANNO 1599.





In effigiem

Reverendissimi ac Nobiliss: viri

D N. I O A N N I S H E N Z E
à Blanckenburg, &c:

Mæcenatis honorandi.

Hac tabulâ HENCEIUS sua nobis exhibet ora:
Quæ decorat gravitas; Gratia dia decet.
Cuius fama altum virtutis pulsat Olympum:
Lausq; simul toto spargitur orbe frequens.
Omnia in hoc quæ dona viro dignissima laude,
Virtus, Ingenium nobile, candor erunt,
Iovæ, virtuti & Musis favet; inde parabit
Immortale sibi post sua fata decus.
Vivat: & hanc faciem canorum silva venustet:
Dignus, mortales inter, & esse polo.

In Eiusdem Symbolum.

DUM SPIRO, uNICUM CHRISTUM SPERO.

Dum spiro, solum Christum sperare juvabit:
Hæc non confusum spes in agone dabit.
Summa dies leto cum cardine proferet ortus,
Eximet, heic miserum si quod acerbat, onus.
Spes pia nixa Deo tandem cum laude triumphat:
Cedat mortali freta ope; vana salus.
Ergo paret technas Satanas, mundusq; ruinam
Faucibus incluso, te duce liber agam.
Haud me contusum aut confusum secla videbunt,
Æquore nam lato tu mihi pandis iter.
Vana salus opibus fluxis confidere mundi:
Morte salus Christi fulta, ea vera salus.

Bartholæus Bylovius Poëta
Rudolphius.

a 2

Marggravi
consiliarius in
Schola Fribri:
A^o 1586.

In Insignia

Reverendissimi ac Nobiliss: viri

DN: IOANNIS HENZE

à Blanckenburg, &c:

Mæcenatis honorandi.

SI quis vult munus curare fidele fidelis;
Insomni vitam sedulitate tegat:
Si quis pernoctes vult evigilare lucernas:
Cura vetet; sua ne membra sopore premat.
Quisquis & in se nem discis fraudare quietem:
Ipse vigil vigiles discite imitare canes.
Ac veluti vigilanter opes tutatur heriles
Raptoremq; abigit provida cura canum,
utq; lupo custos defendit ovile Molossus,
Quæq; fuganda fugat, quæq; tegenda tegit,
Adsiduisq; truces actat latratibus apros,
Inq; Lycaonio crura cruore linit.
Nec sinit ut pecoris lupo expugnator ovili
Irruat, & rabido dissipet ore gregem.
Oppida cum teneat spacio distantia longo,
Quodq; est unius, nec sit ubiq; DEI,
Arbiter his Aquila Imperij, caput orbis, in orbe
Hos vocat: hos Aquila magnus inundat honos.
Hos decus, hos genus, & tantarum insignia laudum,
Hos vehit aeterno gloria fulva throno.
Quid te? quæ tua, cui, sollertia munia curet?
Vir Generose nitens stemmatibus, rogitem?
lactatum dubio faciunt insignia certum:
Quæ ducis summo jure, patrone potens.
Quæis meritò partis insignibus utere longum,
Et felix titulos nobilitatis habe.

Bartholomæus Bylovius Poëta
Cæsarius.

Reverenda dignitate,

Nobilitate & doctrina

Excellentissimo viro

D. IOANNI HENZE
à Blanckenburg,

CRUCIGERORUM CUM RUBEA STELLA
per Poloniam & Silesiam Magistro summo,

Et apud Vratislavienses S. Matthiæ Domino
ac Patrono &c:

Domino & Mecænati suo benignissimo S.



VM sapientissimus rerum omnium in natura
parens DEUS, Reverendissime & Nobilissime
vir, verbo suo omnipotenti ita condiderit hunc
mundum; ut mira harmonia, ac consonantia, in
singulis eius partibus appareat; nec frustra quid-
quam videatur factum: Et certus sit agen-
tium ordo in hoc universo: Eam demum de ef-
fectibus naturalibus Philosophandi rationem censemus esse veram &
perfectam, in qua caussarum non modo propiorum, sed & remotio-
rum, accuratum instituitur examen.

Etsi enim omni favore digni sunt, qui cum Empedocle & Demo-
crito in caussas propiores diligenter inquirunt, & ex istis effectus diju-
dicant: tamen illi præ alijs omnibus summam laudem merentur, qui,
ubi res ipsa requirit, altius, & à primo quasi fonte, cum Thalete &
Anaxagora, actiones in natura scrutantur & solerter indagant. Non
enim materia inferior, utut vestita sit suis qualitatibus, quæ ad

actiones eam impellunt, quidquam agit & producit, sine aliqua agente seu efficiente causa remotiore; cum nec rotam figuli agitari posse, absq; primo caelesti motu, haud perperam senserit naturæ perspicacissimus ocellus Aristoteles; & qualitates ipsæ ortum suum habeant à motibus superioribus: Ideo quoq; continuus factus sit hic inferior mundus superioribus motibus, ut omnes vires eius à superioribus regantur.

Comprobat hoc ipsum, quod diximus, quotidiana experientia, quæ docet perpetuum & variè errantem fluxum, & adsidua qualitatum certamina, materiæ inferioris, non tantum à caelestium corporum multiplici motu provenire; verum etiam certis motuum periodis, seu cancellis, ne in infinitum vagetur, regi & in circulum agi; ut ex motuum legibus, longè ante eventum, quid expectandum sit in aëre, aquis, terra, rebus nascentibus, & incolis globi terrestris, facile sciatur. Namq; ut à notissimis, quæ in oculos etiam ineruditorum manifestè incurrunt, ordiamur, & inde ad ea, quæ longius à sensibus remota sunt, abeamus: Quis non videt, Solis motu duplici, annuo & diurno, gratissimas & naturæ necessarias temporum vices, hyemis, veris, æstatis & autumnii, dierum & noctium effici, Variariq; pro ipsius ad terram habitudine, atq; à punctis verticalibus distantia? Affirmare certè qui vis cogitur, à Solis quotidiana circumactione, ortu, obitu, & ad meridiem delatione, qua cum aliæ atq; aliæ subinde stellæ efferuntur, ad meridiem adducuntur, & sub occasum urgentur, aërem vel incalescere, vel in frigidari, vel humectari, vel arefi ri, vel turbari obnubilariq; vel serenescere: Et à Solis in sua via $\delta\iota\zeta\ \mu\epsilon\sigma\omega\nu\ \tau\omicron\upsilon\nu\ \rho\omega\delta\iota\omega\nu$ cursu, annuam aëris temperiem, ad terræ & rerum ex terra nascentium utilitatem ita affici, ut eius ad nostrum verticem accessu, cuncta, quæ hyberno frigore fuere constricta & congelata, calore solvantur ac liquecant, aër rarior ac subtilior efficiatur, plantæq; ac segetes, quæ antea radiorum vivificorum Solis remotione et absentia, aridæ & exsiccæ, ac quasi mortuæ apparebant, eodem calore vegetatæ ac fortæ, reviviscant, in germina erumpant, succis ex terra haustis luxurient, & immensam

immensam

immensam frugum varietatem, quibus animantium vita conservatur, promant, & suppeditato alimento, ac convenientibus qualitatibus in aëre & terra excitatis, ad maturitatem perducant.

Nec inficiabitur quisquam, Lunæ, quæ terris proxima est, motu, humiditates commoveri; ut crescente eius lumine ipsæ quoque augeantur & corporibus affundantur: Deficiente verò lumine, & ipsæ exarescant & resorbeantur.

Æstus quoque maris ab utriusque luminaris motu, in primis Lunæ diurno dependet. Namque effervescit & insurgit mare, Luna ab horizonte Orientali ad fastigium cæli sese attollente, vel etiam ab Occidentali versus inum cæli descendente, & eadem ad summum vel inum cæli delata, in summo fervore subsistit, littora omnia complens. Contrahit autem & recipit sese vicissim, Luna à meridiano versus horizontem occidentalem descendente, & ab ino cæli ad ortum assurgente, ut existente in horizonte utroque, maximè subsidere, & littora sua deserere animadvertatur. Suntque hi fluxus & refluxus ita affecti, ut in novilunijs & plenilunijs, consentiente actione utriusque luminaris, validissimi; in quadraturis verò, agentibus in contrarium luminaribus, incitante uno, altero retrahente, remissiores sint ac languescant. Criticorum dierum in morbis rationem, aliunde, quam ex Lunæ incessu, commodius nullus unquam quaesierit. Cum enim septimo die ad signum contrariæ naturæ illi, quo morbus cæpit, Luna semper perveniat; sanè si tunc reliquorum planetarum consensu morbo adversetur, & naturam ægri contra morbum roboret, morbum vel planè finiet, vel eius vehementiam multum frauet: Si verò cum morbo consentiat, & in naturæ perniciem conspiret, non solum eundem augebit, sed & naturam evictam prorsus extinguet.

Certum & hoc est, ortum nascentium tanta vi & efficacia Lunam moderari, ut quod & regula Hermetis Trismegisti habet, absoluti & maturi fœtus tum in lucem proferantur, cum Luna vel idem exactè, vel oppositum signum, quod tempore conceptionis tenuit, occupat.

Nec multos latet, silente Luna nata, pleraq; imbecillia, arida & exsukka esse, & calorem acrem atq; excedentem, membraq; præcipua male affecta habere; quando & agricolæ studiose vitant, ne matricibus Gallinis ova incubanda interlunio subijciant. Et subest huius rei hæc caussa, quod ut Luna humiditatum mater lumine tum caret; sic genita conveniente humiditate attemperante & mitigante calorem destituantur.

Hinc diligentius perpendentibus effectum astrorum, eundemq; cum genituris hominum conferentibus, hæc quoq; longo usu comprobata & in certos Aphorismos congesta, sese offerunt: Quibuscunq; luminaria infeliciter ponuntur, & à maleficis, Saturno ac Marte malignis radijs læduntur, brevioris sunt vitæ: Longioris verò deprehenduntur, quibus luminaria à malis sunt libera, in angulis, prima & decima domo, disjuncta, in configuratione fortunarum.

Venus honestè posita, cum Iove, Sole, Luna, Capite Draconis, in aspectu trigono, sextili vel coniunctione, indicat elegantes & honestos nati mores, qui gratiam in omnibus actionibus præstant. Turpes verò, & qui natum in visum hominibus efficiunt, denotat Venus inhonestè posita, cum Marte, in quadrato vel opposito radio, vel cum Saturno & cauda Draconis.

Si quoq; in genitura nati jungantur Mars & Venus, tum quidem eum idoneum efficiunt ad tractandam artem Medicam; sed partem concupiscentem ad libidinem & inordinatum amorem accendunt, in primis si in Capricorno concurrant, & adsit Mercurius.

Mercurius feliciter positus, in propria domo, aut signis æthereis, Geminis, Libra vel Aquario, aut felici aspectu Lunæ, felix ingenium largitur: infeliciter, peregrinus aut cadens, in signis terreis, cum malis radijs maleficorum, vel exiguum vel nullum præbet. Excitata & arguta, sed subdola fraudulenta, & varia ingenia gignit, Martis, Mercurij & Lunæ coniunctio. Quatuor aut plures planetæ in essentialibus dignitatibus constituti, excellentem fortunam nati denotant: Stelle quoq;

quoq; fixæ illustres primæ magnitudinis, ut Regulus, Spica Virginis; Ori-
onis humerus dexter, Sirius, Plejades etc: angulos præcipuos cæli, ut
primam & decimam domum possidentes, vel etiam planetas beneficos
stipantes, felicem efficiunt natum. Infelicem verò, si nulla fixa splen-
dida in angulis, vel cum planetis constituatur: aut etiam quatuor vel
plures Planetæ in detrimentis, casu, aut prorsus peregrini fuerint.
Sol Luna & benefici planetæ, in genitura fortes, in angulis primæ vel
decimæ domus constituti, & dignitates essentielles occupantes, officia
publica & magnas dignitates nato promittunt. In octava autem vel
duodecima existentibus luminaribus, vel etiam Saturno & Marte ex-
tra domicilium, exaltationem, receptionem beneficorum aut lumina-
rium, coniunctis, carcerem mimantur. Quod fratrum concordia ple-
rumq; rara sit, arguit Mars significator fratrum etc:

Sed longiorem talium Aphorismorum telam lubens abrumpo, &
de Eclipsium luminarium operationibus quædam adjungo. Hæ ut tri-
sti ac deformi sua facie terrent homines: Ita multò magis effectu per-
nicioso, eos, resq; ex terra nascentes feriunt & affligunt. Nunquam
enim innoxie, quod exempla & veterum & nostrorum temporum des-
monstrant, vel Sol Lunæ interventu suam terris abscondit faciem, vel
Luna in umbram terræ incurrens luminis mutuaticij perpeffa est jactu-
ram: Quandoquidem non modo illa Eclipsis Solis, quæ regnante in Me-
dia Astyage conspecta est, quam Thales primam apud Græcos prædixit,
multorum regnorū in Asia mutationes secum attulit, ut quam paulo post
subsequuta est translatio Monarchiæ Medorum ad Persas per Cyrum,
potentissimiq; Lydiæ regni capto Cræso subactio, & rebellantium Græ-
carum civitatum in Asia dura afflictio: Neq; etiam illa notissima ex
Thucidide, quæ primo anno belli Peloponnesiaci in Græcia accidit, ut
quæ morbum pestilentem in illis regionibus accendit, quo correptis, in-
tra paucos dies, putrefacta brachia, capita & pedes à reliquo corpore
sponte deciderunt, eversa sunt præcipuæ urbes, trucidati multi & ma-
gni exercitus: Verum etiam nostrorum temporum Eclipses, magnæ
Impe-

imperatorum & regnorum mutationes & motus, non sine multa sanguinis effusione exceperunt.

Quis enim mediocriter in historiis versatus ignorat, maximas illas cum in religione tum in Politijs perturbationes & reformationes, quae Caroli Magni Imperium antecesserunt & concomitarunt, à creberimis Solis & Lunae Eclipsibus quasi digito monstratas fuisse? Et terram illam Solis Eclipsin, quae anno Christi 1384 die 17 Augusti in 3 grad: Virginis accidit, bellum illud cruentum praesignificasse, in quo Leopoldus dux Austriae cum Helvetijs confligens, non sine incruenta victoria Helvetiorum cum numerosa nobilitate occubuit?

Quanti quoque tumultus bellici Eclipsin Solis satis magnam in 15 grad: Arietis, Anno 1419 sequuti sint in Bohemia, haud obscurum esse potest. Ioannes enim Zisca nobili genere ortus, vir ingeniosus ac rei militaris peritissimus, Hussiticis rebus favens, collecta parva manu, ingentes copias Bohemorum fudit, ac tota ferè Bohemia potitus est: Sigismundum inde Imperatorem multosque alios Germaniae Principes in fugam egit, & vastatis locis vicinis magnum terrorem Germanis incussit.

Sic Eclipsin Solis in 16 grad: Virginis, 29 die Augusti Anni 1448, excepit bellum grave & atrox, quod Albertus Marchio Brandenburgensis cognomento Achilles, cum civitatibus Imperialibus gessit; in quo Principum & civitatum exercitus infensissimis odijs inter se concertarunt, multae utrinque caedes, rapinae, incendia, depopulationes acciderunt, & biennio demum exacto, deficientibus commeatu ac pecunia, pax constituta est.

Ac illa quidem quae subsequuta sunt Eclipsin Solis in 26 grad: Geminorum Anno 1518: Et eam quae Anno 1520 in 10 grad: Scorpionis facta est, cer vicibus nostris, nisi Deus Ecclesiam suam mirabiliter servaverit, non nisi extrema hoc tempore minitantur. Neminem enim ex nostris hominibus, qui res Hungariae, ob saevientem hoc tempore in viscera Germaniae Christiani nominis hostem, diligentius considerant, latet, recens designatum Turcarum Padiſcachum seu Imperatorem Soleimauem, eo tempore

Sic An 1618 excitavit
Dnus Comitem de Thurn
qui rebns dithma
his favens contra
seditiosos papistas
in Boemia feliciter
bulla gessit, et fr
suitas ex regni
istig monasterijs
et archiepiscopi

tempore in fines Pannoniae irrupisse, & primum Sabatziam castrum
munitissimum, quod Turci Bogiurtulen vocant, vocabulo significante
castellum pestilentis herbae, quod saepius antea cruentis ac feralibus praes
lys de illius possessione inter Hungaros & Turcas pugnatum fuisset.
Hinc Belgradum validissimum Christianorum propugnaculum & a
lia quam plurima oppida ac castella expugnasse, ac suis aditum in
Hungariam patefecisse. Nec multum dissimilia illis fuerunt, quae
Anno 1540 et aliquot sequentibus e venerunt paulo post Solis Eclipses
teterrimas, unam Anno 1539 in 8 grad: Tauri, alteram Anno 1540 in
27 grad: Arietis, Et tertiam Anno 1541 in 7 grad: Virginis, quam
anteceffit in initio Veris magna Eclipsis Lunae in principio Arietis.
Illis enim temporibus, cum effectus istarum Eclipsium concurrerent,
& in aliquot sequentes annos sese extenderent, idem Padiscach Tur
carum Soleimanes, Anno quidem 1540 per Chairadinum Bassam ca
stellum probe munitum Dalmatiae, Arcem Novam, quam Christiani
occupaverant, recuperat: Ipseque Soleimanes Anno 1541 evocatus ab
Isabella Polona, Vidua Ioannis de Zapolla Cepisiensis Comitis; quam
Ferdinandus Imperator Hungariae Bohemiaeque rex, per Perinium Pe
trum & Rogendorfium magno cum exercitu Budae obsederat, in Pan
nonia exercitum Christianorum ex Hungaris & Germanis terrore
adventus sui obsidionem solventem, & fuga tumultuaria vitae frustra
consulentem, magna strage edita cecidit; et Budam cum maiore
Hungariae parte suo Imperio subiecit. Anno vero Christi 1543, cum
vires istarum Eclipsium in primis ultimae adhuc vigerent, Valponem,
Pestum, & duas Episcopales sedes, Quinque Ecclesias & Strigonium
expugnavit, Albamque regalem maxima Christianorum clade in suam
potestatem redegit. Praetereo consulto enumerationem malorum, quae
ex Eclipsium horum temporum, quas partim habuimus partim habi
ri sumus, decretis, cum in Hungaria finibusque Germaniae tum intra cu
iusque parietes, Divina voluntate, nos ob peccata nostra undique exagi
tant, cum notissima ea sint, & proh dolor magis a nobis sentiantur,
quam ut verbis ostendi & exprimi possint. Mani

Manifestum verò & hoc est, Eclipses Solis & Lunæ in aëre & tempestatibus qualitates multum variare & mutare, ut vel calor vel frigus, vel humiditas, vel siccitas, ultra solitum intendatur: unde rerum ex terra nascentium proventus impeditur, & magna alimentorum, ad conservationem vitæ animantium necessariorum, penuria existit. Expertum enim est, luminarium in primis Solis Eclipses in signis igneis, Ariete, Leone & Sagittario, concurrente Saturni & Martis congressu cum stellis fixis, magnos, diuturnos & perniciosos aestus excitasse, sicut docent exempla Eclipsium, quæ acciderunt anno 1516, & anno 1540. Cum enim Luna bis, & Sol semel Eclipsin passa esset anno 1516, & accidisset Eclipsis Lunæ posterior in principio Leonis, existentibus tempore Eclipsis superioribus tribus planetis in triplicitate ignea, Saturno quidem in 11 grad: Sagittarij, Iove in principio Leonis in corde Solis, Et Marte in fine Arietis; subsequuta est mox sequenti anno, cum Iupiter & Mars coniungerentur in Leone, aestas multum flagrans & sicca, in qua non pauca exaruerunt flumina. Simili modo Anno 1540 Eclipsin Solis in grad: 28 Arietis, quam præcedenti anno præcessit alia Eclipsis in grad: 7 Tauri signo terreo, excepit è vestigio aestas aridissima & calidissima, quæ tanto tempore duravit, ut magna flumina, aquis calore absumentis, tuta transeuntibus vada præbuerint, & mediocria prorsus exsiccata fuerint, sylvæ à radijs Solaribus accensæ conflagrarint, & crebra in multis Germaniæ & Bohemiæ locis incendia fuerint; sicuti & tum Pragæ regia cum æde primaria sumptuosi & magnifici operis igne concidit. Et contra contingentibus Eclipsibus in signis aqueis, Cancro Scorpione & Piscibus, deprehensum est humiditates auctas esse, imbrium magnam frequentiam cecidisse, & exundationes inusitatas ac diluvia fuisse. Namq; anno 1513 cum Eclipsis Solis appareret in 27 grad: Piscium, Marte in Tauri decimam domum occupante, ac sauciato oppositis radijs Saturni, qui in quarta domo in Scorpione extitit, maximæ inundationes fuerunt.

fuerunt, quæ perdiderunt passim ædificia, agros, arbores, plantas, ac
terræ fructus. Ac ne remotiora exempla sumamus, vel elapsi
anni 1598 Eclipsis Solis tetra, cuius medium in 16 grad: piscium, die
25 Februar: anni veteris, 7 verò Martij anni reformati Hora II,
30 min: ante meridiem in nostro Francofurtano horizonte apparuit,
rem verè ita sese habere demonstrat. In illis enim locis plerisq;
quæ quadrangulo communium signorum, Piscibus, Geminis, Virgini
& Sagittario subiecta sunt, ad quæ effectus eius propriè etiam perti-
net, visa luminarium coniunctio, ob densissimas nubes quas efficaci-
ter coëgit, conspici non potuit, quæ à nobis à principio ad finem usq;
manifestissimè per convenientia instrumenta animadversa & depre-
hensa est. Et ut tum statim ob pisces in medio cæli, in quibus
cum Mercurio luminaria fuerunt, & Cancrum horoscopantem, cuius
principium tenuit Mars, Eclipsis pluvias minitata est: sic easdem
quoq; mensibus Iulio & Augusto, quibus efficaciam suam in hæc in-
feriora exerere cepit, copiosissimè effudit, ut non modo collectionem
frumenti, cuius haud exiguus tum proventus apparebat, impedierit,
quod quoq; demessum & continuis imbribus humectatum & macera-
tum germinare & in herbam excrescere visum est, magnamq; anno-
næ caritatem induxit; verum etiam aquarum passim confluentium
copia flumina ita auxerit, ut impetu aquarum in multis locis ædificia
subversa, & incolæ submersi fuerint. Testis huius miserande
stragis vel Glazium patria mea dulcissima esse potest, ubi flumē Nis-
sa insolito more auctum & præcipiti cursu ætiam complures domos e-
vertit, & sesquimilliarum ab eadē in oppido VVarten, montis, quem Van-
na hominum superstitione ad expianda peccata sacrum habuit, radices
alluvione sua adeo absumpsit, ut maxima eius pars à sede sua dimota in
vadi locum sese præcipitarit, et intercepto aquarum defluxu, in stupen-
dam flumen assurrexerit altitudinem, & tandem aliam viam, monte
priorem occupante, sibi quaesierit. Similia fermè experta est maior
Silesiæ pars, quæ Virgini subiecta est. Nam & imbres copiosissimi
& diurni,

Bis hoc a. d. 1598 facta
est Albidos exundatio
ingens in Martio et
Augusto.

Et diuturni, messi, quæ apud nos sereno existente cælo detrimenta nulla sensit, plurimum nocuerunt; nec satio hyberna ob niuium insolitarum copiam commodè institui potuit. DEVS in posterum maiora mala clementer à verticibus nostris advertat.

Iam si quis horum eventuum ex Physico, cælestium operationum ignaro, rationem quæreret, aliam certè is non afferret, quàm quod materia pluviarum, quæ variè agitur, in eam regionè tam copiosè præcipitata sit. Causam autem veram, utut remotiorem, naturalem tamen Astrologus monstraret, Et eam quidem, quæ jam à nobis exposita est.

Ex quibus omnibus, quia luce meridiana clarius patet, magnam esse efficaciam astrorum, non tantum in ciendis tempestatibus, sed Et producendis alijs in anno eventis; quis quæso amplius dubitabit, ad inquisitionem actionum in natura, unicè necessariam esse motuum corporum cælestium considerationem?

Quando verò ea, quæ ad istius, quam dixi, inquisitionis præxin, in Astronomicis Et Astrologicis tantummodo præceptis comprehensam requiruntur, hinc inde quidem à multis, sed à paucis plenè Et perspicuè proponuntur: hunc laborem in hac Introductione mihi sumere volui, ut qua ratione ex præceptis optima ratione nitentibus iudicium conformandum sit, monstrarem. Construxi igitur initio regulas necessarias, quibus tempus quodvis propositum ad abacum Astronomicum præparetur, ut ad id motus cælestes tutò inquirantur. Hinc quibus adminiculis ad cognitionem motuum cælestium eorundemq; accidentiū perveniamus, ostendi. Ac tandem qua ratione ex motibus, cum de constitutione aëris, tum quæ constitutionem illam sequuntur in rebus ex terra nascentibus, quæq; hominibus tam privatim quàm publicè eveniunt pronuntiandum sit, explicavi.

Tuæ vero Reverendæ dignitati, summe per Poloniam Et Silesiam Magister Crucigerorum cum rubea stella Et c. Domine Et patrone benigni, ime, hunc meum laborem inscribere Et dedicare volui; ut
hoc

hoc qualicunq; chartaceo munere, meam pro egregia tua in me voluntate, abundè huc usq; opere ipso declarata, gratitudinem probarem, & quodammodo testatam facerem.

Cui enim potius hæc Astronomica & Astrologica præcepta quibus Ephemeridum usus explicatur, nuncuparem, quam tibi, qui de his ipsis studijs præclarè semper iudicasti, dum non modo in Iuventute sedulam operam iisdem impendisti, sed & nunc ætate grandiore ea amas & magnificis & munificentia tua me in editione huius operis nutantem & vacillantem fulcire, & fideliter adiuvare non dubitasti. Accipe igitur Reverendissime & Nobilissime Vir, Domine et Mæcenas omni observantia honorande, has jure optimo tibi inscriptas motuum & effectuum astrorum lucubrationes, ijsq; in bibliotheca tua locum aliquem ne denega.

Quod ut te facturum mihi promitto, ita solita tua humanitas & erga me benevolus animus, ne aliter sentiam, certò persuadet.

DEVS cæli & fulgentium in eo stellarum, terræq; & quæ in ea sunt & vivunt naturarum summus opifex, unus in essentia, trinus in personis, in quo unico sumus, vivimus & movemur, te omni benedictionũ genere locupletet, et multo tempore tueatur et conservet. Benè & feliciter Valeat Reverenda & Excellens tua dignitas, meq; sibi commendatum habeat. Data Francofurti ad Viadrum Calendis Decembris Anni 1598.

Reverendissimæ & Nobiliss:

Excellentiæ tuæ

addictissimus

M. David Origanus.

β

Dum

INNOMUM
EPHEMERIDUM OPUS
Clarissimi Viri

Mathematici solertissimi.

DN: M. DAVIDIS ORIGANI

Επιγράμματα

A Professoribus & amicis
Scripta.

Πληθύνων γενετῆρ' ὠδαῖσ' κλέεσι καὶ ὕμνοις
Οἱ πάλαι, ὡς μεγάλων αἰτίων ὄντ' ἀγαθῶν ἔ
Ὅν Φασσι βαροῖσιν ἐπηρμένον αἰθερα νότοις,
Στηρίζαι μελάθρων κίονας ἀσροφόρων.
Ἐκ ἱππῶν δε, μόνος γὰρ ἄρ' ῥήματι πάντα κατ' ἀρχαῖς
Κτίσσειν, ἀέ γε φέρει ῥήματι πάντα θεός.
Ἀλλὰ μέγ' ἡμέτερον τῶ ὄντι Ορίαν ἔργον
Πρῆξε. τί; ἐς γαίην ἤγαγεν ἄστρο κατώ,
Ἐροῦν ἔμβεβαῶτα ὄμιον, Φοῖβόν τε, σέλας τε,
ἠδὲ δῖ', ἠδ' ἑρμῆν, κύπριν, ἄρηα, κρόνον.
Τῶν παρ' ἠερῶν πρῶτον ἔθηκε, καὶ εἰσπρόαν ἐπίπρασεν
Πόλλ' ἐσ' ἔτη καμάτης, μέτροτε δῶκε χροῦνων.
Πῶς δυνατὸν τόσον ἀνδρὶ βροτῶ, ἔχ' ἤττον Ἀτλαντος
Ἀδρανεῖς σοφίην ἔλλαχεν ἀντὶ βίης.
Ἡδ' ἔτ' ὠσ' ἐνέθησε βίβλοις, συνέκλεισε τε δέλτοις
Ἀτρεκέσ' ἀρχηγὸς ἑραυνοῖο δρόμου.
Θάυματος ὦ μεγάλῃ! μέσση σοφῶν ἔξοχ' Ἀτλαντος
Ἄνδρα κροταῖτε, μακρὸν καὶ δότ' ὅπιοτε κλέος.
Μηκέτι δ', ὅτ' ὄρεσι χάρει, τις Ορίανον ἔπει,
Ἀλλ' ὅτι θῆα πόνων, πᾶσι γανοῖ τὸ ὄρειν.

M. Pancratius Crugerius Finsterwaldensis,
in Academia Francofurtana Græcæ
linguæ Professor, & id tem-
poris Rector.

Dum

Dum stabiles cæli metiris **ORGANE** leges
 Et numeras gradibus sidera mota suis,
 Uranie; felix, inquit, cui nomen ab herba
 Non tam ponè solum quàm videt ante polum,
 Non iam montanis gaudet, sed gaudet Olympo,
 Mox stat ad Eridanum, mox stat ad Erigonem,
 Et cæli gyros & sidera lucida monstrat,
 Auctior hinc, novus en Uranogogus erit.
 Excipit Ensebie; non exterioribus heret
 Internas etiam vult penetrare domos,
CHRISTVS ubi Horoscopus, culmen **DEVS**, ima supernis
 Aspectu blando consociata nitent,
 Quis dubitet cælis affixum dicere mecum
ORGANON ò laudis Lux veneranda tua?

Christoph. Pelargus D.

Si quid inest nostris quod suave, quod utile Musis,
 Extat in excelfo, teste Platone, polo.
 Aspicias hic mira stellas ratione locatas,
 Hæc magis, illa minus, hæc nebulosa, micat.
 Inde Creatoris diffusa potentia Cælo
 Lucet, & artificis facta stupenda probat.
 Sæpius Eclipses ad certas conspicias horas,
 Discis & has, pestem, bella, notare, famem.
 Aspicias ad solium Solis, vaga sidera motu,
 Nunc propè, nunc solitas longius ire vias.
 Quæ licet incertis ferri videantur habenis:
 A Duce iussa tamen cur moueantur habent,
 Ut pateant igitur Phœbi Lunæq; labores,
 Vnde parallaxis structus ab arte canon,
 Firmet & ut fixis æris hæc tempora, nostris
καυόμενοι quadrent in numeri numeri.
 Condit Ephemeridum Viadri præclarus ad vndas
ORGANVS, clarium quod modò prodit opus,
 Huc ades idcirco cui dia Mathematica curæ
 Ætherias lustres hoc duce sæpè domos.

8 2

Non

Non hic Eudoxi tabulas, non æthera vitro
Clauſa Syracuſij cernis in arte ſenis.
Æternis ſed picta vides hic ſidera chartis,
Vnde tibi magnæ præmia frugis erunt.
Aſt, Vir clare, tuos aſtris poſt fata labores
Enthea luciferis inferet Vranie.
Sic Atlantiades : ſic cælo fulget Orion
Proxima ab Erigone ſtella erit **ORIGANI**.
Viuet opus, durabit honos, tua nomina terris
Grataq; poſteritas non ſine laude canet.

*Andreas VVencelius D. & Profef-
ſor Theologia, & Paſtor.*

Ad Lectorem.

Quæ ratio cæli, multos quis curſus in annos
Oſtendit præſens candide lector opus.
ORIGANI labor eſt, cui grata mente fauebis.
Sic tibi venturo tempore plura dabit.

*Martinus Benckendorff V. I. D.
& pandectarum Profefſor.*

Epigramma.

Quod fragili vitro cæli concluſerat ignes,
Fama Syracuſium ſuſtulit artificem :
Tu ſtabili cælum comprehendis **ORIGANE** cartâ
Hinc durabilius nomen in orbe feres.
Ille labor perijt vitri ſub fragmine, durat
Hic tuus, & multis ſignat ad aſtra viam.
Ergo diu videas cælum, tibi rideat illud.
Inter tot cæli ſidera, ſidus eris.

*Michaël Bolfras Frañf. I. u. D. Aca-
demie Patriæ Syndicus.*

Viderat Origanum Podaliri arcana ruentem
Vranie, & toto pectore congemuit.
Non, ait, hicce ſoli plantas rimabitur, ampli
Ingenium hoc cæli eſt, me ſubigente, capax.
Dixit, Atlanteum mentiq; afflauit acumen,
Atq; humeris robur Diua benigna dedit.
Hinc ille extemplo nocteſq; dieſq; labores
Dimenſus cæli eſt innumeris numeris.
Quos quicumq; poli ſpectas alpheſta, labori,
Auctorig; nouo lingua animisq; faue.

Fruſtra

*Frustra es livor enim. Nam quam sudore columnam
Nominis erexit, nil abolere potest.*

Balthasar Caminaeus I. V. D. Poeseos Profesi:

Ad Lectorem.

Noster Ephemerides quas scripsit Origanus arte,
Fide, labore, industria,
In lucem missas Lector perpende, videbis
Virum in Mathesi principem.

*M. Ioh: Schofferus Profeso
sor Rhetorices.*

ITala Pittatos jactet terra atq; Maginos:
Et sit Mestlinis clara Tubinga suis,
Conciliet Belgis Stadius decus: & Cyprianus
Arte sua patrium tollat ad astra solum.
Heic quoq; Francfurti DI sunt: hac arte in eadem
Nempe virum, quo se Marchia jactet, habet.
Ecce etenim ORIGANUS, vir in astris alter Orion,
Utq; humeris Atlas, caelum animo tolerans,
Edit opus, decus unde capit famamq; perennem
Slesia quae genuit, Marchia quae tenuit.
Nam licet hinc, cuicumq; libet, sine nosse labore
Aethereas vires, sidereasq; vices.
Astrorum hinc cursus, hinc intervalla dierum,
Mensium & annorum discere quisq; potest.
Est sua laus cunctis, hanc qui co'uere palaestram:
Hos tamen exsuperare Origanus satagit.
Et scrutatur enim momenta vel ultima: & ultra
Addit ab egregijs praeterita ante viris.
Ergo Deo grates, bone, dic; longamq; precare
Auctori vitam; atq; huic operi genium.
Et fruere interea hoc: donec tibi prodeat, altis
Quem fingit curis Origanus, Trigonus.

M. Christoph. Neander Professor Ethicus.

TRansit heroico sublimis ad astra cothurno
Turba, cui terram noscere cura fuit:
Quaeq; animis manibusq; potens fuit acris in armis:
Qua duce precipites sustulit unda rates.

β 3

Pascitur

*Pascitur ambrosia Cereri sociatus Iacchus,
Et Mars armisonans, aquoreusq; parens.
Innotuere mare, ac tellus; sunt condita regna;
Claros terra, mare, & regna dedere deos.
Quid mirum, indigetes si suspiciuntur in arce
AETHERIA, Alcides, qui Iove natus erat,
Inachidesq; celer, nymbisq; adsuetus Orion,
Quiq; tulit quondam sidera vertice Atlas?
Scilicet hi cali flexus, vaga lumina, cursus
Docti sidereos, edocuere rudes.
Quam certo cocant remeentq; errore planeta:
Ut princeps rosea Sol face signet iter:
Longius aut propius solem bis terna sequantur
Lumina: & in numerum quilibet annus eat.*

*ORIGANVM Vrania genitum sic dixeris; unius
Cui labor est, superas visere mente domos.
Innumeros volvis numeros; numerare laboris
Præmia non poteris Vir venerande tui
Laudem, qua nummis potior: numeraberis inter
Semideosq; homines semi hominesq; deos:
Quæ tibi laus vivo parta est, post fata manebit,
Cumq; polis tua erit tempore fama pari.*

M. Caleb Trygophorus Professor
Logicus honoris causa f.

*O gratum Origanum Musis! qui sidera scrutans
In florem aureolas trudit Ephemerides.
Montibus Origanum gaudet medicabilis herba,
Et recreat succo lumina pigra suo:
Non secus his David acuit discentia scriptis
Corda Virens viadri cis juga vitifera.
Origanum floret: sed flos est ille caducus:
Deflorere vetat Cynthius istud opus.
Excipis hunc igitur fruticem qui pectore leto,
Auctori grates officiosus age.*

M. Leonh: Iacchner Vratislaviensis Pastor
Ecclesie Vlersdorfianæ in Moravia.

*QVæ præstare queat commoda publicis
Permagni studijs ingenij vigor
Ingenti monumenta
Dant luci veterum bono:*

His

His & codicibus claret. Et his nitet
Quis motus rutili sidercos poli
Eclipsesq; minaces
Obfert ordine, ORIGANUS

Famâ Cælicolum notus in astricis
Oris: ingenio cælica nam suo
Subiecit variata,

Quæ libris simul extulit.
Non stips, non studium, non labor arduus
Non curæ vigiles, non labra Cretica
Huic magnam meditantî
Iniecere molestiam.

Quas insignis huic Pieridum cohors
Nunc grates referet? cedat iniquitas;
Cedant, quos fovet ultrò
Dentes ZOILUS invidi.

Cedunt spontè, manet victor ORIGANUS
Acceptus patriæ gratus & exteris:
Hunc cælo beët cævi

Rex, hunc Musa vetet mori.

M. Iacobus Schickfuß Subusienfis, Acad: Franc. Notarium.

Cui? nulli celebrata sat est divina *Mathesis*,
Digna Maronæâ nomen habere tubâ.

Hæc nos, hæc æthraq; vias, celiq; meatûs
Surgentes Soles occiduosq; docet.

Hæc numeros adhibens, nodosum lustrat Olympum,
Stelliferosq; globos, ad rata puncta vocat.

Fert ad Atlantæos hæc una scientia tractus,
Insuetas sensus monstrat & ire vias.

Altiùs in sacros rapitur mens dia recessus:

Atq; propinqua dijs sidera tractat humi.

Hæc mentem superis & avitis sedibus addit;

Conloquio utentem proximiorè Dei.

Sola soli patulum desinit ab arte theatrum;

Singula distribuens limite regna suo.

Hoc docet ORIGANUS, solidum qui sidere celum

Nocturnâ didicit mente; oculisq; iterat.

Ducta cui fixis signatur linea punctis:

Angulus ad normas exigiturq; suas.

β 4

Fulgida

Fulgida commonstrat remeent quã sidera lege;
Et mundi solers excutit omne latus.
Quidpe futurorum quæ sit fortuna dierum;
Et quæ præteritum pœna secuta nefas.
Congessit libro scitu dignissima, apertam
In lucem promens cautus Ephemeridas.
Qveis nos jura poli, faciẽmq; nitentis Olympi,
Tempora cum causis & docet arte suis:
Huc ades, insuetis ad sidera tendere pennis
Qui cupis, & discas visere templa Dei.
Indue quasq; tibi contexit ORIGANUS alas,
Qveis datur ad cali carpere summa vias.
Remigio hoc superis felix adlaberis oris,
Hoc non factum homini Dædalus egit iter.
Remigio alarum hoc nudatus, ab aere lapsus
Icarus: à lapsu nomina pontus habet.
Tu virtute nova tendes sublimis in altum,
Hoc te hic ad superos tramite vectat iter.
Qui prono pondus nunc vertice fulcit Olympi,
His quondam meritis sidera scandit Atlas.
His quondam suboles Hyrea micantibus astris
Addicta; hisq; ipsis adnumerata fuit.
His etiam Alcides calorum in parte receptus
Eximium liquidã repperit arte locum;
Te quoq; pro meritis, partes quibus orbis adimplet,
Tecta superna manent, sidus & ORIGANI
Interea longum utaris vitalibus auris,
Caspj & ad fines serus Atlantis eas.

B. Bylovius, Artium & Poësios
Magister.



M. DA-

M. DAVID ORIGANVS GLA
censis Astrophilis & candido lectori
S. P. D.

SEPTIMUS iam annus agitur, amicissime Lector, quum hasce, quas nunc pu-
blico ului exhibeo, condere coepi Ephemerides; adductus ad hunc laborem
his in primis rationibus; quod posteriores IOANNIS STADII à calculo Ta-
bularum Prutenicarum, unde deductas esse ipse gloriatur, multum aberrare, &
M. MICHAELEM MÆSTLINVM Mathematicum præstantissimum &
Professorem Academiae Tubingensis solertissimum, alijs procul dubio occu-
pationibus distractum, Ephemerides suas ab anno 1577 ad annum 1590
constructas, ulterius; ut quidem in dedicatoria sua pollicitus fuerat, non ex-
tendere animadverti. Quando verò studiosos Astronomiæ in motuum con-
sideratione unice iuvat & promovet, si Ephemerides habeant exactè supputa-
tas, ex ijs tabulis, quas huius studij Coriphæi maximè commendant: Et Pru-
tenicis aliæ correctiores hoc tempore nondum extent: Sanè hoc negocij, ob
professionem, quam sustineo, mihi dari existimavi; ut cessantibus alijs, qui in
eodem mecum stadio currunt, ego aliquid tentarem. Et ad laborem hunc
inter alia hoc quoq; me invitavit, ut, Ephemeridibus ipsis ad Meridianum
Francofurtanum constructis, gratum me aliquomodo exhiberè, cum Illustris-
simo Principi Electori Brandenburgico &c; Domino meo clementissimo, qui
munificentia & benignitate sua, Musarum in hac civitate domicilium præci-
puum suæ ditionis, à maioribus suis laudabiliter constitutum, fovet & conser-
vat; tum Academiae in ea, quæ me non modo in civium suorum numerum
cooptavit, sed & Professione Mathematica superiore, & Senatorio ordine di-
gnata est: Civitati deniq; ipsi, quæ mihi & meis tuta halcyonia largitur. Ag-
gressus ergo sum laborè maxima cum animi alacritate; præsertim cum nullum
occupatum esse audirem, qui desiderio novas sequentium annorum Ephe-
merides ex tabulis Prutenicis requirentium, satisfacere cuperet: Et urgendo
opus succisivis horis, intra biennium tantum effeci; ut ad 20 annos motus om-
nium planetarum, ab anno redenti orbis 1595 ad annum usq; 1615 sub-
duxerim. Postquam verò à Reverendo & Eminentissimo viro Domino
CHRISTOPHORO PELARGO S. S. Theologiae Doctore, & Professore
nostræ Academiae, Marchiæq; generali Superattendente cognovi, esse opera
cuiusdam Itali ad multos annos jam ante calculatas & editas alias: remisi non
nihil à labore, donec easdem ab Excellentissimo Suidnicensium Poliatro Do-
mino Doctore TOBIA FISCHERO, quem honoris & amicitiae causa nomi-
no, mihi inspiciendas offerret: Oblatas avidè inspexi, & IOANNIS AN-
TONII Magini Patavini, Mathematici in illustri Bononiensium Gymnasio
celeberrimi, esse deprehendi, supputatas ad annos quadraginta, ab anno ni-

B 5

mirum

Maging apologetic
scripsit contra has
Origani notas, quem
Origanus in 2da
editione Ephemerid.
refutavit.

mirum Christi 1581 ad annum 1620, & Venetijs excusas. Tandem cum ex collatione quoq; calculi eius cum meo, deprehenderem exiguam discrepantiam, ut quidem non possunt non convenire, qui iisdem fundamentis inhærent, suppressere planè meos labores, ne actum viderer egisse, mecum constitui, & ideo ad biennium ferme sequens omnem de ijs abiecti cogitationem. Quando verò coram & per literas mecum amanter & diligenter egerunt multi, & ij quidem, quorum consilij & voluntati merito obtempero, ut, quia exemplaria Magini in Italia distracta in Germania vix jam reperirentur, & si quæ extarent, intolerabili pretio venderentur, feliciter inchoatū & ad medietatem perductum laborem absolverem: Effecerunt tandem, ut denuò resumptis viribus laborem aggressus, Ephemerides hæc meas proximo hoc triennio ad annos decem ultra Magini extenderim. Animum quoq; erexit, & me fluctuantem ac dubium ad publicationem harum incitavit & confirmavit, cum Reverendissimi & Nobilissimi viri Dn. IOANNIS HENZE à Blanckenburg, Magistri Crucigerorum cum rubea stella per Poloniam & Silesiam summi et c: promotoris mei benignissimi munificentia, quam grata mente lubens meritoq; prædico; tum quod in ipsius Magini Ephemeridibus, quædam haud negligenda desiderari comperi: De quibus, dum veritatis non carpenti studio te amicissime lector brevibus moneo: in spem adducor, Dominum Maginum, quæ est humanitate & doctrina præditus, si legerit & examinaverit hæc nostra, haud ægrè id ipsum laturum, sed omnia potius amanter interpretaturum.

Primum ergo apparet, & sedulo calculum expendenti perspicuum est, Maginum differentiam, inter duos Meridianos, Regiomontanum & Venetiarum, quæ 35 minut: horæ est, usurpasse in inquirendis motibus 50 minut: Ad dendum, quantâ Catalogus locorum, ipsis tabulis Prutenicis adiunctus, exhibet, atq; ita statuisse Venetias 50 minutis horæ in Occidentem à meridiano Regiomontis Borussiae removeri: quam tamen differentiam postquam erroneam esse deprehendit, eandem in Indice suo Ephemeridibus adiuncto mutavit, & 35 tantummodo minutorum posuit. Hinc ipsi planetarum motus in primis Lunæ velocior, in qua potissimum differentia hæc conspicitur, per quadrantem horæ à calculo tabularum Prutenicarum aberrant: ut si ad meridianum Regiomontanum, vel nostrum Francofurtanum, aut a'ium quemvis, motus ex Ephemeridibus eius petendi essent, error ad quadrantem horæ committeretur: Qui error cum in omnibus planetarum motibus per integrum Magini opus sese offerat, quis cum sedulo cavendum esse non statuet? Ego quidem ut eundem evitarem, non modo diligentissimè Epochas mediæ motuum convenientes nostro meridiano, ad initia annorum inquisivi, easq; in initio cuiusvis Ephemeris, exprimere curavi, ut ex ijs facta adiectione mediæ motuum, qui congruunt mensibus & diebus propositi alicuius anni, facilius & ipsi, & ex ijs veri ad ista tempora inquiri possint; Verum etiam quò ad alia loca nostræ Ephemerides & melius & tutius accommodarentur, in Catalogo

logo

logo locorum, quem copiosissimum exhibemus, differentiam meridianorum à nostro quam exactissimè subdixi, & in tempus commutavi, juxta recentissimam Cosmographiæ Appiani à Cornelio Gemma auctæ & castigatæ editionem. Quo in Catologo, si error aliquis sese prodit, non cum mihi, sed Geographiæ imperfectioni imputari velim. Tanta enim inter autores in locorum descriptionibus discordia occurrit, ut in nulla alia re maior deprehendatur. Et exigit Geographiæ restitutio non unius viri laborem, sed plurium in diversis locis degentium diligentes observationes, ut facta collatione tandem vera differentia meridianorum innotescat. Optimum verò est unum aliquem Geographiæ autorem & eum probatum sequi, cum diversi diversis tantum principis, unde locorum longitudines numerant; & alius maiorem, alius minorem loci longitudinem asserat, pro ut meridianum primum vel ultra vel intra Insulas fortunatas constituit.

Secundo motus planetarum à Magino supputatos ad ipsas tabulas Prutenicas accuratius conferenti manifestum fit, Maginum cuius in computando diligentia aliàs satis conspicitur, ubiq; ita Lynceum non fuisse, sicuti requirunt Ephemerides; quæ ut motuum & temporum normæ habentur, quas vulgus Astro-nomorum & Astrologorum ceu statuas Mercuriales sequitur: ita exactissimo calculo eas elaborare convenit. Exempli loco, prætermisissis alijs erroribus, qui passim sese offerunt, nobis esse potest, vel annus 1608, ubi non modo in Iove, mense Julio, die 21, & aliquot antecedentibus ac sequentibus, motus 4 minutis primis justò maior à Magino datur. Et in Marte eodem mense Julio, die 23, & aliquot diebus ante & post, 4 minutis minor deprehenditur, quam monstrat calculus Prutenicus: Sed & in Mercurio eodem mense Julio statim in principio 8 minutis minor sese offert motus: Atq; in Luna eodem anno in initio mensis Maij, motus Lunæ, à Magino positus, aliquot minutis verum calculum excedit.

Tertio in Eclipsibus errata hinc inde animadvertuntur. Namq; in calculo & typo Eclipsis Solaris anni 1612 non tantummodo error conspicitur haud contemnendus: sed & prorsus à veritate aliena est Eclipsis ☉ Anni 1612 descriptio. Quam enim in exortu Solis orientalibus apparere affirmat Eclipsin, Occidentalibus sese offerre, & ab Orientalibus nequaquam conspici certum est, cum & in occasu nobis, sub descensum Solis, & Orientalioribus infra horizontem, vera & visa celebretur coniunctio. Errata alia quæ in Syzygijs occurrunt, cum minoris sint momenti, alijs excutienda committimus. Propositum enim mihi est, non tam aliorum σφάλματα quam huius operis & eiusdem editionis rationes ostendere; quas si tibi amicissime lector probari videro, finem mei laboris me consecutum esse meritò lætabor. Vale, & quæ, typographorum incuria, errata huic operi irrepsent, ut adnotata sunt, haud gravatim corrige.

*11. Julij hora 8.57.
post meridiem in
28. gradu ☉ non
procul à ☽.*

β

COR

CORRECTIO ERRATORUM In Introductione.

Pag: 4, in margine linea 2 & 3, lege, existente. Pag: 5 lin. 3 a fine,
 pro defensu lege descensu. Pag: 7 lin: 7 lege, Porro verò ad natum Christum. pag:
 10 linea 9 à fine, pro Pempeio, lege, Pompeio. pag: 12 linea penultima, pro ter-
 minationem, lege, determinationem: Et lin: ultima pro, rente, lege, currente. pag:
 13 lin: 3 à fine, pro deducendis, lege, deducendis pag: 25 lin: 7 à fine, pro de-
 cretum, lege, decretum. pag: 27 lin: 7 pro novam, lege, novum. pag: 32 lin:
 4 a fine, pro proter, lege, propter. pag: 37 Antiochię latit: 37 part: 20 minut:
 Item Apollonia Thracię Tempus 1 Hor: 15 minut. pag: 38 Clevię latit: 51 part:
 58 1. pag: 43 lin: 10 à fine, pro poni, lege, pori. Pag: 47 lin: 3 à fine,
 pro quantias, lege, quantitas. pag: 58 lin: 2 lege, illas tremere & scintillare. pag:
 62 lin: ultima pro Quod sit, lege, Quod sit. pag: 68 lin: 5 & 6 lege, in tri-
 bus distinctis. pag: 70 lin: 12 & 13 pro Setentrionali, lege, Septentrionali. pag:
 75 in longit: 36 stella pro 24 57, lege, 14 57. Pag: 77 linea penultima, pro
 1 20 B, lege, 1 10 B. Pag: 78, 81 & 82 in fronte, lege, Nomina stellarum
 intra latitudinem &c: sublata voce Borealium, Pag: 83 in stella 327 sub latit:
 pro 57 40, lege, 28 40. in stella 336 longit: pro 2 47, lege, 2 37. Et
 in stella 337 long: pro 8 37, lege, 8 47. Pag: 94 in declin: stella 404 pro 19
 46, lege, 19 40. In declin: stella 9, pro 43 8, lege 33 8. In declin:
 stella 6, pro 10 57, lege, 16 57. Pag: 97 in calce, pro 126, lege, 176.
 Pag: 103 sub declin: linea ultima, pro 52 49, lege, 72 49. Pag: 106
 in stella 134 sub Mediat: cali pro 9 45 lege 9 54. Pag 107 in Canone am-
 plit: sub 15 grad: 8, lege, 27 26 21. Et sub 16 grad: 8, lege, 27, 57 14.
 Pag: 108 lin: penultima, lege, ascensionales. Pag: 112 In descens: obliqua stella
 52 pro 198 49 lege, 178 49. Pag: 117 in stella 394 pro M 57 2 lege M
 75 2. Pag: 120 sub 2 grad: m̄ pro 138, lege, 139. Pag: 131 lin: 22 in
 principio pro 245 lege 145. Pag: 133 lin: 6 pro corpore m̄, lege, corpore m.
 Pag: 136 lin: 12 pro 19 24 lege 19 54. Pag: 143 lin: 12 à fine pro 434 lege
 344. Et lin: 3 à fine pro In profusione, lege, In profusione. Pag: 152 lin: 24
 pro tum latitudo D, lege, tum si latitudo D. Pag: 160 lin: 22 pro Hinc con-
 gruunt, lege, Huic congruunt, Pag: 163 lin: 13 pro exigendi, lege, erigendi. lin:
 19 pro tempoi, lege, tempori. Et pro merie, lege, meridie. Pag: 166 in margi-
 ne pro vel imum cęli, lege, vel occiduus cardo. Pag: 196 in 2 domo pro ꝑ pone h.
 Pag: 197 sub Horoscopo pro h, pone ꝑ. Pag: 205 sub 12 domo pro II pone ꝑ.
 Pag: 220 sub 12 domo pro ꝑ pone m. Pag: 221 sub 12 domo pro h
 pone ꝑ. Et sub 12 in 2 domo pro ꝑ pone II. Pag: 232 sub 3 domo pro m
 pone II. Pag: 240 lin: 5 à fine pro Diurnis, lege, Diurnus. Pag: 241 lin: 12
 pro propios, lege, proprios. Pag: 242 lin: 16 pro rariores, lege, rarius. Pag:
 251 lin: 7 pro congruentim, lege, congruentem. Pag: 272 in margine pro depen-
 dent,

dent, lege, dependant. Pag: 280 lin: 7 pro Si verò cum, lege, Si verò una. Pag: 284
 lin: 8 pro aliquomoto, lege, aliquomodo. Pag: 294 lin: 23 pro flore, lege flare. Pag: 301
 lin: 3 à sine, pro Cardinaliter lege Cardinalior. Pag: 306 in margine, pro Accuratissim
 ma, lege, Accuratissimum. Pag: 312 in margine, lege, Prognosticum. Pag: 314 lin:
 6 pro Mediocrina, lege, Mediocria. Pag: 315 lin: 14 pro brumum, lege, brumam.
 Pag: 317 lin: 12 pro Ad planandum lege, Ad plantandum. Pag: 318 in margine sub
 finem, lege, unum conceptionis. Pag: 320 lin: 2 pro inspiciendi l. inspiciendi lin: 12 pro
 membris l. membri. Pag: 324 lin: 1 pro ad 69 annum, l. ad 63 annum. Pag: 336
 lin: antepenult: pro tum gibbus, strumis, l. tum gibbis strumis. Pag: 339 lin: 2 pro II
 m & 4, lege, II m & 4. Pag: 401 lin: 17 l. 3 Aph. 54: Pag: 402 lin: 11 ii a
 lege: 4 J in 11 amicos promittit non omnino fidos 5 O in 11 amicos largitur fidos
 & 6.

CORRECTIO ERRATORVM.

In Ephemeridibus.

Anno 1605 X 1 b linea x 1 à sine, lege, part 1, 55/, 58//, 2///.

In Eclipsium descriptione.

Anno 1595, A 2 lin: penultima post 2 min: 3 sec: desunt haec verba: (Mora verò
 dimidia 53 min: 45 sec: Et tota duratio 3 Hor: 51 min: 36 sec:) Sequitur: Latitudo
 D & c. In Eclipsi quarta, Anno 1595 lege, 4 à sine, pro definitio, l. descriptio. Anno
 1598, prima lin. 10. pro occupante O 1 grad: 43 min: ut D 1 grad: 43 /, l. 1 gra:
 53/. In secunda, linea ultima, l. finem 2 / 2//: Sept: Asc: In tertia D, lin: 2 pro 1:38
 lege min: 28. Anno 1597 E 2. lin: 7 pro Die 27, lege Die 7. Anno 1599, Secun-
 da O, lin: 10, pro 59/, 82// Sept: lege, 59/, 28// Sept: Et linea 14 pro 28 part:
 43/, lege, 82 part: 43/. I. 3. a in eadem Eclipsi lin: 3. lege, 1 Digit: 28/, 18//.
 Anno 1600, Secunda J 20 die Ianuarij. Anno 1603 R 3 a linea 2 lege Paralla-
 xis O 11, 50//. D 38/, 5//. In schemate quarta Eclipsis pro Occasu pone Ortum, & pro
 Ortum, Occasum. Anno 1605 X 2 b linea 12 pro Et tempore, lege, Eo tempore Et X 3
 à lin: 7 à sine, pro parall: μκκωλ: lege Parall: O μκκωλ. Anno 1608 D d 3 lin:
 2 lege Medium seu visa & 4 59 30. Anno 1610, secunda H b 2 lin: ultima, lege,
 Ad finem 33/, 6//. utraq; Merid: Asc: In tertia O H b 3 lin: 2 pro Hora in, lege, Ho-
 ram. Anno 1612, Tertia lin: 11, lege, Pars deficiens 23/, 20//. Anno 1615, Prior
 O, lin: 4 à sine, lege, Semid: J 16/, 9//. Anno 1620 pag: Ece 3 a in prima lin: le-
 ge, Sola D à Sole 59/, 6//. Anno 1625 P p p 3 lin: 23, lege, Subr: est Horar: 6, 27/,
 7//. Et lin: 25, lege, O est in 23 grad: Anno 1627 T t 1 3 lin: 7 à sine, insere haec
 Anomalia O co 2q. 1 Sign: 2 part: 25/, 13 /. Anom: J 8 Sign: 18 part: 31/, 17//.
 Verus latit: D motus 9 Sign: 10 part: 35/ & c.

In figura caeli.

Anno 1628 Tempus est 10 Dies Martij H 7, 51, 56//.

In festis.

Anno 1605 mense Maio refer Ascens. Dom: ascriptam 8 Maij ad 9 Maij. Anno 1606
 Ianua: die 5 lege 2. 5. die 6, Epiphani: 6. In quibus quoq; annis ad 24 Iunij diem po-
 nitur Ioan: Evange: lege Ioan: Bapt: Reliqua in festis per se patent. In O

In ☉ motu.

Anno 1596 intra 12 & 13 diem Sept: pro signo ♄ pone ☿. Anno 1598 die 2 April: lege, 21 46 53. Anno 1599 die 26 Iulij lege 12 5 9 Et die 27 lege 2 2 45. die 28 l. 14 0 22. Anno 1607 die 19 Febr: l. 9 57 57. Anno 1612 die 17 Iulij l. 4 13 46 die 18 l. 5 11 13 die 19 l. 6 8 41. die 20 l. 7 6 9 die 21 l. 8 3 38. die 22 l. 9 1 8. Anno 1617 die 24 Sept: lege 10 55 25. Anno 1623 die 5 Octob: lege 21 19. 29. Anno 1626 die 21 Iun: lege 8 57 27.

In ♃.

Anno 1598 die 4 Ianua: l. 25 37. Et die 13 Sept: l. 12 56 Die 13 Octob: l. 14 57 Anno 1600 die 21 Ian: 24 9. Anno 1602 die 30 Aug: l. 19 54. Anno 1613 die 2 Mart: l. 9 36. Anno 1617 die 15 Aug: l. 27 48. Anno 1619 die 21 Maij l. 12 23. Anno 1625 die 28 Iun: l. 27 52. Anno 1630 die 31 Maij lege 15 35.

In ♁.

Anno 1599 die 29 30 & 31 Ianuar: pro 19 gradib: l. 10. Anno 1603 die ultimo Aprilis l. 156. Anno 1616 mense Sept: in fronte pro M. A. l. M. D. Anno 1628 9 Febr: l. 10 52. Anno 1630 in latit: 1 diei, lege, 2 59.

In ♄.

Anno 1595 die 12 Decemb: l. 25 34. Anno 1596 die 8 Sept: l. 9 20. Anno 1598 die 23 Maij l. 23 48. Anno 1600 die 29 Maij l. 16 50. Et die 21 Novemb: in latit: l. 1 1. Anno 1601 die 15 Maij l. 12 38. Anno 1605 mense Ianuario supra ♄ lege S D. Anno 1614 die 31 Decemb: l. 21 14. Anno 1615 die 19 Ian: l. 23 57. Anno 1625 die 9 Iulij l. 26 3. Anno 1627 mense Septembri in latit: 1 diei l. 1 5 diei 11 l. 1 1 diei 21 l. 0. 58.

In ♃.

Anno 1596 mense Aprili diei 21 latit: l. 0 51. Anno 1603 mense Iulio supra ☿ pro S D. l. S A. Anno 1607 mense Martio in fronte pro M D l. M A. Anno 1608 die 3 Febr: l. 10 44. Anno 1609 die 10 Febr: l. 4 48. Anno 1610 mense Sept: in fronte pro M. A. l. M. D. Anno 1611 mense Augusto in fronte pro S. A. l. S. D. Anno 1617 die 3 Febr: l. 3 24. Anno 1620 die 30 Maij l. 14 51. Anno 1627 in Septemb: legatur latit: 1 diei 2 12. die 11 l. 2 9 diei 21 l. 2 0.

In ♁.

Anno 1595 mense Febr: in fronte pro S. D. l. S. A. Anno 1596 mense Iunio in fronte pro M, D. l. S. D. Anno 1597 die 26 Febr: l. 12 38. Die vero 21 Maij in latit: pro 1 45 l. 0 45. Anno 1598 mense Maio inter latit: 11 & 21 diei pro litera D. pone M. Anno 1608 die 3 Febr: l. 8 44 die 4 l. 9 38. Anno 1615 mense Febr: in fronte pro M A. l. M. D. Et mense Decemb: pro S. D. l. S A. Anno 1619 die 25 Maij l. 29 3. Anno 1620 6 Decemb. l. 8 38. Anno 1627 die 13 Novemb: l. 26 59.

In ♄.

Anno 1595 die 28 April: l. 16 27. Et die 30 April: l. 14 32. Anno 1596 die 28 Febr: l. 27 42. Et in Augusto inter 7 & 8 diem deleatur signum ♃. Mense vero

vero Novemb: intra diem 27 & 28 ponatur S. Anno 1598 in latit: mensis Septe-
dele A inter 1 & 11 diem, reponere vero M inter 11 & 21 diem. Anno 1601
die 18 Aug: l. 0 49. Anno 1603 mense Ian: scribe intra diem 13 & 14 liter-
ram M. Anno 1604 die 24 Ian: l. 14 51. Et die 25 l. 16 39. Anno
1607 die 13 Octob: l. 14 3. Et die 17 l. 19 43. Anno 1617 die 27 Octob:
l. 0 9. Et die 28 l. 0 9. Anno 1619 die 18 Julij l. 21 33. Et die 16
Octob: l. 19 0. Anno 1624 mense Novemb: in fronte l. M. A. Anno 1629
die 7 Ian: l. 3 51. Et mense Maio in fronte pro M. A. l. S. A.

In 8.

Anno 1596 die 2 Sept: l. 5 6. Et die 4 Sept: l. 4 57. Anno 1599 die 21
& 22 Ian: pro 19 grad: l. 18. Anno 1600 die 29 Ian: l. 29 13. Anno
1607 die 13 April: l. 9 51. Anno 1613 mense Febr: in fronte pro II pone &

In Syzygijs.

Sub ☉ Anno 1611 die 19 Sept: l. □ 0 38. Anno 1612 die 22 Novemb: l.
Δ 12 25. Anno 1617 die 18 April: l. □ 1 32. Anno 1622 die 7 Julij
l. Δ 10 46. Anno 1628 die 23 Aug: l. * 13 11.

SVB ☽. Anno 1602 mense April: refer ☽ 2 2 diei 12 ad 13 diem Aprilis. Die ve-
ro 2 Junij l. Δ 2 40. Anno 1603 die 27 Majij l. 16 51. Anno 1604
mense Augusto die 13, l. Δ 2 8 Et die 15, II 4 50. Mense Septemb: ad diem 4
refer ☽ 23 54. Anno 1605 die Ianuar: l. * 23 12. Anno 1608 mense
Febr: die 7 l. * 12 44. Et die 26 l. * 15 46. Anno 1615 mense Octo-
bri in fronte pro Occid: l. Orient. Anno 1627 die 28 Junij lege 10 31.

SVB ♃. Anno 1597 die 28 Majij l. * 9 45. Anno 1600 die 7 Ian: legatur
☽ 11 19 qua habetur 8 Ian: Anno 1608 die 19 Julij l. * 16 58.
SVB ☿. Anno 1595 Mense Augusto refer ad 21 diem * 0 6. Ad 23 diem □ 5 0
Ad 25 diem Δ 7 28. Anno 1602 mense April: refer ☽ 6 23 ad preceden-
tem 7 diem. Et 20 April: l. ☽ 7 30. Anno 1615 die 27 Junij l. □
21 45.

SVB ♀. Anno 1601 mense Augusto refer ☽ 4 52 ad 29 diem. Anno
1607 die 26 Julij l. Δ 19 0. Anno 1609 die 2 Martij legatur * 2 1
33. Anno 1613 ad diem 15 April: refer □ 14 35. Anno 1623 ad diem
25 Julij refer Δ 20 2. Anno 1625 mense Novemb: in fronte pro Orient: lege
Occid:

SVB ♁. Anno 1599 die 26 Julij l. ☽ 7 29. Anno 1604 ad diem 15
Julij refer ☽ 22 0. Anno 1608 die 28 Julij l. * 3 50. Et ad 28
Novemb: refer ☽ 14 45. Anno 1615 die 21 Ianuar: l. * 10 12.
Anno 1626 die 6 Sept: l. * 23 39.

Sub

Sub planetarum mutuis Syzygijs: Anno 1595 die 4 Martij pro D
 B lege D B Et die 26 August: adde ad C O S 9 39. Anno 1596 mense Ianuar:
refer ad 10 diem Z O 9 53. D B 2350. Ad 12 diem D P E G Y : Δ H S 2 51
Anno 1598 die 4 Ianuar: lege Z S 16 13 Die 15 Ianua: D B 1 52 Die 27
Ian: D B 22 43. Die 7 Decemb lege D B 6 32. Anno 1600 die 6 Ianuar:
lege D B 3 15. Die 2 Maij pro H S lege Z S . Et die 7 Sept: lege D B 3
50. Anno 1601 die 21 Ian: lege D B 0 25. Anno 1602 die 14 April. lege
 D B 21 c. Et die 28 April: D B 6 5. Mense Augusto notetur ad 29 diem D B 5 47
Anno 1604 die 27 Iulij, lege, Δ Z O 11 23. Anno 1605 die 4 Sept: lege, D B
4 15. Anno 1606 die 20 Ian: lege, Z in apog: Epicycli. Die 13 Martij pro
 Z S lege, H S 13 3. Mense Iun: refer Δ Z O ad 14 diem non ad 13. Anno
1607 die 23 Maij lege, D B 1 43. Et die 19 Iunij lege, D B 7 19. Anno
1608 die 19 Aprilis lege, H S 6 16. Et die 17 Sept: pro Δ S S , lege, Δ O S 12 0.
Anno 1611 die 6 Martij lege, C O S 22 47. Et ad 26 Decemb: C C O S ad-
de 18 40. Anno 1612 die 21 Ianuar: pro H S lege H S Et die 23 Ianij pro
 Z S lege S S . Anno 1613 die 29 Maij pro C Z O lege C O S 15 44.
Anno 1619 die 6 Maij lege H S 3 33. Anno 1619 die 11 Decemb: lege
 D B . Anno 1625 refer ad 13 Febr: \square Z S , Δ H S C D B . Anno 1626
die 7 Martij lege \square S S 20 4 Et die 23 Iun: lege H O 2 46. Anno 1627
die 26 April: pro \square H S lege \square S S . Anno 1628 die 18 Martij pro D B lege
 D B . Et si quibus in alijs locis D pro B Et Viceversa B pro D ponitur: id quod ex col-
latione motus D ad motum B facile cognoscitur.

In annis Ægyptiacis Anno 1605 mense Novembri lege, pertinet
ad 15 Novemb: Anno 1626 mense Iulio pro 19513, lege 1951,

In Correlatio Anno 1595 pag: ultima linea 10, lege,
Summam 21 Februarij.

COMPENDIARIA
EPHEMERIDVM ENARRA-
TIO; QVA NON SOLVM, QVAE AD
intellectum & usum pleniorē Ephemeridum faci-
unt, sed & plurima alia Chronologica, Astronomica
& Astrologica praecepta, ea facilitate explicantur,
vt inde quisq; Calendaria anniversaria, &
Natiuitatum iudicia texere possit.



VM CUIVSQVE REI EXPLICAN-
de fundamentum sit definitio, ab ea exorſi, ſta-
tuimus, Ephemerides eiufmodi tabulas eſſe,
quæ ad certa tempora, ſuiſ limitibus & no-
tis definita, in numeris exhibent, omnium
& ſingulorum Planetarum motus, cum
in longum tum in latum, planetarumq;
συνόψεις, aliasq; quæ Astronomica & A-
strologica ratione in cœlo conſiderari ſo-
lent, paſſiones, ad ſingulos menſium civilium dies: unde & La-
tinis Diaria appellantur.

Quod enim tabulae ſint, ſuiſ ordinibus, claſſibus & numeris diſtinctæ,
nemini intuenti non manifeſtum eſt: Certis quoq; & ſuiſ terminis ac
notis circumſcriptis, non promiſcuè omnibus eas convenire annis, vel
hinc conſtat: quod ſubſequentes ſemper longius ab inſignioribus aris
præcedentibus annis abſint, aliumq; cœli poſitum ob continuum & di-
verſum diverſarum ſtellarum motum, diverſaq; anni accidentia, ut tem-
peſtates, annonæ caritatem, bella &c. habeant. Quia verò tria ſunt
ſumma capita, de quibus Ephemeridum tabulas conſiderantes maximè
ſollicitos eſſe videmus: Tempus, Poſitus cœli & Effectus: Nos uſum
earum expoſituri, ut cuiuſvis deſiderio ſatisfaciamus, totam hanc no-
ſtram Ephemeridum explicationem in tres diſtribuimus partes. Prima
eſt de tempore, docens, quomodo ex Chronologicis fundamentis, era di-

Partes tres
enarratio-
nis Ephe-
meridum.

1 De tem-
pore.

A

verſe

2 De mo-
tu. cœli.

3 De effe-
ctibus.

versa numeranda, notis vulgaribus anni determinandi, eaq̃ que ad æ-
quationem temporis, reductionemq̃ Ephemeridum ad alia terra loca ne-
cessario requiruntur, expedienda sint. Secunda est de positu cœli,
ostendens, qua ratione, ad quodvis temporis momentum, cœli stellarumq̃
omnium constitutio, ex Ephemeridibus cognoscenda, declinationes, am-
plitudines ortiva, cœli mediations, ortus & occasus, passionesq̃ alia, ut
aspectus & Eclipses colligenda, ac figura cœli una cum directionibus ad pro-
gnostica instituenda, conformanda sit. Tertia est de effectibus, monstrans
modum judicandi, non tantum tempestates, aliq̃ per annum eventa, sed
& genituras.

PARS PRIMA,

DE TEMPORE.

CAPUT I.

De Epochis seu AÆris.



*Q*uandoquidem tum demum annorum series
conservari potest, cum ad præfixum terminum
priora tempora conferuntur; rectè in Epheme-
ridibus & Calendarijs, que temporum norma
sunt, Epochæ insigniores annotantur, ut scia-
tur, quorū quisq̃ annus sit non tantum à Na-
tivitate Salvatoris nostri IESU CHRISTI,
quæ Epochæ nobis Christianis in omnibus negotijs tempore definiendis usi-
tatissima est, verum etiam ab aliarum rerum memorabilium initijs, ut
Conditio mundo, Diluvio, olympiadibus, urbe condita &c. Huiusmodi
enim præcipuis annorum intervallis instructi, temporum discrimina, quæ
varia occurrunt, melius intelligunt, & majori cum fructu in historia-
rum lectione versantur.

Epochæ
quid?

Vocamus autem *Ἐποχὴ*, quæ Latinis communiter *AÆra* nuncus-
patur, principium temporis certum & illustre, à quo numerantur reliqui
anni, vel in consequentia tempora, vel in præcedentia, vel in utraq̃
partem. Primū igitur illustris illa Epochæ, quæ sumitur à tempore
in car-

incarnationis CHRISTI in Ephemeridibus poni solet; quando-
quidem reparata salutis initium est, ad quod quemq; Christianorum quo-
tidie respicere maxime par est. In hoc principio, quod ad annorū nume-
rationem, nulla nunc inter autores dissensio est, licet sit quod ad tempus
anni, contendentibus alijs in Autumno, alijs in Bruma, natum vitæ au-
torem Christum: Certum tamen est, iam multis seculis in anno Iuliano
veteri, atq; etiam recentiori Liliano, octiduo ante novi anni initium
paulo post Brumam celebratam esse, & adhuc celebrari Ecclesia consue-
tudine memoriam Nativitatis. Atq; ad eum sane annum, qui initium
præbet nostris Ephemeridibus, numerantur anni 1595, non quidem com-
pleti, quorum usus aliàs in calculo Astronomico est; sed currentes, cum
unitas demta completos exhibeat.

Chronolo-
giæ caput
& corona
Christus.

Namq; ut paucis numerum istum colligamus:

Urbs Hierosolyma cum templo eversa & solo equata est, per Vespasiani Imperatoris filium Titum, anno Christi	71
Hinc ad Imperium Constantini Magni, qui postea Nicenam Syno- dum celebravit, numerantur anni	235
Post ad Carolum Magnum primum Germanorum Imperatorem, anni	462
Ab hoc ad Rodolphum Habsburgensem, per quem domus Austriaca ad Imperium pervenit, anni	504
Hinc ad initium Turcici Imperij, quod Ottomannus instauravit, anni	28
Ab hoc ad Rodolphum secundum Imperatorem, qui Anno Christi 1576 fasces Imperij gerere capit 12. Octob. die, anni	276
Et inde ad eum quem diximus annum, anni	19
Qui omnes, in unam summam collecti constituunt annos Christi, ut antea, 1595	

*Hic cesar eo ibiz. die 10. Jan:
horat. natit: praga Boem.
in Christo obiit anno aetatis
60.*

Huic vero Epochæ, admodum vicina est, quam pleriq; à passione &
morte, vel etiam à Resurrectione & Ascensione, Immanuelis nostri nu-
merant, quæ passio in 33 Nativitatis annum & 3. Aprilis diem cadit. Mor-
tem enim Christi, qua salus humano generi parta est, fundamentum sua
Chronologia nonnulli ponunt, & ad idtam antecedentia quam conse-
que utia mundi tempora referunt. Erit igitur propositus annus à morte
Christi 1562.

Epoche
passionis
Christi

Secunda Epochæ est mundi generisq; humani creatio: De qua
magna inter Chronologos controversia est. Namq; non solum de par-
te anni, qua conditum esse mundum censent, alijs in vere, alijs in estate,
alijs deniq; in autumno, inter se disceptant; Verum etiam in numero
annorum dissentientes opiniones habent, numerantibus alijs plures alijs
pauciores annos. Ut igitur de his sententiam nostram breviter ex-
ponamus.

Epoche
conditi
mundi.

In vere pleriq;
Theologorum
censent mun-
dum conditum,



Gerardus Mercator Sole existente in Q. Mense Ab, qui est Iudaeorum, In autumno conditum mundum statuit Paulus Crusius, Matthaeus Beroaldus, Nicephorus, Cedrenus, Clemens & alii.

ponamus: Statuimus primò, quod ad partem anni, opinionem illam veritati magis consentaneam esse; quam & Iudaei ferè omnes, à quibus sacra oracula ad nos pervenerunt, & praecipui ex Chronologis tuentur; quae ad principium mensis Tisri, & ingressum Solis in Libram, seu principium Autumni initium mundi refert. Nam cum à condito mundo usq; ad exitum Israelitarum ex durissima servitute, quam in Aegypto post mortem Iosephi per 440 annos sustinuerunt, Hebraei annum à mense Tisri, quem Latine Septembrem dicimus, inchoassent; quo etiam nostra aetate Iudaei adhuc Ros hassana, id est, caput anni celebrant; praecipit DEUS Exod, 12, ut mensem Nisan, qui erat mensis liberationis, pro anni exordio observarent; quod postea quoq; in Ecclesiasticis negotijs fecerunt, & adhuc faciunt. Non autem opus fuisset illa praecipere, si initium anni prius à mense Nisan fluxisset. Praeterea in descriptione universalis diluvij, quod capit 17 die mensis secundi, & postea exacto anni Solaris spacio, 27 die eiusdem mensis, egrediente Noah cum suis ex arca finitum est, apparet ex Iosepho id ipsum Mense Marhesuan, qui proximè sequitur mensem Tisri accidisse. Dubium igitur esse non potest, cum & mundi conditi initio arbores pomis gravida & onusta creata sint, quae autumnus profert, ipso autumni tempore mundum creatum esse. Nam ordo naturae à DEO senset institutus nunquam durante hac mundi machina mutatur.

Deinde, quod ad annorum numerum Graeci quidem annos multo plures; Nonnulliq; ex Rabinis pauciores numerant; Ipsiq; etiam inter se Chronologi, diversis insistentes fundamentis, de vero annorum numero multum digladiantur. Sed nos missis aliorum opinionibus à condito mundo ad natum CHRISTVM 3970, atq; ita ad primum annum nostrarum Ephemeridum 5565 annos numeramus:

Hanc sententiam nostram, ut alia brevitatis studio omittamus fundamenta, ex subsequentibus Epochis, Diluvio universali, promissione Abrahamo facta, egressione Israelitarum ex Aegypto, templo Salomonis, captivitate Babylonica, & medio inter captivitatem & natum Christum tempore deducimus.

Epochae diluvij.

Namq; de diluvio seu cataclismo universali ex 5 & 7 cap: Genesios; si Ebraici textus veritatem, non 70 interpretum falsos Codices, aut Eusebij commenta sequimur; constat, id anno à condito mundo 1657 finitum esse.

Genuit enim Adam Seth cum esset annorum	130
Seth vero Enos	105
Enos Cainan	90

Cainan

DE TEMPORE.

Cainan Malaleel	70
Malaleel Jared	65
Jared Henoch	162
Henoch Mathusalah	65
Mathusalah Lamech	187
Lamech Noë	182

Nobë cum veniret diluuium, et atus egit annum 600

Vnde summa annorum à condito mundo ad Cataclismi initium colligitur 1656.
Quia vero Noë in arca annum integrum mansit, numerabuntur à condito mundo ad diluuium exactum anni 1657.

Quod si anni hi demuntur ab annis conditi mundi, numeratis vel ad natum Christum, vel ad propositum aliud quodvis tempus, relinquuntur anni à diluuiio ad tempora assumta.

Postea de promissione Abrahamo facta, de semine benediçto, qua accepta egressus est ex Haran, certum est ex capite 12 Geneseos, eam in 75 annum ætatis Abrahami incidere. Eam igitur si illis qua cap. 11, Genes. scripta habentur, iungimus, producuntur anni à diluuiio ad promissionem 367.

Namq; Sem annum ætatis agens centesimum, genuit Arphaxad biennio post diluuium

Arphaxad genuit Sale cum esset annorum	2
Sale Heber	35
Heber Phalech	30
Phalech Regu	34
Regu Saruch	30
Saruch Nachor	32
Nachor Thare	30
Thare Abra. m.	29
Abraham ex Haran egreditur anno ætatis	70
Qui anni omnes iuncti efficiunt	75
	367

Vt verò decem ab orbe condito ad diluuium veritas Hebraica proponit patriarchas; ita hic decem numerat: vnde perperã ab interpretibus 70 insertus est Cainan in hæc seriem.

Facta est ergo promissio Abrahamo, anno conditi mundi 2024, qui est annus ante natum Christum 1946.

Exitus Israëliitarum ex AEgypto, quem 50 diebus subsequuta est legis promulgatio; unde & pro eadem Epocha hæc duo sumi solent; definitur à Divo Paulo in Epist. ad Galatas cap. 3 vers. 17, ut & à Mose Exod. 12 vers. 40, annis 430; qui numerandi sunt à desensu Iacob in AEgyptum, ut copiosissime à Chronologis demonstratur; sed à promissione Abrahamo facta, vel discessu eius ex Carris, quod & Apostoli verba innuunt.

*coniectura quomodo
de tempore & ao dicit
nobis summi.*

*Sicut à condito mundo
usq; ad diluuium lapsi
sunt 1656. Ita à*

*nato Christo usq;
ad diem noui testam.
sunt anni
1656.*

Epochæ
exitus
Israëliita-
rum,

Vt enim numerum istum colligamus :

Avocatione Abrahami ad natum Isaacum sunt anni 25. Gen. 21 vers. 5

Isaaco autem sexagenario nascuntur Iacob & Esau 60. Gen. 25. vers. 26.

Hinc anno etatis Iacob 91 nascitur Ioseph, quod ex collatione annorum Iacob & Ioseph constat, cum in sacris disertè annus nati Ioseph non exprimat. Erat enim Ioseph 30 annorum, cum educeretur ex carcere in conspectum Pharaonis Gen. 41 vers. 46.

Postea subsequuti sunt anni 7 fertiles, & 2 famis completi, quibus innotuit Ioseph fratribus in Ægypto, ementibus secundo frumentum, Gen. 45 vers. 11. Iacob autem in Ægyptum tertio anno famis descendens, proficitur coram Pharaone, quarente de ætate, senatum annos 130 Gen. 47 vers. 9: Congruit igitur annus 130 Iacob cum 39 Ioseph, unde 91 anno etatis Iacob, Iosephum natum fuisse apparet.

Porro numerus annorum Ioseph est 110 Gen. 50 vers. 22

A morte autem Ioseph ad natum Moysen, anni nec plures, nec pauciores esse possunt quam 64, si numerus annorum ab Apostolo & Mose notatus congruere debet.

A nativitate tandem Moysi ad exitum ex Ægypto, sunt anni 80, Gen. 7. vers. 7.

Qui anni omnes collecti constituunt numerum 430.

Anno igitur à condito mundo 2454: A diluvio 797: Ante natum vero Christum 1516, exitum Israelitarum ex Ægypto contigisse manifestum est.

Epocha

Templi Salomonis.

Ad initium templi Salomonis, quod rex post mortem patris David, ineunte quarto anno sue gubernationis condere cepit, ab egressu Israelitarum ex Ægypto numerantur (3 Reg. vers. 1) anni 480.

Et hi hoc modo colligi possunt.

Moses præfuit populo Israelitico in deserto annis 40 Deut. 1 vers. 3.

Obijt enim cum esset annorum 120 Deut. 34 vers. 7.

Huic successit primus Iudex Israelis Iosua anno etatis 92 completo, gubernans Israel annis 18. Moritur enim anno etatis 110, Ios. 24 vers. 29.

Hunc excepit, secundus Iudex populi Israel, Othoniel annis 40. Iudic. 3 vers. 11.

Post tertius Iudex Ehud vel Aod annis 80. Iud. 3 vers. 30.

Quarto Barac & Debora annis 40 Iud. 5, vers. 31.

Quinto Gedeon annis 40 Iud. 8 vers. 22.

Sexto Abimelech annis 3 Iud. 9. vers. 22.

Septimo Thola annis 23 Iud. 10 vers. 2

Octavo Iair annis 22 Iud. 10 vers. 3.

Nono Iephthe annis 6. Iud. 12 vers. 7.

Decimo Abessan annis 7 Iud. 12 vers. 10

Undecimo Elon annis 10 Iud. 12 vers. 13

Duodecimo Abdon annis 8 Iud. 12 vers. 15.

Tertiode-

DE TEMPORE.

Tertiodécimo Samson annis 20. Iud. 16 vers. 31

Quartodécimo Heli summus sacerdos annis 40. 1. Reg. vers. 18.

Quintodécimo Samuel & Saul annis 40. Act. 13 vers 21 *1. Reg. 9. v. 11 & 2. cap 10. v 24.*

Sextodécimo David annis 40. 2. Reg. 5 vers. 4

Tandem Salomon praesuit populo usq; ad initium templi annis 3. 3. Reg. 6

Vnde tota summa annorum est ut antea 480.

Numerantur ergo à principio templi Salomonis retrò ad promissionem Abrahæ anni 910: Ad diluuium 1277. Ad creationem mundi 2934. Porro verò natum Christum anni 1036.

Captiuitatem Babylonicam licet nonnulli ex Chronologis in annum quartum Ioachim, & primū Nabocodonosoris, Babyloniæ Monarchæ, contra manifestum sacrarum literarum textum referant; qui 4. Reg. 24, vers: 12, 13 & 14 expresse ostendit; Nabocodonosorem octavo demum sui Imperij anno, regem alterum Ioachim cum vasis sacris & primarijs urbis traduxisse Babylonem, tenuioribus tantum relictis, ne deserti manerent agri: Nostamen eam cum multis alijs in Sedecia regis annum undecimum, decimum nonum verò Nabocodonosoris reijcimus, quo tempore per dictum Babyloniorum monarcham regnum Iuda prorsus sublatum, & templum Salomonium solo equatum fuit, cum ipsa urbe Ierusalem: Idq; tempus, ab adificatione templi ad captiuitatem constituimus annorum 431. Hic enim numerus eruitur ex diligenti collatione regum Iuda & Israel, ut docent sequentes duæ tabula regum Iuda & Israel.

Epocha' captiuitatis Babyloniæ.

I. TABVLA REGVM IYDA.

- 2934 Salomon post iacta fundamenta templi regnavit annis 37. 3. Reg. 6 vers. 1
(Et cap: 11 vers. 43)
- 2971 Roboam 17. 3. Reg. 14 vers. 21. Et 2 Paral. 12 vers. 13.
- 2988 Abiam 3. 3. Reg. 15 vers. 1. Et 2 Paral. 13 vers. 1
- 2990 Afa cum patre Abiam 1. Solus 40. 3. Reg. 15 vers. 10
- 3030 Iosaphat cum patre Afa 1: Solus 24. 3. Reg. 22 vers. 41 & 42.
Et 2 Paral. 20 vers. 31
- 3051 Ioram 4. cum patre: Solus 4. 4. Reg. 8 vers. 17. Et 2 Par. 21 vers. 5
- 3058 Ochosias cum patre 1. Solus 0. 4. Reg. 8 vers. 26
- 3059 Athalia 7. 4. Reg. 11 vers. 4. Et Paral. 22 vers. 12
- 3065 Ioas 1 cum Athalia: Solus 39. 4. Reg. 12 vers. 1. Et 2 Paral. 24 vers. 1.
- 3105 Amasias 29. 4. Reg. 14 vers. 2. Et 2 Paral. 25 vers. 1.

3134 170

PRIMA PARS

- 3134 Interregnum tandem subsequutum est annorum 11.
 3145 Vstias alias Azarias dicitur 52. 4 Reg. 15. vers. 2. Et 2 Paral. 26. vers. 3.
 3197 Ioathan 16. 4 Reg. 15. vers. 33. Et 2 Paral. 27. vers. 1.
 3212 Ahas cum patre 1. Solus 15. 4 Reg. 16 vers. 2. Et 2 Paral. 28. vers. 1.
 3226 Ezechias 2 cum patre. Solus 27. 4 Reg. 18. vers. 2. Et 2 Paral. 29. vers. 1.
 3255 Manasses 55. 4 Reg. 21 vers. 1. Et 2 Paral. 33 vers. 1.
 3310 Amnon 2. 4 Reg. 21. vers. 19. Et 2 Paral. 33. vers. 21.
 3312 Iosias 31. 4 Reg. 22. vers. 1. Et 2 Paral. 34. vers. 1.
 3343 Ioachas 3 mensibus. 4 Reg. 23. vers. 31. Et 2 Paral. 35. vers. 2.
 3345 Ioachim qui & Eliachim dicitur 11. 4 Reg. 23. vers. 36. Et 2 Paral. 36. vers. 5.
 3354 Ioiachim, qui & Iechonias dicitur, mensibus 3. 4 Reg. 24. vers. 8. Et 2 Paral. 36. vers. 9.
 3354 Sedechias annis 11. 4 Reg. 24. vers. 18. Et 25. cap. vers. 3. Item 2 Paral. 36. vers. 11.
 3365 Anno 11. Sedechia devastatur urbs & templum Ierusalem. Et finitur regnum Iuda, Stetit ergo templum annis 431.

II. TABVLA REGVM ISRAEL.

- 2934 Salomon ab initio templi regnavit annis 37. 2 Paral. 9 Vers, 31.
 2971 Ieroboam 22. 3 Reg. 14. vers. 20.
 2991 Nadab 2 cum patre: 3 Reg. 15. vers. 25.
 2992 Baesa cum Ieroboamo 1. Solus 23. 3 Reg. 15. vers. 28 & 33.
 3015 Ela cum patre 1. Solus 1. 3 Reg. 16. vers. 2.
 3016 Simri 7 diebus. 3 Reg. 16. vers. 15.
 3016 Amri cum Ela 1. Solus 11. 3 Reg. 16 vers. 23.
 3027 Ahab cum patre Amri 1: Solus 21. 3 Reg. 16 vers. 29.
 3047 Ochusias cum Ahab 2. 4 Reg. 1. vers. 1 & 2.
 3048 Ioram cum Ahab 1: Solus 11. 4 Reg. 3. vers. 1.
 3059 Iehu 28. 4 Reg. 9. vers. 3 & 6. Et 4 Reg. 10. vers. 36.
 3087 Ioachas 17. 4 Reg. 13. vers. 1.
 3101 Ioas designatus quidem est rex Israel, sed tertio demum anno regnare cepit post obitum patris.
 3104 Ioas 16. 4 Reg. 13. vers. 10.
 3119 Ieroboam cum patre 1: Solus 40. 4 Reg. 14. vers. 23.
 3160 Interregnum annorum 22.
 3182 Zacharias mensibus 6, qui habentur pro anno uno. 4 Reg. 15. vers. 8.
 3183 Sellum uno tantum mense 0. 4 Reg. 15. vers. 13.
 3183 Menahem annis 10. 4 Reg. 15. vers. 17.
 3193 Interregnum anni unius.

- 3194 Pekaia vel Phaccia. 2. 4 Reg. 15. vers. 23.
 3196 Pekah 20. 4 Reg. 15. vers. 27.
 3216 Interregnum annorum 7, quo per tyrannidem imperio praesuit Oseas. 4 Reg.
 3223 Oseas 9. 4 Reg. vers. 1. (15. vers. 30.
 3232 Hoc anno qui nonus est Osea & sextus Ezochia, Samaria capta & regnum Israel
 destructum est. Cum vero annus hic sit 298 à fundamentis templi, supererunt
 ad captiuitatem Babylonicam anni 133; unde annorum numerus ab initio templi ad
 captiuitatem est 431.

Numerantur ergo ex his fundamentis ad captiuitatem Babyloni-
 cam, ab exitu Israelitarum ex Aegyptiaca seruitute anni 911. A proe-
 missione Abrahamo facta 1341. A diluuiio 1708. A condito mundo 3365.
 Et restant ad natum Christum anni 605.

A captiuitate Babylonica, ad passionem Christi, etsi alij aliter an-
 nos numerant: simplicissima tamen ratione 638 colligimus annos.

Epocha
 passionis
 Christi.

Durauit enim captiuitas 70 annis, quibus Iudei extra patriam terram sub Ba-
 byloniorum regibus fuerunt: Nabodonosore quidem annis 26. Euilmerodacho vero qui
 in principio sui regni Ioiachim regem ex carcere emisit, ut est 4 Reg. 25. vers. 27 an-
 nis 28. Et filijs Euilmerodachi, Regassar, Baldassar, & Labassardach annis 16. Id
 quod vel ex 25 Ierem. vers. 11, & 29 eiusdem vers. 10. Item 9 Danielis vers. 2
 quoque manifestum est.

His vero 70 annis elapsis, Cyrus Rex Persarum devicto Labynito seu Labas-
 sardacho Babyloniorum rege, & capta Babylone ac translata Monarchia à Babylonijs ad
 Persas, edictum de reditu Iudeorum in Palestinam & templi instauratione proposuit,
 Esdra cap. 1. Ad hoc edictum, Iudeorum quidem magna pars duce Zorobabel, nepote Io-
 iachimi regis, ad templi moeniorumque Hierosolomitano- rum reedificationem abiit: Cum ve-
 ro ab hostibus & delatoribus sub Assvero Artaxerxe, qui in regno, Cyri Scythico bello im-
 plicatus, vicarius erat, ex omni parte impedirentur (Vnde & illa querela est Zachariae
 1. cap. Domine exercituum, usquequò tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda,
 quibus iratus es septuaginta iam annis exactis) Varius Hystaspis occupato regno Babylonico
 Iudeorum rebus favens, 17 annis post, secundo nempe anno regni sui, Cyri decretum con-
 firmavit, Esdra 6, aliamque Iudeorum turbam per mille equites cum pace in Iudeam dedu-
 ci curavit. Ab hoc quidem iterato edicto nonnulli, ut & à priore non pauci septuagin-
 ta hebdomadas annorum ordiuntur; quibus exactis, angelus Gabriel occisum iri Christum
 Daniell, cap. 9. vers. 24. & aliquot sequentibus, variatus est: Verum nos, ne consen-
 sus historiae sacrae cum prophana turbetur, initium earum in 7^o annum Artaxerxis Longi-
 mani Persarum regis, qui rursus decretum promulgavit de restauranda urbe Hierusalem, ut
 est Esdra 7. vers. 7. differimus. Atque hoc decretum, primum Cyri, 78 annis subse-
 quutum esse statuimus.

Interim post captiuitatem Babylonicam in imperio Persico regnarunt Cyrus annis 7.
 Cambyses, qui & Artaxerxes dicitur, 8.

4 5

Darius

Darius Histaspis	36	
Xerxes	20	
Artaxerxes ΜΑΧΕΩΧΕΙΣ	7	
Populo vero Iudaico praefuerunt ex sententia Philonis Zorobabel annis	58	
Resa Misicollam	20	
Hinc si nunc auspiciamus 70 hebdomadas annorum, quae faciunt 490 annos, complentur à captivitate Babylonica ad passionem Christi anni 638.		
Quadringentos autem & nonaginta annos ex Philone, Iosepho, alijsq; autoribus per seriem ducum Iudaicorum hoc modo deducimus.		
Resa Misicollam praefuit adhuc Iudaeis annis	46	
Iohanna Ben Resa.	53	
Iudas primus cognomine Hircanus annis	31	
Iosephus primus	7	
Abner Semei	11	
Matathias Elib	12	
Asarmahat	9	
Nagid Artaxas	10	
Hagaielis	8	
Maslot Naum	7	
Amos Sirach	14	
Mathathias Siloab	10	
Iosephus secundus seu Iunior	60	
Hircanus secundus vltimus dux de domo David	16	(cap. 9 & sequentib.)
Iudas Asmonai seu Macchabeus. 6. 1 Machab: 3. Ioseph: lib: 12 antiquitat:		
Jonathas frater Iudae 18. 1 Machab 9. Ioseph: lib. 13 antiq. cap: 1.		
Simon frater Ionathae. 8. Et Machab: 13. Ioseph: lib. 13 antiq. cap. 11 & 12		
Ioannes Hircanus 31. Ioseph: lib: 13 antiq. cap. 15 & 18.		
Aristobulus 1. Ioseph. dicto libro cap. 19.		
Iamneus sive Alexander 27. Ioseph: lib. 13 antiq: cap. 20		
Alexandra uxor Iamnei 9 Ioseph lib. 13 ant. cap. ultimo.		
Hircanus tertius cum Aristobulo fratre 3. Ioseph: lib. 20 antiq: cap. 18.		
Hierosolyma à Pempeio capta sub potestate Romanorum redacta est & sub ea mansit annis 22 Ioseph. lib 14 antiq. cap. 8. Et lib. 1 Belli Iudaici cap. 5.		
Antigonus Parthorum auxilio Iudaeam occupat annis 5.		
Herodes Ascalonita rex Iudaeae ab Antonio declaratus, Asmonaeis, qui Iudaeam tulerant annis 120, ope Romanorum è medio sublatis, Iudaeam gubernavit annis 34. Egesip. lib. 1 cap. 21.		
Atq; sub hoc Herode natus est Christus.		
Archelaus filius Herodis rex à patre institutus praesit annis 9.		
Ioseph. lib. 17 antiq. cap. 10 & ultimo. Euseb. Ecclesiast. hist. lib. 1 cap. 9.		

Herodes

Herodes Antipas appellatus Agrippa, Tetrarcha Galilea, regnavit ad mortem Christi annis 23. Ioseph: lib. 18 antiq. cap. 4.

Hinc facta collectione horum annorum, prodeunt anni, 490.

Ad passionem igitur Christi, à templo Salomonico numerantur anni 1069: Ab exitu Israelitarum ex Aegypto 1549: A promissione Abrahamo facta 1979: A diluvio 2346: A condito mundo 4003. Hinc si subducuntur anni 33, quandoquidē 33 à nativitate anno Christus in cruce mortem subiit, ut supra dictum, remanēt anni à condito mundo ad nativitatem 3970: A diluvio 2313, &c. Atq; hæc est Epocharum Ecclesiasticarum ratio.

Cum verò hisce Epochis & aliæ, quarum vel in prophanis historijs sæpissime mentio fit, vel in lectione Ptolomei, Astronomorum Coriphæi, usus est, recte jungantur: Nos propter lectionem & conciliationem historiarum diversorum temporum, duas maxime insignes, ab Olympiadibus, & urbe condita numeratas, breviter hic describemus. De Olympiadibus, quas Græci in numerandis temporibus usurparunt, certum est, eas quatuor annorum spacium complecti: unde Olympias & Penteteris dicta est, quod quatuor annis completis, quinto anno in orbem redeat. Quinto enim quovis anno incipiente, Agon Gymnicus maximo totius Græciæ applausu celebrabatur h. e. ludi sive certamina in honorem Iovis Olympici iterabantur. Atq; istos ludos primus quidem instituisse Hercules dicitur, anno ut nos computamus mundi 2746: Intermissos verò restituit Iphitus Eliensis Praxonida vel Hæmonis (utrumq; enim traditur) filius, anno mundi 3196: Annis post primam institutionem 450: unde & prima ab Iphito Olympias numeratur à plenilunio, quod Solstitio æstivo proximum est.

Quod verò tot anni à condito mundo ad initium Olympiadum numerandi sint, hinc colligitur. Primum ex antea propositis constat: A condito mundo ad Diluvij Noë initium esse annos 1656. A diluvio autem Noë ad diluvium Deucalionis Eusebius numerat annos 784: Et hinc usq; ad Amyntam successorem Ascatadis, & Dardanum primum regem Troianorum, sunt anni 48: Qui omnes collecti annos 2188 complent. Duravit autem regnum Troianorum annis 300. Et post à capta Troia ad primam Olympiadem numerantur anni, ut notat Eusebius, aliq; ex vetustioribus, 408. AENEAS enim secundo anno à capta Troia in Laurentem agrum deductus, iclo cum Latino rege fœdere, & ducta in matrimonium Lavinia Latini regis filia, unde & Lavinium oppidum ab AENEAS extructum nomen habet, tandem Latino rege in pugna adversus Rutulos occiso, quarto anno post captam Troiam rex Latinorum factus, imperat annis tribus: Septimo verò anno post captam Troiam, in pugna ad Numicum amnem, adversus Heruscos ac Mezentium eorum regem, ultimo visus est. Octavo igitur anno à capta Troia incipiente, Ascanius Latinorum regnum occupat annis 32.

Hunc

Epocha Olympiadum.

*Hi ludi instituti sūt à
Hercule eo tempore,
cū in Javir iudex in
Jerial cepit regnare,
Judic. 10. v. 3.*

Hanc sequitur Sylvius posthumus Æneæ ex Lavinia filius, tertius Latinorum rex, per annos 29.

	Post Æneæ Sylvius quartus Latinorum rex annis	31
Latinus Sylvius	V	51
Alba Sylvius	VI	39
Capetus Sylvius	VII	26
Capys Sylvius	VIII	28
Capetus Sylvius	IX	13
Tyberinus Sylvius	X	8
Agrippa Sylvius	XI	41
Alladius Sylvius	XII	19
Aventinus Sylvius	XIII	37
Procas Sylvius	XIV	23
Amulius Sylvius	XV	42

A qua summa, quæ est annorum 432, si 24 anni subducuntur, quandoquidem in 18 annum Amulij Silvij incidit Olympias prima Græcorum, relinquuntur anni à capta Troia ad initium Olympiadum 408. Vnde tempus à condito mundo ad primam Olympiadem est annorum 3196.

Est & alia ratio quæ Epocham Olympiadum recte constitutam ostendit, desumpta ex tempore Passionis & mortis Christi, quod cadit in tertium diem Aprilis, feriam 6, Lunam 15 anni quarti, Olympiadis 202. Scribit enim Eusebius in Chronico suo ex sententia Phegonis Tralliani, Adriani Imperatoris liberti, quem locum ex 14 lib: desumptum Marianus quoq; Scotus ex Flacco citat: Magnam & excellentem inter omnes quæ anteam acciderunt, defectionem Solis factam esse, anno quarto, ducentesima secunda Olympiadis, die hora sexta in tenebricosam noctem adeo versa, ut stelle in cælo vise sint. Similiter Dionysius Arcopagita, in Epistola ad Polycarpum Smyrnearum Episcopum, & Epistola 11 ad Apollophanem, ait, se Heliopoli Ægypti, feria quadam sexta & hora penè sexta, Solem, Luna contra naturalem motum ab Orientali parte subingressa, horribilibus subito tenebris obductum vidisse, ac postea Lunam rursus in Orientem & Solis oppositum resilientem observasse. Quæ omnia eleganter ijs, quæ in passione Salvatoris acciderunt, conveniunt. Factæ sunt enim tenebræ moriente Christo super uniuersam terram ab hora 6, usq; ad 9, h. e. à meridie ad tertiam usq; pomeridianam ut est Matth: 27 Marc. 15. & Luc. 23. Et quidem tempore oppositionis ☉ & ☽. Quia ergo 202 Olympiades faciunt annos 808, quibus detrahenda est unitas ob numerationem Olympiadum veram, quam in principio æstatis auspicamur: patet additis 807 ad priorem numerum annorum à condito mundo 3196, emergere annum passionis CHRISTI à condito mundo 4003.

Hinc ut ad terminationem nostri temporis veniamus, anno 1595 curren-
te agitur annus primus Olympiadis 593: Estq; Saluator noster natus
anno

anno 2 Olympiadis 193, sicut Mercator in Chronologia sua notat.

Epocha urbis Romae conditae, etsi à nonnullis multis seculis ante aetatem Romuli constituitur, qui à Roma Itali filia oppidulum initio & nomen & prima fundamenta accepisse statuunt: Quae in sententia sunt Sempronius de divisione Italiae, Plutarch. in Romulo, Et Fabius pictor de aureo seculo: Nos tamen firmis complurium autorum sententijs nitentes, eam in aetatem Romuli reijcimus, & id quidem tempus, quo Romulus & Remus occiso avi materni fratre Amulio, qui Latinorum rex tum fuerat per integros 44 annos, & Numitori Albana re relicta ex oppidulo urbem quadratam & regiam denovo condere aggressi sunt. Ac factum id esse statuimus anno mundi 3219, quarto anno Olympiadis sextae jam iam exeunte, & 1 anno Olympiadis 7 incipiente, si in 11, Calend: May seu 21 diem Aprilis, ex sententia Plinij lib. 18, cap. 16, principium collocamus. In hac Epocha consentiunt tum ea, quae in precedente Olympiadum proposita sunt, tum quae Solinus cap. 2 habet, inquiring: Collatis igitur nostris & Graecorum temporibus, invenimus incipiente Olympiade septima Romam conditam. Clemens quoque Alexandrinus lib. 1 Stromatum colligit, ex calculo Dionisy Halicarnassaei, quem habet antiquit: Roman. lib. 1, à prima Olympiade ad Romam conditam effluxisse annos 24. Hinc annus ab urbe condita 784, consentit cum anno 4 Olympiadis 202, quo tempore passus est Christus Et anno, qui initium praebet nostris Ephemeridibus, numeramus ab urbe condita 2346 annis.

Epocha
urbis Ro:
mae conditae.

Astronomica era, quarum apud Ptolomeum saepissime mentio fit, duae praecipuae sunt: Una à regno Nabonassari, altera à morte Alexandri Magni sumpta. De Nabonassaro, quem quidam male Nabochodonosorem appellant, certum est ex doctiorum Chronologorum libris eum fuisse Salmanassarem regem Assyriorum, qui in servitutem redegit decem tribus Israclis, destructo regno Samariae. Huius Epocham, Ptolomeus ad meridiem primi diei Thoth primi mensis Aegyptiorum refert: indeque omnes planetarum motus, tanquam à principio fixo numerat. Congruit autem ea in annum mundi 3223, & meridiem 26 die Februarij, si fingamus tum in usum fuisse annum Julianum, qui est annus ante natum Christum 747. Et si vero homines civiles nostris temporibus non utuntur anno Aegyptiaco, quo in deducendis & consignandis motibus ab Epocha Nabonassari & obitu Alexandri Magni, utitur Ptolomeus: quia tamen lectioni Ptolomei aliorumque Astronomorum, consideratio

Epocha
Nabonassari.

æeratio huius anni, quem perpetuo æqualem esse, & 365 dies exactè, sine ullo additamento, continere possim legimus, magnam offert lucem; solent diligentiores Ephemeridum scriptores nostrorum temporum, annos & dies Iulianos AEgyptiaco anno accommodare, & in annis AEgyptiacis ostendere, quoniam ab istis Epochis numerentur anni, & quomodo singuli AEgyptiorum dies nostris congruant. Hinc quia annus initij nostrarum Ephemeridum, à nato Christo est 1595, constat adiectis prioribus 747, hunc quidem iuxta $\epsilon\pi\iota\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$ Iulianam à Nabonassaro esse 2342 annum, verum si adiciantur 585 dies, quos nostris annis inseruimus, propter bissextiles, qui die uno superant AEgyptiacos annos; manifestum erit propositum annum AEgyptiaca supputatione à Nabonassaro esse 2343, cum 220 diebus: Qui si retro à 26 die Februarij in precedentem annum suis diebus annumeratur, cõgruet primus dies Thoth mensis primi AEgyptiorum cum 21 die Iulij, à cuius meridie 2344 annum auspicamur.

Epocha
obitus Ale-
xandri ma-
gni.

Mors Alexandri Magni in annum conditi mundi 3646, & secundum historia veritatem ex Plutarchi sententia, si collatio instituitur anni Græcorum ad nostrum, in 20 diem Maij eius anni incidit. Verum si Epochæ hæc consideratur, ut ab Astronomis notari solet, correspondet ea 12 Novemb: eiusdem anni. Historici enim res gestas ad eos dies, quibus sunt; Astronomi vero ad principia annorum, quæ sunt in usu publico, Epochas rerum gestarum referunt. Respiciunt enim magis facilitatem calculi & consuetam vulgo dierum computationem, quam historicam veritatem. Hinc Epochæ obitus Alexandri Magni, in annis Iulianis instituta consideratione, posterior est quam Epochæ Nabonassari, annis 423 diebus 260. In annis verò AEgyptijs, annis intergris 424. Nam 105 dies hoc temporis intervallo in Iuliana supputatione intercalantur, qui retro numerati à 26 Febr: ostendunt 12 Novembris: Si igitur ab annis Epochæ Nabonassari subducuntur anni 424, constat anno nati Christi 1595 & 21 die Iulij, numerari à morte Alexandri magni AEgyptiaca supputatione annum 1920.

CAPVT II.

De notis vulgaribus annorum.

Notæ vulgares quid? **N**Otas vulgares annorum, vocamus terminos illos generales, quibus anni determinari solent; ut eorum beneficio quantitas

titas anni, feriæ, festa mobilia, aliaq; ad Lunationes dijudicandas pertinentia facilimè, absq; laborioso aliquo calculo, cognoscantur. Licet enim anni quantitatem, qua nos utimur, à Julio Cesare acceperimus, qui, animadvertens veterum annorum rationem inconstantem, intricatam & difficilem esse, proximo ante obitum suum cruentum anno, conditi nempe mundi 3925, & ante natum Christum 45, consilio Sosigenis Mathematici Alexandrini annum constituit 365 dierum 6 horarum; quæ 6 Hora quatuor annis diem integrum complent, & annos duplices faciunt, communes & Bissextiles: Tamen nisi Dionysius Abbas Romanus cognomine *μυρδς*, anno Christi 532 notas certas annorum, ut aureum numerum, Cyclum Solarem &c: ordinasset; quarum notarum rudimenta quedam jam antea ab Eusebio Casariense & Mathematicis Alexandrinis, decreto Synodi Nicæ à Constantino Magno indictæ, & circa annum Christi 324 celebrata, inventa & constituta extabant, ex illisq; notis periodum magnam 532, annorum confecisset, quibus omnia, quæ ad anni dierumq; & festorum determinationem spectant, in circulum redeunt, sola indictione Romana excepta, quæ suum peculiarem Cyclum habet: difficilis, ac in Mathematicis studijs probe solum versatis obvia esset festorum mobilium, Lunationumq; ratio. Nunc cum æquinoctium vernum in 21 diem Martij, tanquam fixum terminum collocet, ex eoq; fundamento Cyclos plerosq; deducat; facilis quidem, ac rusticis pene nota est qualitas anni & festorum ratio; erronea tamen, non solum quod hisce temporibus, propter anni Iuliani quantitatem justo maiorem, æquinoctium ad 10 & 11 diem ejusdem mensis anticipando pervenerit; Verum etiam, quod Solis & Luna motus veri diversis temporibus diversimode sese habeant.

Mensium & annorum rationem apud Veteres fuisse dubiam, constat ex Plut. in vita Numæ Pompilii.

Ad tollendos igitur errores, qui ex anni Iuliani nimia magnitudine provenerunt; Antonius Lilius & Aloysius fratres Germani Umbriaticenses, ex Petri Pitati Veronensis libro, quem de Paschalis solennitatis recognitione ad Pium quartum Pontificem, & Concilium Tridentinum scripsit, anni quantitatem autoritate Gregorij aecimi tertij Pontificis maximi emendarunt, & notas annorum vulgatas nonnihil correxerunt. Fecerunt autem magnitudinem anni 365 dierum Hor: 5, 49 min. 12. sec. Id quod vel ex divisione 146097 dierum per 400 patet. Cum enim in nova anni forma singulis 400 annis Iulianis, qui constant diebus 146100 tres intercalares dies omittantur

Causa emendati Calendarij.

omittantur

omittantur, patet 400 annos novos, habere dies solum 146097: Quæ si dividuntur per 400, exurgit dictus numerus dierum, horarum & scrupulorum unius anni. Etsi vero in hoc novo anno, ut & in veteri, propter motum verum ☉ & ☽ inaequalem, præcessionem æquinoctiorum dissimilem, & apogæi ☉ translationem, nota vulgares annorum, quod de illis sibi quisq; pollicetur, exactè non præstent; tamen quia ex recepta consuetudine ad illas omnis festorum mobiliam ratio exigitur, paucis, pro Ephemeridum pleniori intellectu, de singulis agemus.

Annus duplex.
Alius communis, alius bissextilis.

Primum ergo in Ephemeridibus ante alias Epochas, post numerum annorum Christi, poni solet qualitas anni, ostendens utrum propositus annus communis vel bissextilis sit. Cum enim annus Iulianus contineat, ut paulo ante dictum, dies 365, Horas 6; sapienti consilio, ad evitandam perturbationem intercalandi, 6 Hora primis tribus annis negliguntur, & quarto demum anno integer dies intercalatur. Hinc priores tres anni 365 dierum communes vocantur: quartus verò 366 dierum intercalaris, item bissextilis dicitur; quandoquidem dies intercalaris proximè ante diem sextum calendarum Martij inseritur, ac sextum calendarum Martij bis numerari facit. Ut verò sciatur, num propositus annus à nato Christo, communis vel Bissextilis sit in veteri $\epsilon\pi\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\omega$, divide eum per 4, siquidem annus nativitatis Salvatoris bissextilis constituitur, & numerus ex quaternaria divisione residuus, monstrabit tibi quæsitum. Communis n. erit, si aliquid; Bissextilis, si nihil in residuo fuerit. Ipse verò residuus, quotus à bissextili sit, ostendet. Veluti datur annus à nato Christo 1595: Hic per 4 divisus, quia in residuo habet 3, arguit annum propositum esse communem, & tertium à bissextili &c. In nova anni forma, eadem inquisitionis ratio est; hac saltem cautio notetur, ut omnes à nato Christo centenarij numeri, correspondentes annorum communium numeris minoribus, pro communibus & ipsi habeantur, eliso die intercalari: (Oportebat enim aliàs etiam ipsos esse bissextiles) Reliqui verò bissextiles censeantur. Hinc sicut minorum numerorum infra centum anni 1, 2, 3, 5, 6, &c. 11, 13, 14, 15, 17, &c. communes sunt: Anni autem 4, 8, 12, 16, 20, &c. bissextiles: Illi dierum 365, hi 366. Sic etiam in novo anno 100, 200, 300, 500, &c. 1100, 1300, 1400, 1500, &c. communes: Sed anni 400, 800, 1200, 1600, &c. bissextiles habentur.

De aureo numero,

Secundo loco post Epochas alias, quarum in præcedenti capite meminimus, poni solet aureus numerus, qui pars est cycli decem novennalis. Dicitur autem cyclus decemnovennalis, Græcis $\kappa\upsilon\kappa\lambda\omicron\epsilon\nu\nu\epsilon\alpha\omicron\omicron\iota\omicron\delta$

$\omicron\iota\eta\gamma\iota\delta$

à nonnullis annis Metonicus, ab autore; quanquam pri-
 mus quidem Meton, Pausania filius circiter annum mundi 3539, ante
 natam Christum annis 431, cyclum Lunarem 19 annorum constituerit,
 sublato veteri Harpali, qui fuit octo annorum; diversus verò multum
 sit cyclus Metonis à nostro hoc aureo numero, cum propter diversum si-
 tum embolismorum, tum propter diversam anni quantitatem: Rectius
 tamen circulus vel orbis Lunaris, à motu Luna, nuncupatur. **Cyclus de-**
 volutio periodica annorum nostrorum civilium 19, qua veteres, **centoven-**
 Lunationes, hoc est, novilunia, plenilunia & quadraturas, ad sua **lis quid.**
 principia redire judicabant: Tanto enim ferè temporis spacio, caput
 Draconis periodum unam complet. Huius partes aureum numerum appel- **Aureus**
 larunt veteres; cum quod non aliter, ac auro omnia sunt venalia, ita **numerus.**
 per hunc numerum in Ecclesia reperiantur omnia festa mobilia; imò
 quod huius beneficio coniunctiones & oppositiones luminarium olim
 quasi verint: tum quod Alexandrini rerum cælestium investigatores
 optimi, varias ac multiplices Luna peragrations, ad Romanos, tum
 temporis rerum dominos, in tabella quadam argentea, aureis scripta li-
 teris, miserint: unde edocti sunt Romani, Lunares aspectus ad Solem
 invenire. Etsi vero antiquitas credidit, omnem Lunationum diversita-
 tatem spacio 19 annorum Solarium præcise redire in circulum: Poste-
 rior tamen ætas longa observatione deprehendit, fieri anticipationem in
 19 annis ad horam & 30 minuta ferè. Veluti fiat aliqua media con-
 iunctio Luna cum Sole in principio Arietis in ipsa meridiæ: Et elapsis
 19 annis fiet eadem coniunctio hora 1 & 30 minutis ferè ante: Id
 quod vel hinc patet: Multiplicentur 365 dies & 6 Hora, qua com-
 plent annum Iulianum in 19 annos, & emergunt inde 6939 dies &
 18 hora. In his 19, annis sunt 7 anni Embolismales, videlicet 3, 6,
 8, 11, 14, 17 & 19 quorum singuli 13 menses continent: Si itaq; 13
 in 7 ducantur 91: Si 12 in 12, 144 Lunationes emergent, ut ita anni
 19, Lunationes 235 complectantur. Iam porrò 235 Lunationes in
 mensem Lunarem Synodicum 29 Dierum, 12 Hor: 44 min. 3 sec:
 multiplicentur, & prodeunt inde dies 6934 Hora 16, 31 minut.
 45 sec:

Quibus à 6939 diebus & 18 horis subtrahitis, remanet Hora 1,
 28 min: 15 sec: pro quibus absq; insigni errore 1 Hora 30 min: usur-
 pari possunt. Annis ergo 304, unico die anticipant Lunationes, sicut
 apparet ex subiecta tabella.

B

Quanquam

Anni Aurei numeri	Horz. Min:	Anni Aurei numeri	Dies	Anni Aurei numeri	Dies
19	1 30	304	1	4864	16
38	3 0	608	2	5168	17
57	4 30	912	3	5472	18
76	6 0	1216	4	5776	19
95	7 30	1520	5	6080	20
114	9 0	1824	6	6384	21
133	10 30	2128	7	6688	22
152	12 0	2432	8	6992	23
171	13 30	2736	9	7296	24
190	15 0	3040	10	7600	25
209	16 30	3344	11	7904	26
218	18 0	3648	12	8208	27
247	19 30	3952	13	8512	28
266	21 0	4256	14	8816	29
285	22 30	4560	15	9120	30
304	24 0	4864	16	9424	31

Quāquam autem hisce temporibus aureus numerus ad Lunationes in-
 dicandas non adhibeatur: utimur tamen eo hodie in Ecclesia ex decreto
 Synodi Nicenae, ut festa mobilia inde cognoscantur, qua & ipsa non ac-
 curatè ostendere valet. Quam multum enim in celebratione Paschatis,
 quod festum basis & fundamentum est omnium mobilium festorum, à
 constitutione & mandato DEI, quod habetur Exod. 12 cap. aberremus,
 experientia, qua interdum una, interdum 4, vel etiam 5 hebdomadi-
 bus tardius à nobis Pascha, quam par erat, celebrari ostendit, luculenter
 docet: Unde non immerito aureus hic numerus, cum id non praestet ad
 quod primum excogitatus & inventus est, blumbeus appellandus erit.
 Ceterum ut eundem ad quemlibet annum propositum, tam in anno Iu-
 liano quam in novo invenias, (Eadem enim ratio investigandi est, si-
 quidem in anno novo hic cyclus, ut Epactarum sit index, plane immutatus
 servatur) hoc modo procedes: 1 Annis Christi adde unitatem: Namq; si
 anno, quo natus est Salvator Christus, juxta civilem numerationem 25
 Decemb: aureum numerum ascribimus, qui quidem illis temporibus
 nondum fuit in usu, erit is unitas: A 25 vero Decembris aureus nu-
 merus binarium habebit.

Ratio inve-
 niendi au-
 reum nu-
 merum ad
 quemvis
 annum,

2. Produ-

2. Productum divide per 19, ut pote numerum annorum totius Cycli. Et residuum, quod dividi nequit, aureum numerum anni propositi ostendet: Quotiens verò integras huius Cycli revolutiones à Nativitate Christi exhibebit. Quod si tamen in residuo post divisionem nihil remaneat, complementum totius Cycli assumendum erit. Veluti sit querendus aureus numerus ad annum Christi 1595: Adde primum annis propositis unitatem: Post productum divido per 19, & exhibet quotiens 84 revolutiones Cycli, cum residuo nullo: Unde numerus totius cycli 19, aureus est numerus anni propositi in utroque anno veteri & novo.

Tertium locum Cyclus Solaris habet; qui nihil aliud est, quam revolutio 28 annorum, quibus literæ Dominicalis mutatio in cyclum redit. De cyclo Solari.

Dicitur autem cyclus Solaris, non quod Solis motum ostendat, sed quod eius beneficio literam Dominicalem cognoscamus, per quam diem Dominicum, quo Sol dominatur, scimus. Ut ergo prior cyclus, Lunaris dictus est, ab officio; quoniam ad Lunationes monstrandas primus inventus est: sic hic Solaris dicitur; quandoquidem omnem varietatem literæ Dominicalis vel Solaris, quæ ex bissexto oritur, comprehendit: Varietas autem hæc in quovis septennio ad principium suum rediret, nisi anni bissextiles, qui quarto quovis anno incidunt, obstarent: Illi enim maiorem varietatem producunt, quæ numero septenario quater multiplicato explicatur, ut patet ex tabella subiecta.

TABELLA OSTENDENS QUOMODO NUMERI Cycli Solaris cum literis Dominicalibus congruant.

Num. Cycli Solaris	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Literæ Dominical.	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F	D
	F			A					C				E	
Num. Cycli Solaris	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Literæ Dominical.	C	B	A	F	E	D	C	A	G	F	E	C	B	A
			G				B				D			

Porro Cyclus ad quemlibet propositum annum tam in veteri quam novo Calendario cognoscitur, si ad annum à natali Christi numeratum novem addideris: Natus est enim Salvator cum Cyclus Solaris novenus esset: 2. Summam collectam per 28 divideris, ut pote numerum annorum totius cycli: tum enim quotiens integras huius cycli revolutiones à nato Christo ad propositum tempus; residuum verò ipsum numerum cycli So-

Modus inveniendi cyclum Solarem.



cl. Solaris ostendet: Quod si nihil remanserit, totus cyclus usurpatus erit. Veluti sit quarendus cyclus Solaris ad annum Christi 1595. Addo primum huic numero 9: Post productum divido per 28, emergunt in quotiente 57, quæ ostendunt quoties à nato Christo cyclus reiteratus sit, & manent in residuo 8, quæ cyclum Solarem indicant.

De litera
Domini-
cali.

Modus col-
ligendi lite-
ram Domi-
nicalem in
anno veteri

In anno no-
vo.

Quartum locum litera Dominicalis occupat, quæ una est ex his septem A, B, C, D, E, F, G, ac diem Dominicum seu Solis per totum annum ostendit. Est autem in anno communi unica tantum litera Dominicalis: at in bissextili dua sunt, quarum prior à principio anni ad 24 usq. February, seu festum Matthiæ usurpatur; altera à dicto termino ad finem usq. anni sese extendit. Ut verò compendiosè scias, cuiusmodi literam Dominicalem propositus annus contineat, in Calendario veteri, ingredi tabulam præcedentem cum cyclo Solari, & litera subscripta Dominicalis erit: quæ si unica fuerit, annum communem: si duplex, bissextilem ostendet. Veluti scire desidero, quæ sit litera Dominicalis anno Christi 1595: Consulo ergo cum numero 8 cycli Solaris antea reperto, tabulam præcedentem, & offendo literam Dominicalem E. In calendario novo, quia non unica, ut in veteri, sufficit tabella literam Dominicalem ostendens, propter omissionem dierum intercalarium in quibusdam annis centenarijs, quæ interrumpit seriem cycli huius, ne iisdem numeris eadem literæ Dominicales congruant, ea semper cum numero cycli Solaris consulenda erit, quæ proposito tempori accommodata est. Hac enim sola veram literam Dominicalem ostendit. Hinc in anno 1595, qui numerum cycli Solaris habet 8, ex ea tabella literam Dominicalem peto, quæ convenit annis ducentis sese proxime sequentibus, ab anno Christi 1500 inclusivè usq. ad annum 1700 exclusivè quandoquidem hoc toto tempore nullus intercalaris dies negligitur: Et exhibet tabella literam Dominicalem A. Apponere autem libuit & alias duas tabellas subsequenter temporibus convenientes; Velut priorem competentem annis 100, ab anno Christi 1700 inclusivè, quo intercalaris dies omittitur, usq. ad annum 1800 quo rursus intercalaris eximitur: Et posteriorem convenientem annis alijs 100, ab anno 1800 inclusivè, usq. ad annum 1900 exclusivè, quo anno vicissim dies intercalaris negligitur. Ex his enim tabellis ratio continuandi similes tabellas in infinitum sese offert; quandoquidem ultima semper litera præcedentis, sequentem inchoat, ut ex diligenti harum tabellarum consideratione perspicuum est. Notandum autem primum annum, quo tabellam quamvis ordinaris, licet duas literas
Domini-

Dominicales habeat, & bissextilis hinc judicandus sit, tamen bissextilem non esse, & ideo literam posteriorem solum pro Dominicali per totum annum usurpare. Sunt enim centenarij anni omnes in forma quidem veteri bissextiles: at in nova pleriq; communes, sicut supra monuimus.

TABELLA OSTENDENS LITERARVM DOMINICALIUM cum numeris Cycli Solaris congruentiam, ab anno Christi 1500 inclusivè, usq; ad annum 1700 exclusivè.

Num. Cycli Solaris	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Literæ Dominical.	C	A	G	F	E	C	B	A	G	E	D	C	B	G
	B				D				F				A	
Num. Cycli Solaris	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Literæ Dominical.	F	E	D	B	A	G	F	D	C	B	A	F	E	D
				C				B				G		

TABELLA ALIA NUMERI CYCLI SOLARIS & literarum Dominicalium ad anno Christi 1700 inclusivè usq; ad 1800 exclusivè.

Num. Cycli Solar.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Literæ Domin.	D	B	A	G	F	D	C	B	A	F	E	D	C	A
	C				E				G				B	
Num. Cycli Solar.	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Literæ Domin.	G	F	E	C	B	A	G	E	D	C	B	G	F	E
				D				F				A		

ALIA TABELLA LOCVM HABENS ab anno CHRISTI 1800 inclusivè ad 1900 exclusivè.

Num. Cycli Solar.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Literæ Domin.	E	C	B	A	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B
	D				F				A				C	
Num. Cycli Solar.	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Literæ Domin.	A	G	F	D	C	B	A	F	E	D	C	A	G	F
				E				G				B		

B 4

Quintum

De indi-
ctione Ro-
mana.

Quintum locum Indictio Romana, seu Cyclus indictionalis tenet: Estque spacium 15 annorum; quod olim monstravit annum, quo Romanis tributa ferri solebant, & simul etiam indicavit, quotus esset annus post tributorum solutionem. Cum enim Romani dominarentur universo fere orbi terrarum, terrasque remotiores sibi fecissent tributarias; Octavius Augustus, tertio ante nativitatem Domini anno, praecepit, ut illi qui in remotioribus locis degerent, ob difficultatem itinerum, exacto demum lustro seu quinquennio tribusum solverent; ac in fine primi quinquennij aurum afferrent, ad dominationis typum; in fine secundi argentum, ad stipendia militum; in fine tertij as & ferrum ad armorum reparationem. Neve hac ipsorum constitutio facile ex hominum memoria laberetur, sanxerunt Imperatores, atque etiam postea Pontifices Romani, nullum instrumentum à Notarijs publicis confectum, stabile & firmum habendum esse, nisi anno Indictionis determinatum esset; quod & hisce temporibus observari solet. Incipit autem Cyclus Indictionis ex Imperatorum sententia 24 die Septembris; quo tempore ob maturitatem frugum optime solvi possunt tributa: At ex Pontificum decreto, tunc demum, quando & anni Nativitatis Christi mutari solent. Unde tabelliones Imperiales mutant Indictiones die 24 Septemb: Tabelliones vero Pontificia autoritate fungentes, in curia Romani Pontificis mutant Indictiones post tres demum menses, ut patet ex actis Concilij Constantiensis, in quibus mutatur annus Domini & Indictio simul. Quod si nunc scire volueris, quem numerum Indictionis propositus annus in utroque Calendario contineat: Adde primo ad annos CHRISTI ternarium, siquidem natus est CHRISTVS anno quarto Cycli Indictionis, fuitque anno Domini primo Indictio 4, & anno secundo, Indictio 5 &c. Post productum divide per 15, & ostendit quotiens revolutiones huius Cycli, residuum vero numerum Indictionis Romanae. Quod si nihil remanserit, totus Cyclus Indictionis, Indictionem indicabit. Veluti proponitur annus CHRISTI currens 1595, cuius Indictio quaerenda est. Primum ergo huic numero 3 addo, post productum per 15 divido: Et emergunt in quotiente 106 revolutiones huius Cycli: relinquuntur vero 8, quae sunt numerus Indictionis propositi anni.

Ratio inven-
niendi In-
dictionem.

De Epactis

Sextum locum Epactae habent, quae nihil aliud sunt quam excessus quo superat annus Solaris Lunarem, hoc est, sunt nume-

TUIS

rus 11 dierum, quibus annus Solaris communis 365 dierum, annum Lunarem communem 354 dierum superat. Quia vero excessus hic accumulatus in aliquot annis in immensum excrescere posset, nisi terminus constitueretur, ultra quem Epactæ non sunt extendendæ, sciendum nullum Epactarum numerum ultra 30 dies habere. Cum enim Epactæ inventæ sint ad hunc usum, ut aureo numero non monstrante Novilunia, plenilunia atq; ætates Lune, ipsæ Epactæ hoc munus præstent, nullaq; ætas Lunæ 30 dies excedat, Epactæ etiam numerum ultra tricenarium admittere non possunt. Hinc quando ad numerum 30 pervenitur, intercalatio instituitur, & annus Embolismalis fit 13 Lunarium mensium, quò Lunaris anni numeratio Solari conveniat: residuum autem ultra 30, Epactas reservatur & anni sequentis Epactis jungitur.

Ceterum modus inveniendi Epactas beneficio aurei numeri ad quodvis propositum tempus in Calendario veteri hic est: Multiplica aureum numerum per 11, productum divide per 30 & residuum post divisionem monstrabit Epactas anni propositi.

Voluit investiganda nobis sint Epactæ anni 1595, cuius aureum numerum supra invenimus esse 19. Multiplico igitur 19 per 11, & productum 209 divido per 30, remanent 29, quæ sunt numerus dierum Epactarum propositi anni: Id quod vel ex hac tabella quoq; colligi potest.

Modus colligendi Epactas in anno veteri.

TABELLA EPACTARVM, OSTENDENS, quomodo in Calendario veteri Epactæ per aureos numeros innotescant.

Aurei numeri Epactæ	1 XI	2 XXII	3 III	4 XIV	5 XXV	6 VI	7 XVII	8 XXVIII	9 IX	10 XX	11 I	12 XII
Aurei numeri Epactæ	13 XXIII	14 IV	15 XV	16 XXVI	17 VII	18 XVIII	19 XXIX					

Huius autem numeri beneficio ætatem Luna ad tempus aliquod propositum tam præteritum quam futurum hoc pacto inquisiverunt veteres. I Ad datum annum mensem & diem, Epactas indagant forma præmonstrata. II Viderunt num mensis propositus sequatur vel antecedar Martio & quotus sit à Martio, III Numerum mensis à Martio numeratum, si mensis aliquis præcedens datus sit, subtraxerunt; si sequens adiecerunt numero Epactæ.

Modus
colligendi
Epactas
in anno
Novo:

Epactarum, hisq; annumerarunt dies mensis propositi abieclis 30, si eo usq; numerus excreuisse deprehensus sit, & inventus est numerus etatem Luna ostendens. Veluti quaritur quam habeat Luna Anno 1595 die 3 Augusti etatem. Primum ergo Epactas huius anni 1595 assumo 29. Postea his addo 5, quandoquidem Augustus quintus est mensis à Martio: Addo etiam dies huius mensis datos 3: Et emergunt 37. Sublatis 30, patet propositum diem à novilunio abesse 7 diebus. Verum ut aureus numerus ex rationibus supra propositis fallit: ita & Epacta fallunt; Et propter nullum ferme, quem hisce temporibus habent usum, à plerisq; Ephemeridum scriptoribus negliguntur. In Calendario novo licet Epacta emendationem sustinuerint: tamen ad Nouiluniorum terminos ostendendos languidissima deprehenduntur, cum rarissime veris novilunijs congruant. Conferenti enim in Ephemeridibus novilunia cum Epactis, sapissime discrepantia unius diei, aliquando etiam bidui sese offert. Inquisitionis autem modus talis est: Cum aureo numero consulatur tabula Epactarum accommodata tempore proposito: Et numeri Epactales subscripti aureo numero inde eximantur. Veluti anni 1595 aureus numerus antea deprehensus est 19, cum hoc si consulo tabulam Epactarum huius temporis, que ad annum Christi 1700 exclusive durabit, offendo Epactas huius anni esse 19.

TABVLA EPACTARVM, RESPONDENS
aureis numeris annorum à nato Christo numeratorum
ab anno 1500 inclusivè ad 1700 exclusivè.

Aurei numeri	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Epactæ	XIX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX
Aurei numeri	10	11	12	13	14	15	16	17	18	
Epactæ	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	

TABVLA EPACTARVM ALIA, CONVENIENS
aureis numeris ab anno 1700 inclusivè usq;
ad annum 1900 exclusivè.

Aurei numeri	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII
Aurei numeri	1	2	3	4	5	6	7	8	9	
Epactæ	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	

TABV.

TABVLA ALIA, CONVENIENS AVREIS

numeris ab anno 1900 inclusive usq; ad annum 2200 exclusive.

Aurei numeri Epactæ	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII
Aurei numeri Epactæ	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XVII	

Adiunximus autem alias adhuc tabulas, ut eodem modo beneficio aurei numeri eadem Epactæ in Calendario novo ad tempora, quæ longius absunt cognoscantur. Caterum quod tabulæ hæc Epactarum subinde mutandæ sint, in nova anni forma, nec una aliqua, ut in veteri, sufficiat, causæ duæ sunt. Prior, ob quam & in veteri mutatio instituenda esset, est anticipatio Lunationum, quæ ipsa singulis 304 fere annis, uno die anticipant: Altera, quæ novi anni, propria est, est neglectio trium dierum intercalarium in singulis 400 annis, propter æquinoctiorum anticipationem. Unde sicut tabulæ litterarum Dominicalium, propter elisionem dierum intercalarium; Ita & Epactarum tabulæ, diversis tamen non nihil temporibus, sicut patet, interrumpi necesse est.

Septimo loco Intervallum minus ponitur, numerus nempe hebdomadarum & dierum, interceptus inter Natalem Domini, & Dominicam Quinquagesimæ seu Esto mihi. Cuius intervalli hic usus est; ut eo cognito reliqua festa mobilia facile inde cognoscantur, in primis Pascha, cuius causæ potissimum hæc mobilium festorum variatio instituta est; siquidem ex decreto Synodi Nicænæ, Pascha celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit decimam quartam Lunam primi mensis. Vocatur autem apud Hebræos primus mensis, cuius 14. Luna seu plenilunium proxime sequitur ingressum ☉ in Arietem. Verum ut Epactæ tam veteris, quam novi Calendarij, Lunationes non exactè indicant, ita festa quoq; mobilia ad decreum Synodi Nicænæ sese non accommodant. Caterum intervallum hoc dicitur minus respectu maioris, quod Dominicas post Trinitatis complectitur, seu à Dominica Trinitatis ad Dominicam Adventus Domini numeratur. Habet enim prius intervallum quod 10 ad summum, minimum 5 hebdomadarum est, multo pauciores hebdomadas quàm posterius, quoa 22 minimum, plurimum verò 27 hebdomadarum constituitur. Inquiritur autem inter-

De inter-
vallo mi-
nori,

Primus
mēsis quis
sit Hebræis

Interval-
lum maius.

vallum minus iuxta Calendarij veteris prescripta ex adiuncta tabella hoc modo:

Ratio in-
quisitionis
intervalli
minoris in
Calendario
veteri.

Accipe aureum numerū anni propositi cū litera Dominicali in anno cōmuni, priori verò, bissextili, & ingredere tabellam adiunctam, quaerens aureum numerum in latere sinistro descendēdo, litteram verò Dominicalem in fronte: Et monstrabis angulus communis in area tabula numerum hebdomadarum intervalli minoris, numerus verò supra litteram Dominicalem scriptus, dies concurrētes: Hosce dies integris hebdomadibus annumerare necesse est, quandoquidē dies Natalis Salvatoris ut plurimum extra Dominicum diem cadit. Veluti datur annus 1595, cuius queritur intervallum minus: Aureus numerus huius anni supra repertus est 19. Littera verò Dominicalis E. His si adiunctā tabellam cōsulo, offendo angulum communem offerre intervalli minoris hebdomadas 9 cum 4 diebus in fronte. Unde colligitur tempus à Natali Domini ad Dominicam Esto mihi, proposito anno, in veteri Calendario esse 9 hebdomadarum & 4 dierum.

TABELLA INTERVALLI MINORIS accommodata Calendario veteri.

Aureus numerus	0	1	2	3	4	5	6	Dies concurrētes
	A	B	C	D	E	F	G	
1	8	8	8	8	7	7	7	Litera Dominical:
2	6	6	6	6	6	6	6	
3	9	9	9	9	9	8	8	Intervallum in hebdomadibus
4	8	7	7	7	7	7	7	
5	6	6	6	6	5	5	5	numeratum inter nativitatem
6	9	9	8	8	8	8	8	
7	7	7	7	7	7	6	6	Christi & Dominicam Quinquagesimæ.
8	10	10	10	9	9	9	9	
9	8	8	8	8	8	8	7	
10	7	7	6	6	6	6	6	
11	9	9	9	9	9	9	9	
12	8	8	8	7	7	7	7	
13	6	6	6	6	6	6	5	
14	9	9	9	9	8	8	8	
15	7	7	7	7	7	7	7	
16	6	6	6	5	5	5	5	
17	9	8	8	8	8	8	8	
18	7	7	7	7	7	6	6	
19	10	10	9	9	9	9	9	



TABELLA

TABELLA INTERVALLI MINORIS
conveniens Calendario Novo.

Literæ Dominicales	Cyclus Epactarum	Intervallum minus	
		Hebd.	Dier.
A.	23. 22. 21. 20. 19.	6	0
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	7	0
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	8	0
	4. 3. 2. 1. * 29. 28	9	0
	27. 26. XXV. 25. 24.	10	0
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	6	1
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	7	1
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	8	1
	3. 2. 1. * 29. 28. 27	9	1
	26. XXV. 25. 24.	10	1
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	6	2
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	7	2
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	8	2
	2. 1. * 29. 28. 27. 26. XXV.	9	2
	25. 24.	10	2
D	23.	5	3
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	6	3
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	7	3
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8	3
	1. * 29. 28. 27. 26. XXV. 25. 24.	9	3
E	23. 22.	5	4
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	6	4
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	7	4
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	8	4
	* 29. 28. 27. 26. XXV. 25. 24.	9	4
F	23. 22. 21.	5	5
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	6	5
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	7	5
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *	8	5
	29. 28. 27. 26. XXV. 25. 24.	9	5
G	23. 22. 21. 20.	5	6
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	6	6
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	7	6
	5. 4. 3. 2. 1. * 29.	8	6
	28. 27. 26. XXV. 25. 24.	9	6

Museo
Kamenz
1717

In Calendario novo, quia aureus numerus ad festa mobilia indicanda adhiberi non solet, sed eius loco Epacta assumuntur, cum Epactis & littera Dominicali, tabella intervalli minoris, anno novo conveniens, consulenda est: Primumq; littera Dominicalis propositi anni, postea & Epacta quarendae sunt, quibus e regione intervallum minus respondens, veram Dominicam Esto mihi ostendit. Veluti anno 1595 juxta $\epsilon\pi\iota\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\omicron\pi$ novam in praecedentibus reperta est littera Dominicalis A, & Epacta 19: His si consulo tabellam, invenio intervallum minus 6. hebdomadae diei. Dominica igitur Esto mihi sequuta est diem natalem Salvatoris 6 hebdomadibus exacte.

Octavo festa mobilia ordine collocantur, ut Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima, Reminiscere, Oculi, Latere, Iudica, Palmarum, Pascha, Quasimodogeniti, Misericordias Domini, Iubilate, Cantate, Vocem jucunditatis, Ascensio Domini, Exaudi, Pentecoste, Trinitatis, Corporis Christi, Dominica post Trinitatis omnes, & Adventus Domini Dominica quatuor; aut ex his festis quaedam solum, quibus adjunguntur dies mensium, quibus illa alliganda sint. Dicuntur autem festa mobilia, quae non habent fixum aliquem locum in Calendario, ut festa fixa Sanctorum, quae isdem semper diebus mensium occurrunt; sed juxta diversitatem Lunationum singulis annis variantur, & nunc tardius nunc citius sese offerunt, aliquibus tamen annis transactis ad eandem sedem redeunt: Interim pleraque ex illis festis, exceptis duobus solum Ascensionis Domini & corporis CHRISTI, quae semper diebus Iovis Ecclesiae consuetudine celebrantur, in diem Dominicum, unde & Dominica vocantur, cadunt; nec per omnes ferias Septimanae, ut festa fixa feruntur. Caterum ut cognoscatur in quem diem mensis Dominica Esto mihi cadat, sic procedendum erit: Primo numerum hebdomadarum Intervalli minoris per septenariam multiplicationem in dies converte, producto vero dies concurrentes, si qui sunt, adde, & exurgent dies quibus Dominica illa a festo Nativitatis removetur. 2 Adierum repletorum numero aufer 7 dies, qui a Natali Domini ad diem circumcissionis seu primum Ianuarij elabuntur; & residuum monstrabit, quo die anni Dominica Esto mihi celebretur. 3 A residuo aufer primum dies 3 qui Ianuario conveniunt: Post si numerus patietur, 28 dies in anno communi, 29 vero in bissextili, qui Februario debentur, similiter aufer: Et numerus residuus addita unitate, monstrabit diem mensis Martij, in quem Dominica Esto mihi cadit. Si vero numerus non admittat istam subtra-

Modus in
quirendi
diem Do-
minicae
Esto mihi.

subtra-

subtractionem, residuum adiecta prius unitate ostendet diem Februarij qui competit Dominica Esto mihi. Veluti anno 1595 Intervallum minus juxta formam anni veterem, invenimus 9 hebdomada: 4 dierum: Quod si primo juxta numerum hebdomadarum per 7 multiplico, & producto 63 dierum, 4 dies addo, emergunt 67 dies, qui intercedunt inter Nativitatem Domini & Dominicam Quinquagesime. Aufero autem secundo loco à reperto numero dierum, pro cognoscendo die, in quem Dominica Esto mihi cadit, primo quidem 7 dies, & remanent 60, qui à primo Januarij ad Dominicam Esto mihi numerantur: Secundo 31 dies qui Januarij debentur, & remanent 29 dies: Tertio subtraho & dies mensis Februarij 28 in proposito anno communi: residua vero unitati addo 1, & exurgunt 2 dies. Cadit igitur Dominica Esto mihi in 2 diem Martij.

Sic juxta Calendarium novum deprehendimus eiusdem anni 1595 intervallum minus 6 hebdom: exacte. Quod si similiter primo numerum hebdomadarum per 7 multiplico: Et à producto 42 dierum, qui numerantur à Nativitate Domini ad Dominicam Esto mihi, 7, post 31 dies aufero, restant 4 dies, quibus unitas addita ostendit Dominicam Esto mihi cadere in 5 diem Februarij.

Cognito hoc modo die Dominico Esto mihi, reliqua festa mobilia facillimè sese prodant, dum modo attendatur, quot hebdomadibus vel antecedant vel sequantur Dominicam Esto mihi. Antecedunt autem Dominicam Esto mihi: Dominica quidem Septuagesime duabus hebdomadibus vel 14 diebus: Sexagesima verò una hebdomada seu 7 diebus. Sic sequuntur Dominicam Esto mihi: Dominica Quadragesime 1 hebdomada, 1 invocavit 2, Reminiscere 3, Oculi 4, Latere 5, Iudica 6, Palmarum 7, Paschatis 8, Quasimadogeniti 9, Misericordias Domini 10, Iubilate 11, Cantate 12, Vocem Iucunditatis seu Rogationum 13, Ascensio Domini in diem Iovis post Dominicam Rogationum cadit, Exaudi 14, Pentecoste 15, Trinitatis 15, Festum corporis Christi Dominicam Trinitatis sequitur proximo die Iovis. Hac festum excipit Dominica 1 post Trinitatis, hinc 2, 3, 4, &c: ad primam usq; Dominicam Adventus: Prima verò Dominica Adventus illa statuitur, qua proxime festum Barbara precedit, Ex his mobilibus festis, quia Ephemeridibus solum pramittuntur, Quadragesima, Pascha, Rogationes, Ascensio Domini, Pentecoste, Adventus Domini & intervallum maius, quod complectitur numerum Dominicarum post Trinitatis, tabellas has damus, accommodatas anno communi & bissextili, ex quibus sine molestia quibus diebus hac festa mobilia conveniant, quisq; petere potest.

TABVLA OSTENDENS, QVO PACTO IN ANNO COMM VNI
 ex in x eruallo minore cognoscantur festa mobilia in Ephemeridibus notata.

Intervallum minus Hebd. Dier.	Quadra- gesima	Dominica Paschatis	Rogatio- num	Ascensio Domini	Penteco- ste	Aduentus Domini	Intervallum maius
5 3	8	22 Marti	26	30 Aprilis	10	29 Nov.	27
5 4	9	23 Marti	27	1 Phil lac.	11	30 Decem.	27
5 5	10	24 An. Mar.	28	2 Mail	12	1	27
5 6	11	25 An. Mar.	29	3 Mail	13	2	27
6 0	12	26	30	4	14	3	27
6 1	13	27	1 Phil. lac.	5	15 Soph.	27 Novemb.	26
6 2	14 Valent.	28	2 Mail	6	16	28	26
6 3	15	29	3 Mail	7	17	29	26
6 4	16 Iulian.	30	5	8	18	30	26
6 5	17	1	5	9	19	1	26
6 6	18	1	6	10	20	2	26
7 0	19	2 Aprilis	7	11	21	3	26
7 1	20	3 Aprilis	8	12	22	27	25
7 2	21	4 Aprilis	9	13	23	28	25
7 3	22 Cathp.	5	10	14	24	29	25
7 4	23	6	11	15 Sophiae	25 Urbani	30	25
7 5	24 Matth.	7	12	16	26	1	25
7 6	25	8	13	17	27	2	25
8 0	26	9	14	18	28	3	25
8 1	27	10	15 Sophiae	19	29	27	24
8 2	28	11	16	20	30	28	24
8 3	1 Martii	12	17	21	31 Petron.	29	24
8 4	2 Martii	13	18	22	1 Iunii	30	24
8 5	3	14 Tibur.	19	23	2	1	24
8 6	4	15	20	24	3	2	24
9 0	5	16	21	25 Urbani	4	3	24
9 1	6	17	22	26	5 Bon.	27	23
9 2	7 Perpet.	18 Valer.	23	27	6	28	23
9 3	8	19	24	28	7	29	23
9 4	9	20	25	29	8 Medard.	30	23
9 5	10	21	26 Urbani	30	9	1	23
9 6	11	22	27	31 Petron.	10	2	23
10 0	12 Grege.	23 Georg.	28	1 Iunii	11	3	23
10 1	13	24	29	2	12	27	22
10 2	14	25 Marc.	30	3	13	28	22

Hebdo.
mada
rum

TABVLA OSTENDENS, QVOMODO IN ANNO BISSEXTILI
 festa mobilia Ephemeridibus in scripta ex intervallo minori cognoscantur.

Intervallum minus Hebd Dier.	Quadra- gesima	Dominica Paschatis	Dominica Rogatio.	Ascensio Domini	Penteco- ste	Aduentus Domini	Intervallum maius
5 4	9	22 Marti	26	30 Aprilis	10	29 Nov.	27
5 5	10	23 Marti	27	1 Phil lac.	11	30 Nov.	27
5 6	11	24	28	2	12	1 Decem.	27
6 0	12	25 An. Mar.	29	3	13	2	27
6 1	13	26	30	4	14	3	27
6 2	14 Valent.	27	1 Phil. lac.	5	15 Soph.	27	26
6 3	15	28	2	6	16	28	26
6 4	16 Iulian.	29	3	7	17	29	26
6 5	17	30	4	8	18	30	26
6 6	18	31	5	9	19	1	26
7 0	19	1	6	10	20	2	26
7 1	20	2	7	11	21	3	26
7 2	21	3	8	12	22	27	25
7 3	22 Cath. P.	4	9	13	23	28	25
7 4	23	5	10	14	24	29	25
7 5	24 Matth.	6	11	15 Sophiae	25 Urbani	30	25
7 6	25	7	12	16	26	1	25
8 0	26	8	13	17	27	2	25
8 1	27	9	14	18	28	3	25
8 2	28	10	15 Sophiae	19	29	27	24
8 3	29	11	16	20	30	28	24
8 4	1 Marti	12	17	21	31 Petron.	29	24
8 5	2	13	18	22	1 Iunii	30	24
8 6	3	14 Tibur.	19	23	2	1	24
9 0	4	15	20	24	3	2	24
9 1	5	16	21	25 Urbani	4	3	24
9 2	6	17	22	26	5 Bon.	27	23
9 3	7 Perpet.	18 Valer.	23	27	6	28	23
9 4	8	19	24	28	7	29	23
9 5	9	20	25 Urbani	29	8 Medard.	30	23
9 6	10	21	26	30	9	1	23
10 0	11	22	27	31 Petron.	10	2	23
10 1	12 Grego.	23 Georg.	28	1	11	3	23
10 2	13	24	29	2 Iunii	12	27	22
10 3	14	25 Marc.	30	3	13	28	22

De anni
quatuor
temperi-
bus, quæ
vulgo Qua-
tember di-
cuntur,

Ad extremum his omnibus recte iunguntur anni tempora qua-
tuor, quibus conventus tribuum & iudicia municipalia haberi solent.
Ex his priora duo à duobus festis mobilibus, Dominica nempe Quadrage-
sima & pentecostis; posteriora verò duo à duobus festis fixis, exaltatione
Crucis in Septembri, & Lucie in Decembri pendent. Proximus
enim, qui hæc festa sequitur, dies Mercurij, inter quatuor anni tempo-
ra numeratur. Quod si etiam vel Crucis, vel Lucie festa, in diem & inci-
dant; dies tamen integra septimana ea sequentes, quator temporibus
demum annumerabuntur. Veluti anno 1595, quia in Calendario ve-
teri Dominica Quadagesima in 9 diem Martij, & Pentecostis in 8 diem
Iunij incidunt: Exaltatio quoq; Crucis, quæ perpetuo 14 Septembris
celebratur, in diem Solis cadit, ut festum Lucie, quod cum 13 Decem-
bris congruit, die Saturni habetur: Erunt quatuor anni tempora, 12
dies Martij, 11 Iunij, 17 Septembris, & 17 Decembris.

Simili ratione in calendario novo inquisitio horum temporum fiat.

CAPUT III.

De æquatione temporis, & reductione Ephemeridum ad alia terræ loca.

Ephemerides ad
æquale so-
limumo-
do tempus
& unum
Meridia-
num com-
putantur.

De æqua-
tione tem-
poris &
caussis ob
quas dies
inæquales
sunt;

EPHemerides omnes, etsi ad singulos mensium civilium dies, loca
vera planetarum, eorumq; Syzygias nobis exhibent: tamen, cum
ad æquales seu medios dies, & ad certum aliquem Meridianum suppu-
tata sint; non possunt loca illa planetarum cum Syzygijs absq; æqua-
tione temporis in eodem Meridiano, & reductione eiusdem ad alia ter-
ra loca, in diversis Meridianis, usurpari. Opera precium igitur nos
facturos iudicavimus, si qua de æquatione & reductione temporis, ad
Ephemeridum pleniorum intellectum & usum, necessaria esse videren-
tur, hic paucis exponeremus.

Ad æquationem quod attinet, certum est; quando 1 Solis annua
periodi, proter inæqualem æquinoctiorum præcessionem, & apogai So-
lis translationem, sibi eadem magnitudine non respondent, sed, quod ex
anni Tropici veri seu apparentis diversa quantitate constat, aliàs tempus
maius, aliàs minus requirunt: Maximum quidem 365 dierum Hor: 5

55 min.

55 min: 53 sec: Minimum verò ultra dies & horas positas, 42 min: 38 sec: Ut differentia inter maximum & minimum sit minorum hora 13, 15 sec: Et 2 diurnæ revolutiones Solis à sese discrepant; cum propter motum inaequalem, tardiores ad apogaeum, velociorem ad perigaeum, tum propter obliquitatem Eclipticæ, ob quam etiam in sphaera recta accidit, ut interdum plus, interdum minus de equatore equalibus Eclipticæ arcibus respondeat, quæ obliquitas & ipsa variat: Et deniq; Eccentricitas mutabilis est: Esse dies civiles à meridiano numeratos, ob causas propositas, inter se multum inaequales. Quia verò dies, qui mensura motuum in Ephemeridibus esse debent, aequales sint oportet; quandoquidem, quod inaequalitatem habet, mensura rerum esse non potest; inventi sunt inter dies apparentes maximos & minimos medij, qui illorum anomaliam certa quadam ratione metiantur.

Ad hosce medios dies, cum Planetarum motus & Syzygia in Ephemeridibus computata sint, non prius cum apparente tempore convenient, quam æquatio adhibita fuerit. Hæc igitur æquatio ex Canone $\omega\theta\delta\alpha\phi\alpha\iota\sigma\epsilon\omega\upsilon$ dierum Civilium à nobis ad annum 1620 composito, qui citra sensibilem errorem annis 50 ante & post accommodari potest, hoc modo petenda erit: Primò, quærat ad tempus propositum, ad quod æquatio instituenda est, in Ephemeride, locus Solis tempori præscripto congruens. Secundo cum loco Solis, Canon Prosthaphæreseon dierum civilium consulatur, & inde observata parte proportionali, si gradibus loci Solis minuta adherent, temporis $\omega\theta\delta\alpha\phi\alpha\iota\sigma\epsilon\omega\upsilon$ cum sua nota, vel A additionis, vel S subtractionis, vertici tabulæ inscripta, sumatur. Tertio $\omega\theta\delta\alpha\phi\alpha\iota\sigma\epsilon\omega\upsilon$ temporis, pro ut nota exigit, vel à dato tempore auferatur, vel etiam eidem addatur, cum tempus æquale in apprensus commutatur, & exit tempus apprensus. Contrarium verò fiat, quam tituli monent, cum tempus apprensus inæquale commutatur, & exurgit medium: Veluti datur 15 dies Ianuarij anni 1595, quo plenilunium accidit hora 11, minuto 55 post meridiem, in meridiano nostro Francofurtano: Hoc tempus, quia æquale est, ut apprensus fiat, hac ratione commutatur. Primum quæro locum \odot ex Ephemeride, quem invenio in 5 gr. 7 min: fere xxx . Postea cum hoc loco \odot tabellam æquationum dierum civilium consulo, & correspondentem inde æquationem peto: Quærendo signum xxx in fronte, Gradus verò in latere tabulæ sinistro: Et quia minuta gradibus adherent; primum quid angulus communis 5 grad: contineat video: Conveniunt 5

C

grad:

NB.
Præcepta
æquandi
temporis.

CANON ÆQUATIONIS DIE-
rum Civilium.

	Υ	ϛ	Π	Ϟ	Ω	μ	Ϛ	μ	†	℔	⚄	Χ
	S	A	A	A	A	A	A	A	A	A	S	S
	/	//	/	//	/	//	/	//	/	//	/	//
00	16	8 24	10 58	5 41	0 45	4 16	14 17	22 18	20 30	8 18	4 17	7 3
10	2	8 37	10 54	5 27	0 43	4 32	14 38	22 26	20 14	7 49	4 34	6 57
20	19	8 50	10 49	5 13	0 41	4 48	14 59	22 33	19 57	7 19	4 50	6 50
30	37	9 3	10 44	4 59	0 40	5 5	15 19	22 39	19 39	6 50	5 5	6 43
40	55	9 15	10 38	4 45	0 39	5 22	15 39	22 45	19 21	6 21	5 20	6 35
51	13	9 27	10 32	4 32	0 39	5 39	15 59	22 50	19 2	5 52	5 34	6 26
61	32	9 38	10 25	4 18	0 39	5 57	16 19	22 54	18 42	5 23	5 47	6 17
71	51	9 48	10 18	4 5	0 40	6 15	16 39	22 57	18 21	4 54	5 59	6 7
82	11	9 58	10 10	3 52	0 42	6 34	16 59	23 0	18 0	4 26	6 10	5 56
92	31	10 7	10 2	3 39	0 45	6 53	17 18	23 2	17 38	3 58	6 21	5 45
102	51	10 15	9 53	3 26	0 49	7 13	17 37	23 3	17 16	3 30	6 31	5 33
113	10	10 23	9 43	3 14	0 54	7 33	17 56	23 3	16 53	3 2	6 40	5 21
123	29	10 30	9 33	3 2	1 0	7 54	18 14	23 3	16 29	2 35	6 48	5 9
133	48	10 37	9 22	2 51	1 6	8 14	18 32	23 2	16 5	2 8	6 55	4 56
144	6	10 43	9 11	2 40	1 13	8 34	18 49	23 0	15 40	1 43	7 14	4 43
154	24	10 49	8 59	2 29	1 21	8 55	19 6	22 57	15 15	1 15	7 7	4 29
164	42	10 54	8 47	2 18	1 29	9 15	19 22	22 52	14 50	0 49	7 12	4 15
175	0	10 58	8 35	2 8	1 35	9 36	19 39	22 47	14 24	0 23	7 16	4 0
185	18	11 2	8 23	1 58	1 44	9 57	19 55	22 41	13 58	0 2	7 19	3 45
195	35	11 5	8 11	1 49	1 53	10 18	20 10	22 34	13 31	0 27	7 22	3 29
205	52	11 7	7 58	1 40	2 3	10 40	20 25	22 27	13 40	0 52	7 24	3 13
216	9	11 9	7 45	1 32	2 14	11 1	20 39	22 19	12 36	1 15	7 25	2 57
226	25	11 10	7 32	1 25	2 25	11 23	20 52	22 10	12 8	1 38	7 25	2 40
236	41	11 11	7 19	1 18	2 37	11 44	21 5	22 1	11 40	2 0	7 25	2 23
246	57	11 11	7 5	1 12	2 49	12 6	21 17	21 50	11 12	2 22	7 24	2 5
257	13	11 10	6 51	1 6	3 2	12 28	21 29	21 38	10 43	2 43	7 23	1 47
267	28	11 9	6 37	1 1	3 16	12 50	21 40	21 26	10 14	3 3	7 21	1 29
277	43	11 7	6 23	0 56	3 30	13 12	21 50	21 13	9 45	3 22	7 18	1 11
287	57	11 5	6 9	0 52	3 45	13 34	22 0	20 59	9 16	3 41	7 14	0 52
298	11	11 2	5 55	0 48	4 0	13 56	22 9	20 45	8 47	3 59	7 9	0 34
308	24	10 58	5 41	0 45	4 16	14 17	22 18	20 30	8 18	4 17	7 3	0 16

grad: III , 5 min: 34 sec: hora, cum nota S. Deinde angulum communem cum sequenti confero, qui habet 5 min: 47 sec: minorem à majori subtrahendo, Et colligitur differentia 13 sec: quam in ἀναλογίαν pro parte proportionali 7 sec: congruente sic dispono: 1 Gradus seu 60 min: dant 13 sec: quid dabunt 7: Proveniunt 1 sec: 31 tert: ad communem angulum addenda, quoniam numerus descendendo crescit, & emergit vera æquatio temporis 5 min: 36 sec: ferè hora cum nota S. Tandem æquationem hanc à proposito tempore, Horis 11, min: 55, subtraho, propter notam S, relinquatur apparens tempus, quo evenit plenilunium in meridiano nostro Francofurtano, Horar: 11, min: 49 sec: 24. Eadem via omnia alia exempla expediri possunt. Cum verò dies civilis 24 horarum, vulgata consuetudine dividatur in duas æquales partes, ut 12 sint hora pomeridiana, 12 antemeridiana: Notandum, in Ephemeridibus quidem horas 24 diei Civilis non dividi, sed integrè numerari, à meridie cujusvis diei: In Calendarijs verò easdem dividi, ut sint vulgari usui accommodatæ. Hinc cum in Ephemeride pauciores quam 12 horæ dantur, sunt quidem illæ pomeridiana propositi diei: Cum verò plures 12 ponuntur, ascribendæ illæ sunt antemeridiano tempori sequentis diei, subtractis prius 12 horis. Quia ergo in nostro exemplo pauciores dantur hora quam 12, ostendunt illæ, quo tempore usitata numeratione plenilunium accidat. Atq; hæc de æquatione temporis dicta sufficiant.

Ad usum autem Ephemeridum & hoc pertinet, ut qua ratione diversis terra locis Φαινόμενα cæli, in Ephemeridibus annotata, accommodanda sint, quisq; teneat. Quia enim Eclipses tam Lunares quam Solares, aliæq; stellarum συζυγίας, propter rotunditatem terræ, quæ in Elementis Astronomicis probatur, Orientalibus tardius, Occidentalibus citius quò ad numerationem horarum diei apparent: Citiusq; Sol, Luna, reliquaq; sidera Orientalibus oriuntur, in meridiano culminant, & infra horizontem descendunt, quam occidentalibus: manifestum hinc est, loca terræ, quæ longitudine inter se differunt; cujus longitudinis numeratio est ab occasu versus ortum; differre etiam Meridianis circulis, & habere Φαινόμενα cæli nonnihil mutata. Ut igitur cognoscatur, quanta sit differentia longitudinis seu Meridianorum; quæ nihil aliud est, quam arcus vel æquinoctialis circuli, vel paralleli verticalis locorum, inter eosdem meridianos interceptus, hoc modo procedendum est.

Primò quærat utriusq; loci ex Geographorum scriptis, Apiano, Frisio, Mercatore, vel alijs, longitudo, sumendo loca vicini

C 2

niora

In Ephemeridibus horæ numerantur à meridie,

In Calendarijs vulgaribus antemeridiana à media nocte: Pomeridiana à meridie numerantur.

De reductione Ephemeridum ad alia loca.

Differentia meridianorum quid sit.

Ratio quærendi differentia

rentiam
meridiano-
rum inter
duo loca.

niora, si proposita non inveniuntur. Post minor longitudo à majori auferatur, & residuum erit differentia longitudinis seu Meridianorum. Tertio differentia hæc in tempus convertatur; Computando pro gradibus 15, unam horam; & pro gradu uno, 4 minuta horæ; pro minutis verò 15, unum minutum horæ; & pro uno minuto, 4 sec: horæ &c: Et emerget differentia meridianorum in horis & tempore numerata. *Veluti queritur qua sit differentia Meridianorum inter Francfurtum & Antverpiam. Primum igitur utriusq; loci longitudinem, ex Geographorum scriptis, ut Apiano, peto: Et reperitur sub Ducatu Brabantia longitudo Antverpie 25 grad. 30 min: Sub Marchia Brandenburgensi long: Francfurti ad Viadrum 36 grad. 0 min: Post differentiam inquiri, qua colligitur 10 grad. 30 min: Tandem differentiam in tempus commuto, & proveniunt 42 min: horæ, qua sunt vera differentia Meridianorum inter hæc duo proposita loca. Simili modo cum alijs exemplis procedendum est.*

Ratio ean-
dem diffe-
rentiam in
tempore
colligendi
ex adiu-
cto Catalo-
go.
Quid cum
differentia
inventa
agendum sit
in motibus
& Syzygiis.

Facilius autem differentia hæc, ex adiuncto Catalogo locorum insignium, quem ex collatione probatissimorum Geographorum & optima ratione construxi, peti potest. In eo enim supputata habetur differentia Meridianorum, tantumq; inde eximenda est, quod sit, vel sumendo ipsum locum ad quem Ephemerides reducendæ sunt, si in Catalogo positus est, vel viciniorem, si propositus in Catalogo non reperitur.

Cæterum cum hac differentia Meridianorum, in tempore reperta, hoc modo procedendum est: Si quærendus est ex Ephemeridibus motus alicuius Planetæ, & locus tuus Ephemeridum Meridiano est Orientalior: quod ex longitudine loci propositi maiore, quam est Ephemeridum locus, colligitur: aufer repertam differentiam à tempore proposito: Adde verò, si locus tuus Meridiano Ephemeridum est Occidentalior, quod ex longitudine minore patet: & producit tempus probè reductum, aptum inquirendis motibus. Si verò tempora aspectuum & conjunctionum in Ephemeridibus scripta ad Meridianum tuum transferenda sunt: & locus tuus Ephemeridum Meridiano est Orientalior: adde repertam differentiam Meridianorum, tempori in Ephemeridibus expresso, quo Syzygia aliqua futura est: aufer verò, si locus tuus Ephemeridum Meridiano est Occidentalior, & producit verum tempus quo Syzygia eveniet, quod ipsum & literæ A & S tempori in Catalogo ad quævis loca additæ notant. *Veluti queritur quando plenilunium prius propositum Antverpia accidat: Cum igitur Antverpia loco nostro Occidentalior sit, subtraho differentiam Meridianorum repertam 42 min: horæ, à tempore plenilunij antea invento, quod incidit in 15 diem Ian. hor. 11, 49 min: 24 sec: post meridie: Et relinquatur tempus quo contingit plenilunium Antverpia, die nempe 15 Ianua: hor. 11, 7 min: 24 sec: P. M. Simili via alia exempla expediuntur.*

Catalogus

Civitates & Oppida <i>insigniora.</i>	Tempus Hor. Scr.	Latit. Gr. Sc.	Civitates & Oppida <i>insigniora.</i>	Tempus Hor. Scr.	Latit. Gr. Sc.
Abufina Bavariz	S 0 7	48 40	Augusta vindelicorum	S 0 12	48 8
Adrianopolis Mysiz	A 1 18	42 45	Babylon Chaldæorum	A 2 53	35 0
Ægina Infula	A 1 5	36 45	Bactria	A 5 12	41 20
Agrigentum Siciliae	A 0 11	36 26	Badena Helvetiz	S 0 30	48 44
Aichstadium Bavariz	S 0 17	48 50	Balonga	A 8 46	7 0
Albana Metrop: Albaniz	A 3 8	45 50	Bamberga Franconiæ	S 0 18	49 56
Alba Regalis Hungar:	A 0 16	46 48	Barfalona	S 1 15	41 30
Alcayrum Ægypti	A 1 45	30 15	Basilæa Rauracorum	S 0 33	47 40
Alexandria Ægypti	A 1 38	31 0	Bellogradum Hungariæ	A 0 50	44 30
Aloperia Infula	A 2 2	53 30	Bergis Norvvegiæ	S 0 34	61 15
Amathus Cypri	A 1 58	35 0	Berolinum Marchiæ	S 0 4	52 50
Amberga Bohemiæ	S 0 14	49 24	Bethlehem	A 2 0	31 50
Ambianum Picardiæ	S 0 59	49 39	Bibracum Sueviæ	S 0 23	48 4
Ambratia	A 0 48	38 20	Bilda Litvaniæ	A 1 9	54 30
Amsterdamum Holland:	S 0 38	52 40	Bipontum	S 0 33	49 38
Ancona Italiæ	A 0 15	43 4	Bizantium Burgundiæ	S 0 35	47 36
Ancyra Galatiæ	A 1 48	42 0	Bonna	S 0 32	50 47
Andegavia	S 1 9	46 0	Bononia	A 0 2	44 4
Andernacum	S 0 37	50 25	Bosphorus Franconiæ	S 0 21	49 49
Andros Infula & civitas	A 1 17	37 30	Bracara Portugaliæ	S 1 58	43 40
Anspachum Franconiæ	S 0 19	49 25	Brandenburgum March:	S 0 9	52 36
Antiochia Cassiotidis Alep:	A 2 13	35 30	Bravum Hispaniæ	S 1 38	43 40
Antiochia Margiana	A 4 46	40 20	Breina Saxoniz	S 0 31	53 40
Antiochia penes Taurum	A 2 19	37 20	Bretta Marchiæ	S 0 27	49 12
Antverpia Brabantiz	S 0 42	51 28	Brixia	S 0 12	46 6
Apollonia Aphricæ	A 0 58	31 40	Brugæ Flandriæ	S 0 48	41 30
Apollonia Thraciæ	A 0 15	44 20	Brundisium Apuliæ	A 0 38	40 20
Aquilegium Histriæ	A 0 7	45 12	Brunna Moraviæ	S 0 6	49 8
Aquisgranum Imperiale	S 0 35	51 5	Brunsviga Saxon:	S 0 18	52 34
Arabia vel A den	A 2 57	11 30	Bruxellæ Brabantiz	S 0 42	51 20
Arbela Assyriæ	A 2 58	37 15	Buda Hungariæ	A 0 20	47 0
Argentina	S 0 32	48 45	Burdigala Galliæ	S 1 10	46 0
Aromata Æthiopiæ	A 3 8	6 0	Budissina	S 0 2	51 0
Ascalon Palæstinae	A 1 58	31 40	Buscum ducis	S 0 40	52 0
Athenæ	A 1 0	37 15	Cæsarea Augusta	S 1 26	41 45
Aventio Galliæ	S 0 47	42 50	Cæsaromontanum Alsatiz	S 0 36	48 14

<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>	<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>
<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>	<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>
Calagurium Nayarrae	S 1 22	42 55	Creta vel Candia	A 1 13	36 15
Calecutum Indiae	A 5 4	17 0	Creutznacum	S 0 29	50 2
Calliopolis prope Hellesp:	A 1 13	41 30	Cumae Italiae	A 0 28	41 30
Calpe mons colum; Herc:	S 1 50	36 15	Curia Rhetiae	S 0 16	46 29
Cameracum Picardiae	S 0 53	50 0	Curia Voitlandiae	S 0 13	50 20
Campena Hollandiae	S 0 37	52 50	Cyanea Voitlandiae	S 0 11	50 46
Canaria Insula	S 2 20	11 0	Cyrenae Aphricae	A 0 58	31 15
Capua Italiae	A 0 31	40 32	Cythera Insula	A 0 57	44 40
Carmana Carmaniae	A 4 18	29 0	Damascus	A 2 12	33 0
Carlostadium Francon:	S 0 22	50 5	Dantiscum <i>orientalium</i>	A 0 25	54 54
Carthago Aphricae	S 0 2	32 20	Darapsa Sogdianae <i>Franc.</i>	A 5 38	45 0
Carthago nova Cathalon:	S 1 13	38 0	Daventria	S 0 33	52 30
Caschovia Hunga:	A 0 31	48 36	Delphi	A 0 56	37 20
Cassilia Hafsiae	S 0 25	51 30	Dietphurdium Bavariae	S 0 14	48 52
Cephalenia, Dulichium	A 0 47	37 0	Divionum Burgundiae	S 0 41	46 0
Calcedon Ponti	A 1 23	43 6	Dordracum Holandiae	S 0 43	52 16
Chrensa Austriae	S 0 8	48 24	Dresena Misniae	S 0 7	51 0
Chylia Daciae	A 0 51	45 45	Dublina Hyberniae	S 1 28	59 30
Cibinium Transsylvanicae	A 0 52	46 45	Durchlachium	S 0 28	49 10
Claudiopolis Transsylv:	A 0 55	47 36	Dyrrhachium Maced.	A 0 36	40 50
Clevia	S 0 35	51 58	Eboracum Scotiae	S 0 50	57 0
Coburgum	S 0 18	50 18	Edenburgum Scotiae	S 0 45	57 13
Colmaria Alfatiae	S 0 35	48 12	Edessa vel Rases	A 2 22	37 30
Colonia Agrip-	S 0 37	50 58	Egra	S 0 12	50 5
Complutum Hisp:	S 1 39	41 40	Embda Iherisae	S 0 33	53 42
Compostellum Hisp:	S 2 0	44 16	Embecka	S 0 20	52 6
Confluentia	S 0 35	50 25	Ephesus Asiae	A 1 26	37 40
Constantia	S 0 25	47 30	Epidaurus	A 0 57	36 25
Constantinopolis	A 1 20	43 5	Erphordia Thuring.	S 0 17	51 10
Copenhagena Selandiae	A 0 18	57 20	Eslinga Imperialis	S 0 24	48 38
Corduba Hispaniae	S 1 52	37 50	Famagusta Cypri	A 2 3	35 30
Corfunium	A 0 38	37 45	Ferraria Italiae	S 0 1	44 28
Corgatha	A 8 45	12 30	Fessa Aphricae	S 2 7	34 40
Corinthus	A 0 55	36 55	Ficaria Insula	S 0 3	37 0
Corfica Insula	S 0 11	40 30	Hiessena Algojae	S 0 18	47 30
Cracovia Poloniae	A 0 38	50 12	Finis terrae	S 2 6	44 2

LOCORVM.

Nomina Civi- tatum.	Tempus Hor. Scr.	Latit. Gr. Sc.	Nomina Civita- rum.	Tempus Hor. Scr.	Latit. Gr. Sc.
Flensburgum Holfatiæ	S 0 18	56 7	Haidelberga	S 0 21	49 35
Florentia Hetruriæ	0 0	42 56	Hailbrunna Sueviæ	S 0 26	49 10
Forum Iulium	A 0 5	45 0	Hecatompylon Parthiæ	A 3 58	37 50
FRANCOFORDIA Odera	0 0	52 20	Herbipolis Franconiæ	S 0 26	49 54
Francofordia Rheni	S 0 28	50 12	Hertzburgum Saxoniz	S 0 6	51 42
Friburgum Brisgojæ	S 0 33	48 13	Hierosolyma	A 2 2	31 40
Friburgum Misniæ <i>occid. S. No 2</i>	S 0 34	46 25	Hispalis Hispaniæ	S 1 59	37 0
Friburgum uehlandiæ <i>fran.</i>	A 0 38	54 19	Horrenbachium	S 0 33	49 34
Fruenburgum Prusiæ	A 0 38	54 19	Hybernia Insula	S 1 31	57 0
Gadyra Insula	S 2 1	36 30	Hyrkania	A 4 12	41 30
Gandavum Flendriæ	S 0 44	51 16	Ihena	S 0 14	51 8
Garama Libiæ	A 0 29	21 30	Ilium Troja	A 1 19	41 0
Geldria	S 0 33	51 42	Ingolstadium Bavariz	S 0 16	48 42
Geneva <i>midus Calvinii.</i>	S 0 35	44 50	Inipons	S 0 11	46 55
Genua	S 0 15	43 32	Ioppe	A 2 1	32 5
Glazium in finib. Bohemiæ	A 0 8	50 24	Isenacum Thuringiæ	S 0 20	51 6
Glogovia magna Silesiæ	A 0 2	51 31	Islandia Insula	S 1 56	65 30
Gnifnavia Poloniæ	A 0 32	52 53	Islebia	S 0 14	51 46
Gorlicium Silesiæ	0 0	51 0	Iffedon Scythica	A 7 38	48 30
Gottlandia Insula	A 1 55	60 0	Iffedon Serica	A 8 28	45 0
Granata Hispaniæ	S 1 50	37 50	Ithaca	A 0 48	37 10
Gretza Styriæ	A 0 9	46 50	Iulia Cæsarea Aphricæ	S 1 13	33 20
Groninga Phrysiæ	S 0 34	53 16	Iuliacum	S 0 34	51 2
Gryma	S 0 10	51 15	Kitzingum Franconiæ	S 0 20	49 53
Gryphisvaldum Pomeran.	S 0 2	54 18	Lacedæmon, Sparta	A 0 52	35 30
Guntzenhusa	S 0 20	49 18	Landovia Palatin:	S 0 30	49 10
Hagenoa Alfatiz	S 0 31	48 58	Landtshutta Bojariæ	S 0 11	48 19
Hala Saxonum	S 0 13	51 41	Laodicæa Rhamata Syriæ	A 2 12	35 0
Halberstadium Saxoniz	S 0 18	52 11	Latoa vel Christiana Insula	A 1 14	34 10
Halicarnassus	A 1 28	36 10	Lavinga Nigræ Sylvæ	S 0 15	48 25
Hamburgum	S 0 23	54 24	Laufanna Sabaudiz	S 0 34	46 13
Hammaria Norvvegiæ	S 0 17	60 0	Legio Germanica Hisp:	S 1 44	44 20
Hapselia Livoniæ	A 1 14	50 40	Leoburgum Russiæ	S 0 18	54 10
Hasphordia Franconiæ	S 0 18	50 12	Leoburgum Saxoniz	A 0 51	50 33
Havelburgum Marchiæ	S 0 12	53 15	Lemnos Insula	A 1 6	41 0
Haidenheimia	S 0 29	48 32	Lilybæum Siciliæ	A 0 9	36 0

*Supp: Marg.
S. 1. f. 12
Latitude n. 1. 6
50. 52.*

Supp: Conspic.

<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>	<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>
<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>	<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>
Lincopia Gothiæ	A 0 8	61 0	Milteburgum Franconiaë	S 0 20	49 44
Lintza Aultriæ	A 0 2	48 4	Mindena Saxoniam	S 0 29	52 50
Lipara Insula	A 0 12	38 50	Minoa Cretæ	A 1 12	35 0
Lipsia Misniæ	S 0 11	51 24	Minorica	S 1 14	39 30
Lira Brabantiaë	S 0 41	51 13	Moguntia	S 0 31	50 8
Lisibona Portugaliaë	S 2 3	39 38	Monachum Bavariaë	S 0 13	48 0
Londinum Angliæ	S 1 7	51 40	Monasterium Westphal:	S 0 34	52 0
Lovanium Brabantiaë	S 0 40	50 50	Mons Cucullæ Bohem:	A 0 1	49 51
Lubecum Saxoniam	S 0 17	54 48	Mons Pellulanus	S 0 45	43 5
Lucenburgum	S 0 25	50 0	Mons regius Francon:	S 0 18	50 16
Lucerna Helvetiaë	S 0 31	46 34	Mons regius Prussiaë	A 0 37	54 17
Lugdunum Galliaë	S 0 46	45 10	Mons S. Annæ Misniæ	S 0 10	50 31
Lundis Gothiaë	A 0 15	57 24	Mutina Italiaë	S 0 2	44 8
Luneburgum Saxoniam	S 0 19	54 0	Mycenæ Argiaë	A 0 57	36 10
Lutetia Parisiorum	S 0 55	47 55	Narbona Galliaë	S 0 52	43 30
Machilinia Brabantiaë	S 0 41	51 8	Neapolis Austriaë	A 0 8	47 54
Magdeburgum	S 0 11	52 20	Neapolis Italiaë	A 0 29	40 20
Majorica Insula	S 1 18	39 20	Neoburgum ad Danub:	S 0 17	48 40
Malaca Hispaniaë	S 1 45	37 30	Neoburgum Thuring:	S 0 20	51 20
Mantua	S 0 4	44 56	Nicaea Ponti	A 1 28	41 40
Marca Badensis	S 0 30	49 35	Nicomedia Ponti	A 1 28	42 30
Margiana	A 4 46	41 10	Nicopolis Armeniaë	A 1 58	41 40
Margosesta Metrop: Vual:	A 1 59	47 0	Nicopolis Thraciaë	A 0 2	42 20
Mariaeburgum Livoniaë	A 1 14	58 32	Nidrosia Norvegiaë	S 0 47	60 50
Mariaeburgum Prussiaë	A 0 27	54 43	Nigira Libyæ	A 0 1	17 40
Marpurgum Hallsiaë	S 0 28	51 0	Nigropontus Insula	A 1 11	38 15
Marsilia Galliaë	S 0 42	43 6	Ninive	A 0 50	36 40
Martisburgum Misniæ	S 0 12	51 34	Nissa Silesiaë	A 0 10	50 30
Mecha Arabiaë	A 1 59	29 15	Nordlinga Nigræ sylvæ	S 0 14	48 49
Mediolanum	S 0 13	44 48	Noriberga	S 0 17	49 22
Megara	A 0 57	37 20	Northusium Thuring:	S 0 18	51 43
Melita Insula	A 0 11	34 40	Novogardia Russiaë	A 1 50	61 0
Meroë Ethiopiaë	A 1 42	16 25	Olmuntha Moraviaë	S 0 8	49 30
Metis	S 0 39	49 16	Onolsbachium	S 0 19	49 43
Middelburgum Zelandiaë	S 0 43	51 40	Oppenheim	S 0 31	49 52
Miletus Cariaë	A 1 31	37 0	Orliens Aurelia:	S 1 5	47 13

LOCORVM.

41

<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>	<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>
<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>	<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>
Ottinga Bojariæ	S 0 6	48 8	Ravenna Italiae	A 0 5	43 44
Ottinga Sueviæ	S 0 20	48 58	Regium Iulium	A 0 33	38 0
Oxonium Angliæ	S 1 44	51 51	Revalia Livoniæ	A 1 11	61 56
Padeborna	S 0 28	52 0	Rhemis Campaniæ	S 0 48	48 45
Palybotra Prætorum	A 7 10	27 0	Rhodos	A 1 30	35 30
Panormus Siciliae	A 0 8	36 0	Riga Livoniæ	A 1 10	59 0
Paphos	A 1 53	35 10	Roma	A 0 16	42 4
Papia Italiae	S 0 12	44 28	Rostochium	S 0 10	54 36
Parma	S 0 5	44 20	Rothomagus	S 1 0	49 10
Parnormus Græciæ	A 1 0	41 0	Saba Arabiæ felicis	A 2 42	13 0
Parisi Gedrosiæ	A 4 43	23 30	Sabat Æthiopiæ	A 2 8	12 30
Parthenope vel Palmosa	A 0 10	40 45	Sænis Thuscæ	S 0 0	42 32
Patavium Baviariæ	S 0 7	48 42	Saganum Silesiæ	A 0 1	51 30
Patavia Italiae	S 0 1	45 24	Saguntum Valentia	S 1 26	39 40
Pergamus	A 1 26	39 45	Salernum Campaniæ	A 0 17	40 30
Persepolis Persiæ	A 3 41	33 30	Salisburgum	S 0 9	47 44
Petra Arabiæ seu Arach:	A 2 4	30 20	Salmantica	S 1 49	40 15
Petrichovia Poloniæ	A 0 35	51 41	Salveldia Thuring:	S 0 14	50 16
Peurbachium	S 0 6	48 14	Samaria Regia	A 2 1	32 20
Phacusa Metrop: Arab:	A 1 50	30 50	Sambiensis Episcopatus	A 0 45	55 0
Philadelphia	A 1 32	38 50	Samothracia Insula	A 1 23	37 35
Phorcena	S 0 28	49 7	Sardinia Insula	S 0 15	37 30
Pictavium Averniæ	S 1 11	48 20	chastusia Helvetior:	S 0 27	47 28
Pisa	S 0 5	42 56	Scotia Insula	S 0 42	52 0
Pompejopolis Navarrae	S 1 26	42 9	Scyros Insula Aegæa	A 1 12	39 0
Pontia	A 0 5	40 45	Scyros Insula Cyclad:	A 1 19	37 15
Posnania Poloniæ	A 0 28	52 44	Segnia Illyr:	A 0 7	44 45
Posonium Hungariæ	A 0 14	48 8	selestadium Alsatia	S 0 35	49 0
Præneste Italiae	A 0 20	41 55	Sera Sericæ	A 9 6	38 35
Praga Bohemiæ	S 0 2	50 6	Sicilia Insula	A 0 12	37 0
Prolemis Phœnic:	A 2 5	33 10	Sidon Phœniciæ	A 2 7	33 0
Putzbachium	S 0 28	50 35	Sittavi	S 0 1	50 52
Quinsai	A 12 41	37 40	Slesbigum	S 0 18	55 54
Ragusia Da'matiæ	A 0 49	42 20	Smirna Asiæ	A 1 22	38 25
Rapta Aphr: Metr: Aust:	A 2 20	7 0	Sotzama Metrop: Muldav:	A 1 7	47 30
Ratisbona	S 0 13	48 57	Spira	S 0 29	49 30

<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>	<i>Civitates & Oppida</i>	<i>Tempus</i>	<i>Latit.</i>
<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>	<i>insigniora.</i>	<i>Hor. Scr.</i>	<i>Gr. Sc.</i>
Spoleum	A 0 15	42 4	Tripolis Barbariae	S 0 33	31 40
Stargardia Pomeran:	S 0 5	53 30	Tripolis Phoenitiae	A 2 8	34 20
Stetinum Pomer:	A 0 3	53 40	Trutavia Franconiae	S 0 17	49 46
Stockolmia Sueciae	A 0 40	60 30	Tubinga	S 0 25	48 47
Straubinga Bavariae	S 0 11	48 46	Turonia Galliae	S 1 5	47 20
Stridona	A 0 30	44 30	Tybur Italiae	A 0 7	42 0
Stuttgartia	S 0 25	48 40	Tyrus Phoenitiae	A 2 6	33 20
Susa	A 3 13	34 15	Vahinga	S 0 25	48 50
Syvveinphordia	S 0 20	50 10	Valentia Allobrogum	S 0 43	44 40
Syenae	A 0 45	25 50	Vallis Doleti	S 1 51	42 20
Syngidunum Myfiae	A 0 52	44 30	Vallis Ioachimi	S 0 10	50 20
Syracusae	A 0 14	37 15	Varadinum Hungariae	A 0 43	48 3
Tabor	A 2 5	33 2	Varna Myfiae	A 1 25	45 15
Tanis Metrop: Aegypti	A 1 47	30 50	Vellnacum Marchiae	S 0 12	53 15
Tarentum Apuliae	A 0 35	40 0	Venetiae	A 0 1	54 50
Tarfos Ciliciae	A 2 8	36 50	Verona Helvetiorum	S 0 34	46 25
Taurinum Longobardiae	S 0 19	44 4	Verona Italiae	S 0 6	45 16
Teckoa	A 2 0	31 50	Vibergia Daniae	S 0 16	57 0
Tervisium	0 0	45 32	Viburgum Finlandiae	A 1 40	61 40
Theffalonica	A 0 55	40 20	Vienna Pannoniae	A 0 11	48 22
Thebae quae & Heliop: Aph	A 0 47	29 30	Vienna Provin: Delphin:	S 0 47	14 48
Thebae Arabiae felicitis	A 2 15	21 0	Villacum Carinthiae	A 0 3	46 8
Thebae Baotiae	A 0 51	37 55	Vimaria Thuringiae	S 0 16	51 15
Thebae Metropolis Indiae	A 11 11	3 20	Vincentia	S 0 3	45 36
Thunetum	S 0 9	32 30	Viterbium Thusciae	A 0 12	41 40
Thu'ae Insulae medium	S 0 51	63 0	ulma Sueviae	S 0 22	48 26
Tigurum Helvetiorum	S 0 28	46 48	upsalia Sueciae	A 1 8	61 5
Tingis Africae	S 1 57	35 50	Vratislavia	A 0 8	51 10
Toletum Hispaniae	1 44	39 55	Vuerdena	S 0 26	53 25
Tolossa Galliae	S 1 1	43 30	Viteberga	S 0 11	51 52
Torga Misniae	S 0 9	51 30	Vuormatia	S 0 30	49 44
Tornacum Flandriae	S 0 47	51 32	Zaba Insula Taprobanae	A 6 35	0 0
Traiectum Hollandiae	S 0 39	52 20	Zacynthus Insula	A 0 6	36 30
Trabezus Cappadociae	A 2 16	43 5	Zingerhusa	S 0 14	51 39
Treveris	S 0 38	49 55	Zirizae Insula	S 0 44	52 0
Tridentum	S 0 5	46 6	Znoimia Moraviae	S 0 6	48 49

D. E. TEMPORE
CAPVT IV.

De Mensibus & diebus cuiusvis anni.

Menses quibus annum metimur, triplices sunt, Solares, Lunares & vsuales seu Civiles. Solares, qui motum Solis respiciunt, sunt spacia temporis, quibus Sol in uno signo commoratur, & duodecimam Zodiaci partem percurrit, vel medio vel apparente motu: unde & mensis Solaris alius medius seu equalis, alius apparens seu verus constituitur. Medius quidem est Dierum 30 hor: 10, 30 min: fere. Apparens vero circa perigium Solis observatur 29 Dier: 9 Hor: Circa Apogium 31 Dier: 10 Horarum.

Lunares, qui ad motum Lunæ referuntur, sunt spacia temporis, quibus Luna, vel totum Zodiacum, redeundo ab uno eius puncto ad idem, perlustrat: unde Periodici dicuntur: Vel ab una conjunctione cum Sole ad proximam redit: unde Synodici appellantur. Usuales vero seu Civiles menses sunt spacia temporum certos dies comprehendentium, quibus suo quodam instituto quævis gens annum distribuit. Et quia, pro varietate gentium & populorum, varia est non tantum mensium ratio, sed & denominatio: Nos in presentia eos solummodo, qui in Romano & Aegyptiaco anno usurpantur, considerabimus. Ac ad Romanum annum quod attinet, constat initio Romulum annum decem tantum mensium constituisse, sicut docet Ovidius 1 Fastor: hoc disticho:

*Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Constituit menses quinq; bis esse suo.*

Primum autem mensem fecit Martium, quem à Marte patre suo denominavit. Secundum Aprilem, dictum, vel ab aperiendo, quod tunc terra post aperiatur & fruges eliciantur, vel ab ἀπριλῶν, unde ἀπριλῶν Venus nomen habet, διὰ τὴν ἐν τῷ ἀπριλῶν ἵππεων, quoniam ex spuma maris nata fuisse fingitur. Tertium Majum, à majoribus appellatum, IV Iunium à iunioribus, V Quintilem, VI Sextilem, VII Septembrem, VIII Octobrem, IX Novembrem, X Decembrem, sicut patet ex eodem Ovidij:

*Martis erat primus mensis, Venerisq; secundus,
Hæc generis princeps, ipsius ille pater.*

*Tertius à senibus, juvenum de nomine quartus,
Quæ sequitur numero turba notata fuit.*

Lunares.

Usuales seu Civiles.

In anno Romano initio tantum decem fuerunt menses.

1. Martius.
2. Aprilis.

3. Maius.
4. Iunius.
5. Quintilis.
6. Sextilis.
7. Septemb.
8. October.
9. Novemb.
10. Decemb.

Sed

Sed Numa
duos adhuc
adiecit.
Ianuariū &
Februariū,

Sed Numa Pompilius, sequens Romulum, duos menses adiecit, Ianuariū & Februariū: unde Ovid: prius citato loco:

*At Numa nec Ianum, nec a vitas praterit umbras
Mensibus antiquis addidit ille duos.*

Dicitur autem Ianuarius, vel à Ianua, quoniam non aliter per Ianuariū in annum, quam per Ianuam in atrium sit ingressus: vel à Iano bicipite, quo veteres & praterita & futura diligenter perpendenda in anni auspicio esse monuerunt. Februarius verò à februo, id est sacrificio, quod tunc Romani pro animabus antecessorum suorum Plutoni alijsq; dijs infernalibus sacrificarint.

Iulius Cæsar
Iulianū
annum in-
troduxit.

Tandem Iulius Cæsar longo temporis intervallo sequutus Numam, cum animadverteret annum Numanū Lunarem tantum esse, & 354 dies solum continere, ultimam correctionem consilio Sosigenis Mathematici adhibuit, & annum Civilem, quo adhuc utimur, 11 diebus & 6 horis auxit. Dies autem 365 per singulos menses ita distribuit, ut imparibus mensibus dies 31, paribus verò 30 assignaret. Hinc cum deprehenderet unum diem abundare in anno communi, voluit is ut à Februario subtraheretur, qui alias in anno Bissextili annumeratur. Temporibus igitur Iulij initio constitutionis anni Iuliani, Ianuarius habuit 31 dies, Februarius 29 in anno communi, 30 in Bissextili, Martius 31, Aprilis 30, Maius 31, Iunius 30, Quintilis, quem Romani, adulantes Iulio, Iulium appellaverunt, quandoquidem hoc mense natus fuisse dicitur, 31, Sextilis 30, September 31, October 30, November 31, & December 30.

Mensis
Quintilis
unde Iulius
dicatur.

Mensis Se-
xtilis unde
Augustus
appellatur.

Augustus verò Iulium sequens, cum ob revocatam in usum Iuliani anni numerationem, quæ aliquandiu intermissa fuerat, quoq; suspiceretur à populo Romano, & Sextilis mensis à populo simili modo Augustus vocaretur, ut antea Quintilis Iulius fuit appellatus; agre tulit mensis suum Iulio brevioris esse, & ideo diem unum adhuc Februario subtraxit & Augusto addidit; unde Februarius 28 dierum in anno communi, 29 verò in bissextili remansit. Et quia vidit, tres proximè sequentes menses, Iulium, Augustum & Septembrem, non commodè continere 31 dies: Idcirco à mense Septembri diem unum sustulit, eumq; Octobri attribuit: Sic diem unum à Novembri in Decembrem transtulit: unde menses duodecim civiles, qui adhuc in usu habentur, hoc modo numerantur: Ianuarius dierum 31, Februarius 28 in anno communi, 29 in Bissextili, Martius 31, Aprilis 30, Maius 31, Iunius 30, Iulius 31, Augustus 31, September 30, October

October 31, November 30, December 31, quod & versua memoria caussa facti indicant:

April terdenos, Iun: Septemberq; November:

Vno plus alij; viginti Februus octo,

At si bissextus fuerit super additur unus,

Math, Math dicatur, nec non festum variatur.

Cadit enim Mathia festum in 25 diem Februarij in anno bissextili, cum alijs in anno communi 24 die celebretur.

Atq; hac est singulorum mensium in anno Romano tam veteri, quam novo ratio: Festorum quoq; fixorum in utroq; eadem est sedes, quam ex vulgaribus versiculis in eum usum compositis; Circumcisio Magos mittit, &c: vel etiam veteri Cisis Ianus, &c. petere licet.

AEgyptij anno utuntur aequabili, qui perpetuo 365 dies complectitur. Animadvertentes enim hoc ferme temporis spacio Solis periodum compleri; ut aequalitatem quoq; in mensibus, quorum 12 numerant in anno, retinerent, singulis 30 dies ascripserunt, qui 360 dies constituunt: Et dies 5, quos ad anni completionem adhuc requiri quisq; videt, sub finem anni intercalarunt, eosq; Epactas vel intercalares vocarunt. Mensibus autem hunc ordinem, hasq; appellationes assignarunt. Primum vocant Thoth, 2 Phaophi, 3 Athyr, 4 Chaac, 5 Tybi, 6 Mechir, 7 Phamenoth, 8 Pharmuthi, 9 Pachon, 10 Payni, 11 Epephi, 12 Mesori. Et quanquam hic tam aequabilis annus aptissimus est Astronomis ad constituendos & propagandos Canones mediorum motuum: unde eodem quoq; anno Ptolomaum & Copernicum usos fuisse, ex scriptis ipsorum apparet: hoc tamen habet incommodi, quod initium ejus non pendet a certo principio AEquinoctij aut Solstitij alicujus, sed a meridie saltem primi diei primi mensis Thoth. Hinc singulis quadriennijs, propter defectum quadrantis ferme diei, cuius intercalatio omittitur, unius diei intervallo, initia mensium AEgyptiacorum in anno Romano anticipant, & a consequentibus in antecedentes dies recedunt: ut ita intra 1460 annos Iulianos, initium primi mensis, ac totus annus AEgyptiacus per omnes dies anni Iuliani vagetur; & 1460 anni Iuliani, 1461 annos AEgyptiacos constituent. In nova vero forma 1471 anni, 1472 annos AEgyptiacos complent. Interim aequinoctia & Solstitia e contrario ab antecedentibus in consequentes dies progrediuntur, sicut ex consideratione diligentiori anni AEgyptiaci in nostris Ephemeridibus, quae menses AEgyptiacos cum Iulianis conferunt, manifestius apparet.

De anno
AEgyptiaco.

Collatio
anni AEgyptiaci
cum Iuliano.

CA

CAPVT V.

De quantitate dierum naturalium, & reductione
cujusvis temporis usualis ad Astro-
nomicum.

Dies du-
plex.
Civilis.

Naturalis.

Nox quid?

1. Ratio in-
quirendi
quantita-
tem diei ex
doctrina
triangulari.

2. Ratio in-
uestigandi
quantita-
tem diei ex
tabulis a-
scensionum

Cum duplex vulgò constituatur dies; alter Civilis, qui est spacium temporis, quo una æquatoris revolutio, cum additamento motui Solis diurno correspondente, peragitur: Estq; perpetuo 24 horarum. Alter Naturalis, qui est spacium temporis, quo Sol ab ortu per medium cœli ad occasum fertur, supraq; circulum hemisphærij centrum Solis moratur: Quod spacium in diversis terra locis latitudine differentibus, diversisq; temporibus diversum est, & à nocte separatur: quæ est spacium temporis, quo Sol ab occasu per imum cœli ad ortum movetur, infraq; horizontem latet. Et verò summopere requiratur, scire, quæ sit quovis tempore, in quovis terra loco, quantitas diei & noctis, quò an, & quando cœli $\Phi\alpha\upsilon\delta\mu\alpha$ in Ephemeridibus appareant, cognoscatur: Paucis hoc loco modum inquirendi quantitatem diei & noctis proponere voluimus. Sunt autem modi varij: Dato enim die, cujus quantitas inquirenda est, queritur initio locus Solis ad dati diei meridiem. Postea verò si ex doctrina triangulari quantitatem colligere volumus, arcus semidiurnus, qui est arcus paralleli circuli, quem Sol in dato aliquo loco describit, interceptus inter ortum & meridianum, investigatur hoc modo: Primum queritur puncti, in quo Sol est, declinatio: Hinc amplitudo ortiva: Tertio differentia ascensionalis, quæ, si Sol in Septentrionali signo versetur, ad 90 gradus additur; ab iisdem vero subtrahitur, si Australe signum occupet & emergit arcus semidiurnus: Hic arcus duplicatus, & in tempus conversus, exhibet quantitatem diei.

Si verò faciliori via idem inquirere cupimus, potest id ex tabulis ascensionum, loco propositi convenientibus, expediri. Tum enim si loci Solis & gradus oppositi ascensiones inter se conferuntur, lociq; Solis ascensio ab oppositi ascensione aufertur, additis ad hanc 360 gradibus, si prioris ab hac subtractio fieri nequit, differentia exurgit, quæ in tempus conversa, quantitatem diei manifestat.

Nos

Nos autem ut absq; labore & tediouso calculo quantitas diei innotesceret, ad meridianū nostrum Francofurtanum tabulam composuimus, unde, cum signo & gradu loci Solis ingressu factō, ex angulo communi quantitas diei vel noctis facillimè eximi potest. Prodit enim dies noctē, & nox diem, si subtractio à 24 horis instituitur. Veluti si 14 diei Mayj anni 1595, quo Sol est tempore meridiei in 2 gr: 14 min: fere II, quantitas investiganda est: Consulitur tantum tabula, cum loco Solis, & offenditur in angulo communi adhibita correctione pro minutis 14, gradibus 2 loci Solis adherentibus, adjectis nempe 24 sec: ad angulum communem, diei quantitas 15 hor: 53 min: 20 sec. Unde Nox erit 8 hor: 6 min: 20 sec: Ac ne ad alia terra loca, quæ latitudine à nostro discrepant, simili compendio Astrophili careant, aliam tabulam quantitatē dierū hic damus, ad plures gradus latitudinis constructam, ex qua tempus semidiurnum, vel seminocturnum, & hinc diurnum atq; nocturnum adhibito solum iudicio facillè peti poterit. Sit enim, exempli gratia, quærenda diei quantitas in elevatione poli 54 graduum, ad locum ☉ in 14 grad: 20 min: m. Et exhibet tabula ad 12 grad: m, tempus seminocturnum 7 hor: 30 min: Ad 15 gradum verò, 7 hor: 35 min: Quod si dico differentiam 3 Grad: largiri differentiam temporis seminocturni 5 min., quid exhibent 2 grad: 20 min: proveniunt facta operatione 4 min: fere, jungenda 7 hor: 30 min: Et exit tempus seminocturnum loco ☉ congruens 7 hor: 34 min: unde nox in assumta latitudine & proposito loco Solis erit 15 hor: 8 min: Dies vero 8 hor: 52 min.

Ad reductionem autem dierum usualium ad Astronomicos, quibus Ephemerides utuntur, unicè requiritur, ut quo quivis terræ locus principio in horis diei numerandis utatur primo videatur. Nam si à meridie diem inchoat terræ locus propositus, non requiritur ulla reductio, Sic si à media nocte incipit diem, ad horas solummodo à noctis medio numeratas horæ 12 adduntur, & exit tempus Astronomicum. Si autem diei initium sumit ab occasu, tunc primo diei naturalis proximè completi tempus semidiurnum inquiritur, quod continet horas à meridie ad occasum Solis elapsas. Post datum tempus in horis ab occasu Solis numeratis semidiurno jungitur, & producit tempus Astronomicum. Similiter si locus diei initium numerat ab ortu ☉, quantitas noctis præcedentis quaeritur, ejusq; medium dato tempori jungitur, & exit tempus Astro-

nomicum.

III. Ratio
inquirendi
eandem
ex tabulis
quantitatis
dierum.

De diversis
dierum
principiis
& numeratione.

Tabula

Sig. Austr.
Sig. Bore.

Tabula quantitatis dierum, monstrans tempus semidiurnum
tenente Sole signa Borealia, tempus vero seminoctur-
num tenente signa Australia.

Sig. Bore.
Sig. Austr.

Polus	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	Polus
Gr:	Ho:Scr:	Ho:Sc:	Ho:Sc:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:S.	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Grad:
II	Y	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	6 0 6	30
	3	6 2 6	6 3 6	6 3 6	6 4 6	6 4 4	6 4 6	6 4 6	6 4 6	6 4 6	27
	6	6 6 6	6 7 6	6 7 6	6 7 6	6 8 6	6 8 6	6 8 6	6 8 6	6 9 6	24
	9	6 10 6	6 10 6	6 10 6	6 11 6	6 11 6	6 12 6	6 12 6	6 12 6	6 13 6	21
	12	6 13 6	6 13 6	6 14 6	6 14 6	6 15 6	6 15 6	6 16 6	6 17 6	6 17 6	18
	15	6 16 6	6 17 6	6 17 6	6 18 6	6 19 6	6 19 6	6 20 6	6 21 6	6 21 6	15
	18	6 19 6	6 20 6	6 21 6	6 22 6	6 22 6	6 23 6	6 24 6	6 25 6	6 26 6	12
	21	6 22 6	6 23 6	6 24 6	6 25 6	6 26 6	6 27 6	6 28 6	6 29 6	6 20 6	9
	24	6 25 6	6 26 6	6 27 6	6 28 6	6 30 6	6 31 6	6 32 6	6 33 6	6 34 6	6
	27	6 28 6	6 30 6	6 31 6	6 32 6	6 33 6	6 34 6	6 36 6	6 37 6	6 38 6	3
m	8	6 31 6	6 33 6	6 34 6	6 35 6	6 37 6	6 38 6	6 39 6	6 41 6	6 42 6	mp X
	3	6 34 6	6 36 6	6 37 6	6 39 6	6 40 6	6 41 6	6 43 6	6 45 6	6 46 6	27
	6	6 37 6	6 39 6	6 40 6	6 42 6	6 43 6	6 45 6	6 47 6	6 48 6	6 50 6	24
	9	6 40 6	6 42 6	6 43 6	6 45 6	6 47 6	6 48 6	6 50 6	6 52 6	6 54 6	21
	12	6 43 6	6 45 6	6 46 6	6 48 6	6 50 6	6 52 6	6 54 6	6 56 6	6 58 7	18
	15	6 46 6	6 48 6	6 49 6	6 51 6	6 53 6	6 55 6	6 57 6	6 59 7	6 1 7	15
	18	6 49 6	6 50 6	6 52 6	6 54 6	6 56 6	6 58 7	6 0 7	6 3 7	6 5 7	12
	21	6 51 6	6 52 6	6 55 6	6 57 6	6 59 6	6 1 7	6 3 7	6 6 7	6 8 7	9
	24	6 53 6	6 55 6	6 57 7	6 0 7	6 2 6	6 4 7	6 6 7	6 9 7	6 11 7	6
	27	6 56 6	6 57 7	6 0 7	6 2 7	6 4 7	6 7 7	6 9 7	6 12 7	6 14 7	3
II	II	6 58 7	6 0 7	6 2 7	6 4 7	6 7 7	6 9 7	6 12 7	6 15 7	6 17 7	20
	3	6 0 7	6 2 7	6 4 7	6 6 7	6 9 7	6 12 7	6 14 7	6 17 7	6 20 7	27
	6	6 2 7	6 4 7	6 6 7	6 8 7	6 11 7	6 14 7	6 16 7	6 19 7	6 23 7	24
	9	6 4 7	6 6 7	6 8 7	6 10 7	6 13 7	6 16 7	6 19 7	6 21 7	6 25 7	21
	12	6 5 7	6 7 7	6 9 7	6 12 7	6 15 7	6 17 7	6 20 7	6 23 7	6 27 7	18
	15	6 6 7	6 9 7	6 11 7	6 13 7	6 16 7	6 19 7	6 22 7	6 25 7	6 29 7	15
	18	6 7 7	6 9 7	6 12 7	6 14 7	6 17 7	6 20 7	6 23 7	6 26 7	6 30 7	12
	21	6 8 7	6 10 7	6 13 7	6 15 7	6 18 7	6 21 7	6 24 7	6 27 7	6 31 7	9
	24	6 8 7	6 10 7	6 13 7	6 16 7	6 18 7	6 22 7	6 25 7	6 28 7	6 32 7	6
	27	6 8 7	6 11 7	6 14 7	6 16 7	6 19 7	6 22 7	6 25 7	6 29 7	6 32 7	3
	30	6 9 7	6 11 7	6 14 7	6 17 7	6 19 7	6 22 7	6 26 7	6 29 7	6 32 7	mp

D

Sig. Aufst.
Sig. Bor:

Tabula quantitatis dierum; ostendens Sole versante
occasus ☉ Sole versante in signis

Sig. Bor:
Sig. Aufst.

Polus	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	Polus
Grad:	Ho:Scr:	Ho:Sc:	Ho:Sc:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:S.	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Grad:
II	γ	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	30
	3	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 6	6 6	6 6	27
	6	6 9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 11	6 12	6 12	6 13	24
	9	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 16	6 17	6 18	6 19	21
	12	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 23	6 24	6 25	18
	15	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 27	6 28	6 29	6 31	15
	18	6 27	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 37	12
	21	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	9
	24	6 36	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 45	6 47	6 49	6
	27	6 41	6 43	6 44	6 46	6 47	6 49	6 51	6 53	6 55	3
III	δ	6 45	6 47	6 49	6 50	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	3
	3	6 50	6 51	6 52	6 55	6 57	6 59	7 1	7 4	7 6	27
	6	6 54	6 56	6 57	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	24
	9	6 58	7 0	7 2	7 5	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	21
	12	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	18
	15	7 6	7 8	7 11	7 13	7 17	7 19	7 22	7 25	7 28	15
	18	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 30	7 34	12
	21	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 31	7 35	7 39	9
	24	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	6
	27	7 20	7 23	7 26	7 29	7 33	7 36	7 40	7 44	7 48	3
IV	II	7 23	7 26	7 30	7 33	7 36	7 40	7 44	7 48	7 52	3
	3	7 26	7 29	7 33	7 36	7 40	7 44	7 48	7 52	7 56	27
	6	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56	8 0	24
	9	7 31	7 35	7 38	7 42	7 46	7 50	7 54	7 58	8 4	21
	12	7 33	7 37	7 40	7 44	7 48	7 53	7 57	8 2	7 8	18
	15	7 35	7 39	7 42	7 46	7 50	7 55	7 59	8 4	8 9	15
	18	7 37	7 40	7 44	7 48	7 52	7 57	8 1	8 6	8 11	12
	21	7 38	7 42	7 45	7 49	7 54	7 58	8 3	8 8	8 13	9
	24	7 39	7 42	7 46	7 50	7 55	7 59	8 4	8 9	8 14	6
	27	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56	8 0	8 4	8 10	8 15	3
	30	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56	8 0	8 5	8 10	8 15	0

*in signis Borealibus, tempus semidiurnum, vel horam
 Australibus verò tempus seminocturnum, vel horam ortus ☉*

Sig. Austr.	Sig. Bore.	Polus	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	Polus	Sig. Bore.	Sig. Austr.
		Grad:	Ho:Scr:	Ho:Sc:	Ho:Sc:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Ho:S.	Ho:Scr:	Ho:Scr:	Grad:		
51	V	6	06	06	06	06	06	06	06	06	06	06	06	06	30
		3	67	57	67	76	76	86	86	86	86	96	96	96	27
		6	136	146	146	156	156	166	176	176	186	196	196	24	
		9	620	620	621	622	623	624	625	626	627	628	628	21	
		12	626	627	628	629	631	632	633	635	636	638	638	18	
		15	633	634	635	637	638	640	642	644	645	647	647	15	
		18	639	641	642	644	646	648	650	652	654	657	657	12	
		21	646	648	649	651	653	656	658	670	673	676	676	9	
		24	652	654	656	659	671	674	677	697	697	712	716	6	
		27	659	671	673	676	678	687	692	715	717	721	725	3	
m	8	7	757	87	107	137	167	197	237	267	307	34	mp	8	
		3	711	714	717	720	723	727	731	734	739	744	27		
		6	717	721	724	727	731	735	739	743	748	753	24		
		9	724	727	730	733	738	743	747	752	757	763	21		
		12	730	733	737	741	745	750	755	760	768	776	18		
		15	735	739	743	748	752	757	763	768	778	788	15		
		18	741	745	749	754	759	764	770	778	788	798	12		
		21	747	751	756	761	766	772	779	788	798	808	9		
		24	752	756	761	766	772	779	788	798	808	818	6		
		27	757	762	767	773	780	788	798	808	818	828	3		
8	II	8	28	78	128	188	248	318	388	478	559	5	8		
		3	86	812	817	823	830	837	844	854	862	871	27		
		6	810	816	822	828	835	843	850	859	869	879	24		
		9	814	820	826	833	840	848	856	869	879	889	21		
		12	817	823	830	837	844	853	861	871	881	891	18		
		15	820	826	833	840	848	857	869	879	889	899	15		
		18	823	829	836	843	851	860	871	881	891	901	12		
		21	825	831	838	845	853	863	874	885	895	905	9		
		24	826	832	839	847	856	867	878	889	899	909	6		
		27	827	833	840	848	857	868	879	890	900	910	3		
		30	827	834	841	849	858	869	880	891	901	911	0		

PARS II.

DE MOTIBVS.

CAPVT I.

De Circulis, signis Zodiaci, planetis & aspectibus generalia quædam.



Circuli cœlestes quid sint.

Circuli alii Magni, alii Minores.

Horizon.

Rectus.

Obliquus.

Parallelus.

Meridianus.

VANDO QUIDEM CVM FRVCTV NEMO in contemplatione motuum cœlestium versari potest; qui non distinctionem stellarum, notus Planetarum, & signorum Zodiaci nomina, ordinem & characteres, unacum aspectibus novit, & probè cognitam ac perspectam habet doctrinam circulorum, quibus cœlum in certas classes tribuitur, ratioq; motuum ad regulam & normam revocatur. Idcirco paucis, pro pleniore Ephemeridum intellectu, generalia hic proponemus, Astronomis studioso, ad motuum considerationem, summe necessaria. Primum igitur sciendum, circulos cœlestes; quos non π ϕ ω sed π θ ω in cœlo constituimus; esse figuras simplices, una linea in sese redeunte, in circumferentia sphaeræ, ex certo aliquo centro descriptas, quarum planum sphaeram transit, eamq; in certas partes secat. Dividuntur autem in Magnos & Minores. Magni seu maximi sunt, qui idem centrum cum mundo habent, & sphaeram in duas æquales partes findunt; Numeranturq; hi: Horizon, Meridianus, AEquinoctialis, Zodiacus, Circuli declinationum, Circuli latitudinum & Circuli positionum.

Horizon $\delta\omega\tau\delta$ θ ϕ γ ϵ δ ω γ dicitur, $\delta\tau\alpha\nu$ ϵ σ θ ρ θ $\tau\eta$ δ ψ ϵ ω ; unde & finitor Latinis appellatur, est circulus, qui sphaeram in duas æquales partes secat, quarum altera conspicua est, altera latet: Huius poli, superior quidem, qui est punctum verticale, quod è directo vertici capit is, sive cujusvis loci, superimminet, Arabibus Zenith; Inferior verò punctum è diametro vertici oppositum Nadir dicitur. Estq; triplex Horizon. Rectus qui cum æquatore constituit angulos rectos, quiq; polos mundi habet in sua superficie. Obliquus qui cum æquatore constituit angulos obliquos, & alterum mundi polum supra elevatum, alterum infra depressum habet. Et parallelus, qui æquinoctialis plano unitur, & polos eosdem cum mundi polis habet.

Meridianus est circulus transiens per polos mundi & loci Zenith, ad quem Sol primò mobilis motu delatus, interdiu meridiem, noctu mediam noctem emittit. Habet autem hanc cum Horizonte connexionem.

nexio-

nexionem, ut sese mutuo aequaliter & ad angulos rectos fecerint. Hinc primo quivis Horizon quemlibet Meridianum in duo hemicyclia dividit, quorum alterum supra, alterum infra Horizontem est: Deinde vicissim quivis Meridianus, quemlibet Horizontem in duo hemisphaeria findit, quorum alterum versus stellarum ortum vergens Horizon orientalis vel cardo Orientis: Alterum versus occasum Horizon occidentalis vel cardo occidentis appellatur. Aequator est circulus à polis mundi æquidistans & Zodiacum in principijs Arietis & Libræ intersecans. Huius poli, qui & mundi poli dicuntur, unus quidem Septentrionalis, Arcticus, alter Australis Antarcticus nuncupatur. Est huius circuli in Astronomia maximus usus, ut qui Canon & mensura est non tantum motuum, sed & temporum. Primum namque certum est, eum mensuram esse primi motus, siquidem quanta eius pars pertransit horizontem, tantum primi motus præterisse censetur; ut una etiam totius aequatoris conversio, statuatur periodus primi motus. Postea quoque Canon est ascensionum, non solum partium Zodiaci, quem circulum secunda mobilia observant, adeo ut omnes stellarum ortus & occasus, ad medium eius Eclipticam referantur; Verum etiam aliarum extra Zodiacum constitutarum stellarum, ut ex doctrina ascensionum perspicuum est. Tertio index est temporum, cum ex primo, ut velocissimo & maxime æquabili motu, iudicetur tempus; & 15 huius circuli graduum ascensio, fiat spacio unius hora, diesque, qui 24 horis constat, compleatur revolutione huius circuli, seu 360 graduum aequatoris.

Zodiacus dicitur $\delta\omega\delta\epsilon\ \tau\omega\upsilon\ \zeta\omega\delta\iota\acute{\alpha}\omega\nu$, id est animantium figuris, in quas hic circulus distribuitur, Circulus est latus, sub quo Planetæ perpetuò versantur. Cum enim Planeta latiore spacio hunc circulum perlustrent, & jam in Austrum, jam in Boream ab huius medio, quod Ecliptica & via \odot dicitur, moveantur; attributa est ei latitudo 16 grad. ita ut 8 sint gradus Septentrionalis & 8 Australis latitudinis: in quibus cum versantur Planeta, dicuntur habere latitudinem: Latitudine autem carent, cum sunt sub Ecliptica. Poli huius circuli alij sunt à mundi polis, distantes nimirum à mundi polis quantitate maxima declinationis Ecliptica, quæ secundum tabulas Prutenicas hoc tempore est 23 grad. 28 min. fere; cum ante tempora Ptolomæi fuerit 23 grad. 52 min. Dividitur autem hic circulus in 12 partes æquales seu signa, quæ Grecis $\delta\omega\delta\epsilon\kappa\alpha\tau\eta\mu\acute{\epsilon}\rho\eta$ vocantur, eo quod singulis annis Luna cum additamento quodam duodecies Soli jungatur & opponatur, h. e. duodecim in anno fiunt Luna-
tiones; unde & 12 menses numerari necesse est. Ac signorum hic est ordo:

D 3

Primum

Aequator.

Zodiacus.

Signa Zo-
diaci.

SECUNDA PARS

Aries

Primum dicitur Aries, ad cuius principium cum Sol venit, equinoctium vernū est, & ver incipit. Quia verò animal est cornutū, stellæq; in cornibus illustiores sunt alijs, per duo cornua notari solet in hūc modū ♈.

Taurus

II Taurus appellatur, qui representatur capite cornuto hoc modo ♉.

Gemini

III Signum Geminorum est, ad cuius finem cum Sol venit, ver finitur. Pingitur autem duobus corporibus, manibus & pedibus sese complectentibus hac forma ♊.

Cancer

Quartum Cancer est, ad cuius principium cum Sol deducitur, Solstitium æstivum est & æstas incipit. Notatur autē brachijs inversis hoc modo ♋, ut simul significetur Solem ad Cancrum deductū, cursum ad oppositā mundi partem reflectere.

Leo

V. Leo est, qui pingitur cauda incurvata in hunc modum ♌.

Virgo

VI Virgo dicitur, quæ representari solet tribus lineis plicas retrò in dorso significantibus cum linea curva manum referente, quæ plicas illas tenet vel elevat hac forma ♍.

Libra

Septimum Libra est, quod signum cum Sol motu suo proprio attingit, equinoctium autumnale evenit, & autumnii initium fit. Significatur autem per superiorem partem instrumenti Libra hoc modo ♎.

Sagittarius

VIII Scorpium est, qui cum caudam nodosam habeat, & in fine aculeum, representari quoq; solet per tres lineas parvas sibi coniunctas, & ultimam incurvatam in modum aculei hac ratione ♏.

Capricornus

IX Sagittarius est, qui sagitta notatur ♐.

Aquarius
Pisces

Decimum Capricornus, ad cuius principium cum Sol defertur, Solstitium hybernum est & hyems incipit. Notari autem solet hac forma ♑.

Principium
Zodiaci
constituitur
in equino-
ctio verno
& principio

XI Aquarius est qui significatur undis vento agitatīs in hunc modum ♒.

Ultimum est Piscium signum, quod duabus lineis curvis pisces duos referentibus & fascia seu linea recta colligatis exprimi solet hoc modo ♓.

Ordinur autem Zodiacum ab Ariete & equinoctio verno, sequenti effectus ☉, quos habet cum ad illas Zodiaci partes accedit. Nam terra hyberno gelu constricta & glacie rigens, eo tempore resolvitur, humores conclusi laxantur ac diffunduntur, gramina ac fruges eliciuntur, & novo q. vestimento terra induitur. Porro tria priora signa ♈ ♉ & ♊ verna dicuntur, quod Sol in illis existēs vernum tempus constituat: ♋ ♌ & ♍ æstiva: ♎ ♏ & ♐ autumnalia ♑ ♒ & ♓ hyberna. Sic sex priora ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ & ♍ Septentrionalia vocantur, quod ab æquatore versus Septentrionem declinent: ♎ ♏ & ♐ vero m ♑ ♒ & ♓ Australia, quod ab æquatore versus Austrum deflectant.

Appellantur etiam ♋ ♌ ♍ & ♎ signa medietatis ascendentis.

dentis; Σ verò Ω μ ζ m & τ medietatis descendenti: propterea quod in illis Sol reliquaq; stella existentes in Septentrionem ascendant: in his verò ad Austrum descendant.

Circuli declinationū sunt circuli per polos mundi, & vera stellarum loca descripti, æquatorem secantes ad angulos rectos sphaerales. Nomen habent à declinationibus, seu distantijs stellarum, aliorumq; in cælo punctorum, ab æquatore; quas in his circulis tanquam in subiecto numeramus. Est enim Declinatio nihil aliud, quam arcus circuli magni transeuntis per polos mundi & locum stelle vel puncti in cælo dati, ostendens quanta loci propositi ab æquatore sit distantia. Exempla horum circularum habemus in duobus Coluris, AEquinoctiorum & Solstitiorum, quorum intersectionum æquatoris & Zodiaci, seu æquinoctialia duo, vernum & autumnale: hic puncta maximarum declinationum Eclipticæ seu Solstitialia, æstivum & hybernū ostendit.

Circuli declinationū

Declinatio quid

Circuli latitudinum sunt circuli per polos Zodiaci & vera stellarum loca descripti, Zodiacum secantes ad angulos rectos Sphaerales. Nomen habet à latitudinibus seu distantijs stellarum aliorumq; in cælo punctorum à medio Zodiaci Eclipticæ: quas in huiusmodi circulis tanquam in subiecto numeramus. Est enim Latitudo arcus circuli magni transeuntis per polos Zodiaci & locum verum stelle vel puncti in cælo dati, ostendens quanta loci propositi ab Eclipticæ sit distantia.

Circuli latitudinum.

Latitudo quid

Circuli positionum sunt circuli per communes Meridiani & Horizontis intersectiones & stellarum vel aliorum in cælo punctorum loca vera descripti, ostendentes locorum illorum ad Meridianum habitudinem: unde & Horizontes alio nomine appellantur: His circulis utimur cum thema cæli erigendum est. In æquali enim modo sex talibus circulis Zodiacus: In rationali verò AEquator in 12 æquales partes dividitur.

Circuli positionum.

Minores seu paralleli circuli sunt, qui ab alterutro maiorum circularum tranversim sphaeræ obductorum AEquatore vel Zodiaco, æqualiter versus eorundem polos distant, & sphaeram in duo inæqualia dividunt. Dicuntur paralleli, quod à se invicem æqualiter ubiq; distent. Sunt autem duplices. Alij ad planum Zodiaci referuntur & describuntur à stellis tam fixis quam errantibus extra Eclipticam positis & circa axem Zodiaci proprio motu circumductis; Alij verò ad planum AEquatoris referuntur, & describuntur motu primo seu accidentario à stellis extra æquatorem positis & circa axem mundi circū-

Minores circuli seu paralleli.

Et si verò in Sphericis quatuor tantum sit mentio, qui ad equatorem referuntur: Duorum Tropicorum ☉ & ♋: Et duorum polarium Arctici & Antarcticici: quorum illi à duobus Solstitialibus punctis, hi à duobus polis Zodiaci diurno primi mobilis motu describuntur: Tamen Astronomia multo plures requirit huiusmodi circulos minores, cum ut, qui ad equatorem referuntur, termini sint declinationum, tum ut, qui ad Zodiacum spectant, termini sint latitudinum, & subiectum longitudinis stellarum.

Stellæ duplices aliæ fixæ aliæ errantes. Fixæ quæ

Cæterum stellæ, de quibus secundo loco agere constituimus, duplices sunt: Aliæ fixæ Græcis ἀπλανῆς dictæ: Aliæ errantes quæ Græcis πλανῆτες vocantur. Fixæ sunt stellæ octavi orbis, quæ eandem inter se distantiam perpetuo servant, & easdem quas à prima impositione retulerunt imagines semper retinent: Vnde & nomen habent. Harum ab Astronomis aliquot, cum non omnes visis & instrumentis capiantur, quæ visu haud difficulter apprehenduntur, numerantur 1022, & exceptis quæ extra figuras sunt & informes dicuntur, in 48 imagines tribuuntur.

Duodecim, quarum nomina supra recitavimus, in Zodiaco sunt Vingtina in Septentrione: ut ursa minor, quæ & Cinosura dicitur, ursa maior seu Helice, Draco, Cepheus, Bootes, Corona, Hercules qui & Engonastè appellatur, quandoquidem genibus flexis depingitur, Lyra seu vultur cadès, Cygnus, Cassiopeia, Perseus, Auriga, Ophiuchus, Serpēs Ophiuchi, Aquila seu Vultur volās, Delphin, Equuleus, Pegasus, Andromeda & Deloton. Quindecim tandem in Meridionali plaga sunt, ut: Cetus, Orion, Eridanus, Lepus, Canis maior, Canis minor seu Procyon, Argo navis, Hydra, Crater, Corvus, Centaurus, Bestia quam tenet Centaurus, Ara seu iburibulum, Corona & Piscis Australis.

Stellarum fixarum sex constituuntur magnitudines

Dividuntur autem stellæ fixæ in 6 magnitudines; ita, ut primæ magnitudinis dicantur, quæ magnitudine ac copia luminis reliquas vincunt: Secunda quæ post primas maxima sunt: Tertia quæ secundis minores: Quarta quæ rursus tertijs minores: Quinta quæ quartis minores & sexta magnitudinis stellis maiores sunt: Sexta denique quæ omnium minima sunt: Quibus annumerantur obscura 9 & nebulosa 5.

Stellæ errantes seu Planetæ septem numerantur,

Errantes stellæ sunt, quæ infra octavam spheram existunt, & peculiaribus motibus ac orbibus progrediuntur. Cumque magna varietate motus suos perficiant, modò celeriori, modò tardiori, modò planè contrario motu, rectè errantes vocantur. Numerantur autem harum

harum septem hoc ordine, Prima infima & terra proxima est Luna, Luna
 qua integrum Zodiacum aequali motu perlustrat diebus 27 Hor: 7
 43 min 6. sec, fere: Ac notatur figura Luna corniculata seu falcata, qua
 ut plurimum cernitur, hoc modo: ☾. Secunda qua proximè excipit Lu- 2 Mercurio
 nam Mercurij est stella, aequali suo motu Zodiacum percurrens Dieb: 365
 Hor: 5, 49 min. 15 sec: 46 tert: seu anno Iuliano deficientibus solum 10 min:
 44 sec: 14 tert: unius hora. Pingitur imagine Iuuenis cincti, cuius 3 Venus
 caput opertum est galero hac forma ☿. Tertia Mercurio superior Ve-
 neris est stella, eandem cum Mercurio periodum habens, licet tanta var-
 rietate motum non permutet. Hac solem antecedens φωσφορος id est
 Lucifer, Solem sequens Hesperus dicitur. Notatur hac forma ♀, qua
 speculum refert; siquidem stella hac creditur homines efficere veneri,
 amori, comptitudini delicijsq, deditos: vel etiam imaginem puella infe- 4 Sol
 rius cincta. Quarta Solis est, cuius periodus eadem est qua ♀ & ☿:
 unde & ἰσὸδ' ἡμερῶν ἡμερῶν ἡμερῶν ἡμερῶν ἡμερῶν appellatur à Platone in Timæo.
 Character eius est circulus habens in medio punctum ☉. Apollinis enim
 imago pomum aureum manu tenet, unde eius rotunditate merito figuratur. 5 Mars
 Quinta Martis est, qua Zodiacum percurrit anno uno diebus 321 Hor: 22
 cum triente fere. Singulis enim mensibus 16 gradus ferme motu suo
 aequali emetitur. Notatur figura teli bellici, seu ut quibusdam placet
 Clypeo, cui affixa est hasta, cum bellorum dominus statuatur, in
 hunc modum ♂. Sexta Iovis est, qua Zodiacum absoluit annis 11, inter 6 Iupiter
 quos sunt duo bissextiles diebus 313 Hor 15 fere. Singulis enim annis
 aliquid ultra signum unum motu suo aequali perlustrat. Notatur hoc cha-
 racter Ζ, ad significandum triplex eiusdem fulmen: quandoquidem Ba-
 bylonij Astrologia cultores Iovem Belum fulminare & tonare credebant.
 Vel etiam quia Ζωε Græcis dicitur, unde prima litera notatur: Vel quia 7 Saturnus
 binarius Ζ numerus est fortune: unde & Iupiter maior fortuna ap-
 pellatur. Septima & suprema erraticarum stellarum est Saturni, qui
 periodum suam absoluit annis 29, inter quos sunt bissextiles 7, dieb: 155
 fere. Singulis enim annis aliquid ultra 12 gradus conficit. Character eius
 est talis ♄, quo denotatur, vel senex baculo innitens, ob qualitatem frigi-
 dam & siccam, quibus senes præditos esse constat: Vetus: am falx, instru-
 mentum rusticum, quo segetes demetuntur, ob agriculturam. Babylonij
 enim suo conditori Nimode, hoc est Saturno Babylonio agriculturam
 referebant acceptam:

Stellæ fixæ
ab erraticis
quomodo
dignoscan-
tur.

De aspecti-
bus

Coniunctio

Sextilis

Quadratus

Porro dignoscuntur stelle fixæ ab erraticis, micante luce. Nam dum planeta luce apparent fixa, illastemere & 1 cintillare videmus, non quod revera nutent, sed quod visus in apprehensione illarum vacillet, propter nimiam distantiam, sicut docet Arist: cap. 8 lib: 2 de cælo.

Cumq; planeta non tantum inter se, sed & ad stellas fixas varias acquirant distantias, id quod ex diversitate motuum periodicorum perspicuum est; patet inde diversos planetarum aspectus, quos Græci $\epsilon\pi\alpha\sigma\mu\epsilon\varsigma$ Latini radios, item cōfigurationes appellant, oriri & existere. Sūt autem Aspectus nihil aliud, quam habitudines & distantia certæ stellarum in Zodiaco, quibus se mutuo sensibiliter adiuvare vel impedire, viresq; invicē mutua irradiatione communicare possunt: Horum aspectuum, si coniunctionem annumeramus, vulgo constituuntur quinque: Coniunctio, sextilis, quadratus, trigonus & oppositus radius.

Coniunctio quæ $\sigma\upsilon\nu\omicron\delta$ id est conventus dicitur, est stellarum in eadem longitudine cæli congressus; qui fieri tum statuitur, cum linea motus ipsarum monstrantes; vel in uno cæli puncto concurrunt, ita ut longitudo & latitudo stellarum sit eadem; unde & talis coniunctio $\sigma\omega\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ h. e. corporalis appellatur; vel in eodem semicirculo plano quod ad polos Zodiaci terminatur, seu in eodem semicirculo latitudinum consistunt, ita ut longitudo quidem sit eadem, latitudo autem diversa: qualis coniunctio partilis nuncupatur. Coniungi ergo dicuntur stelle, quæ in eodem signo gradu & minuto reperiuntur, licet latitudine multum distent. Notatur hac forma \odot , ac si ex uno corpore radius exiret.

Sextilis sive sexangularis aspectus $\epsilon\zeta\acute{\alpha}\gamma\omega\nu$ Græcis dictus, est distantia stellarum per sextam signiferi partem h. e. signa duo seu 60 gradus; quando videlicet ex tertio signo sese intuentur, sic ut una in Ariete alteram vel in ♊ vel ♋ existentem aspiciat, ex iisdem tamē gradibus: Item una in ♌ alterā in ♍ vel ♎ & c: Notatur hic aspectus asterisco tali $*$, qui constat sex lineolis ex uno puncto ceu cetro procedentibus, quos si super centrum circuli disposueris, eum in sex partes dividet.

Quadratus vel quadrangularis aspectus $\tau\epsilon\tau\acute{\rho}\acute{\alpha}\gamma\omega\nu$ Græcis appellatus, est distantia stellarum per quartam circuli partem h. e. signa tria seu 90 gradus; quando videlicet ex quarto signo sese mutuo radijs pulsant, sicut una existente in Ariete, altera sit in ♌ vel ♍ in iisdem tamen gradibus: Item una existente in Tanro, altera sit in ♎ vel Aquario & c: Nota eius est quadratum. \square

Trigos

Trigonus, triangularis vel triquetrus aspectus, est distantia stellarum per tertiam circuli partem h. e. signa quatuor aut 120 gradus; quando videlicet ex quinto signo sese intuentur, sic ut una existere in Ariete, altera sit in ♈ vel ♉ in iisdem tamen numero gradibus una existente in ♌ altera sit in ♍ vel ♎ &c: Nota eius est triangulus Δ.

Oppositus tandem seu diametralis aspectus est, distantia stellarum per semicirculum, id est sex signa, aut 180 gradus; quando videlicet in Zodiaci gradibus ē diametro oppositis existunt. Hanc configurationem habent stella, quae à sese mutuo per 6 integra signa digressa sunt, sic ut una existente in Ariete, altera sit in Libra, in iisdem tamen gradibus; una existente in ♌ altera sit in ♎ &c: Nota eius est linea recta notans diametrum cum duobus corporibus in extremitatibus hac forma ∅.

Diuiduntur autem hi aspectus: Primo ratione motuum, in medios & veros. Medij sunt, quando linea mediorum motuum duarū quarūvis stellarum, aliquam ex dictis cōfigurationem, secundum longitudinem Zodiaci, ad se invicem habent: Et cognoscuntur ex tabulis mediorum motuū.

Veri verò, quando linea verorum motuum seu ipsa stellarum corpora eiu modi ad se invicem aspectum habent: Et cognoscuntur ex supputationibus verorum motuum. Praeter hanc divisionem coniunctiones aliae quoque visibiles seu apparentes vocantur, in quibus duarum vel plurium stellarum in unam rectam lineam ex oculis nostris ad caelum protensam sit concursus:

Secundo ratione perfectionis idem aspectus diuiduntur in partiles seu perfectos, & platicos seu imperfectos. Partiles, qui & stricti & exacti appellatur illi sunt, in quibus inter planetarū loca tot praecise gradus inveniuntur quot aspectū quemlibet constituunt. Veluti * partilis praecise constat 60 graduum distantia: □ partilis 90 &c: Dicuntur partiles quod in iisdem partibus seu gradibus signorum accidunt. Platici verò, qui & laxiores vocantur, quoniam latitudinem admittunt, sunt, in quibus inter stellarum loca tot praecise gradus non inveniuntur, quot unumquemque aspectum constituunt, sed vel plures vel pauciores. Veluti si distarent stelle 57 vel 63 gradibus, esset inter eas aspectus * platicus: Si 5 vel 94 esset quadratus platicus &c.

Tertio ratione situs tres hi aspectus * □ & Δ duplices sunt, Sinistri & Dextri. Dextri, qui & Orientales dicuntur sunt, qui à principio orientali versus occasum contra signorum ordinem projiciuntur. Veluti * dexter

Oppositio

Divisio aspectuum
I.

II.

III.

dexter est, qui ex γ in α ; \square dexter, qui ex γ in β ; \triangle deniq; qui ex γ in δ dirigitur.

Sinistri verò qui & Occidentales nominantur, sunt qui à stella s. s. è loco occidentali versus ortum extenduntur: ut * sinister est qui ex γ in η ; \square qui ex γ in θ ; \triangle qui ex γ in ι projicitur.

CAPUT II.

De motu cœli eiusq; divisionibus.

Cœlum rotundum.

AD probè intelligendos motus cœli, hoc ante omnia requiritur, ut sciamus cœlū; quod rotundum seu sphericum statuimus; considerari secundum longitudinem & secundum latitudinem. Secundum longitudinē quidem, ab occasu in ortum, & ab ortu vicissim in occasum. Fitq; hæc consideratio, vel ob occasu in ortum, quæ dicitur secundū successionem seu sequelam signorū, vel ut Græci dicuntur $\epsilon\iota\varsigma\tau\alpha\epsilon\pi\omicron\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha$: Numerantur enim signa ab occasu versus ortum juxta motum proprium Planetarum: vel ab ortu versus occasum, quæ dicitur contra s. s. $\epsilon\iota\varsigma\tau\alpha\pi\epsilon\omicron\upsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha$ in priora seu precedentia. Secundum latitudinem verò à polo in polum, vel ab Ecliptica versus alterutrum eius polum: Sic enim numerari solent latitudines.

Cœlum movetur circulariter.

Movetur autem cœlum nullo alio quam circulari motu: Hic enim perfectissimis illis corporibus & experientia & rationibus convenit, sicut in sphericis præceptis probari solet. Iam cum motus ille non sit uniusmodi; Videmus enim stellarum positum subinde mutari: sed varietur cum secundum longitudinem tum secundum latitudinem cœli: Constat motum quoq; alium esse in longitudinem, alium in latitudinem.

Motus cœli in longitudinem dupliciter ex. Primus

Motus igitur qui fit in longitudinem is est, qui vel secundum vel contra successionem signorum fertur, ac prima divisione distinguitur in primum & secundum. Primus motus cœli est evidentissimus ille & velocissimus omnium stellarum motus, in omnium oculos incurrens, qui fit ab ortu in occasum, super polis mundi, spacio 24 horarum: unde & motus hic raptus, & $\nu\upsilon\chi\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha$ id est, diurnus, quot niam spacio diei naturalis absolvitur, & $\epsilon\iota\varsigma\tau\alpha\pi\epsilon\omicron\upsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha$ id est in precedentia, & communis, siquidem omnibus stellis inest, nominatur. Convenit motus hic propriè supremo cœlo quod & inde primum mobile dicitur, cum nullo alio quam hoc primo ipsum moveri probabile sit: Per accidens verò omnibus stellis tam fixis quam erraticis. Videmus enim hoc

Motus primus licet communis

MOTUS

Caussa autem huius dissimilitudinis est, quod motus fiat partim in Eccentricis circulis, quorum quidem circumferentia includunt centrum mundi, centra verò diversa sunt à centro mundi, partim in Epicyclis seu parvis orbibus, quorum & centra & circumferentia tota sunt extra centrum mundi, sicut Planetarum Theorica docent. Sunt enim Luna & Sol veloces, cum in inferiore Epicycli parte; vel, quod in Sole idem est in inferiore Eccentrici parte; infra longitudes medias versantur. Tardi cum in superiore parte supra longitudes medias consistunt. Mediocres cursu, cum puncta contingentia vel longitudes medias tenent.

Reliqui verò quinque Planetae veloces sunt, cum in superioribus partibus Epicyclorum supra puncta contingentia existunt. Tardi cum infra puncta contingentia in inferioribus Epicyclorum partibus deprehenduntur. Mediocres cursu, cum puncta contingentia occupant.

Sic licet directo motu semper incedant Sol & Luna: reliqui tamen quinque planetae directi solum sunt, cum superiores Epicyclorum partes supra stationum puncta comprehensas perlustrant. Retrogradi verò, cum inferiores partes conficiunt: ut Stationarij cum stationum puncta tenent. Subijcere autem hic placuit tabulam continētem diurnos motus Planetarum cum ad apogea, tum ad Perigaea Eccentricorū; ut quomodo à medijs motibus veri differant, & intra quos ferè terminos motus velocissimi & tardissimi in singulis planetis cohibeantur, qui vis cerneret.

Ceterum quia motus hic verus perficitur, ut dictum, in Eccentricis circulis & Epicyclis: sit ut idē motus, etiā dicatur ascendens & descēdens. Ascendens dicitur, respectu Eccentrici quidē, cum ab imo & proximo terra Eccentrici loco, qui ὑπόγειον seu πηγίγειον Graecis, Plinio ima absis dicitur, ad altissimum & à terra remotissimum locum qui ἀπόγειον Graecis, Arabibus aux, Plinio summa absis appellatur contendit: Id quod in calculo Astronomico ex Coaquata Anomalia annua in Sole: Duplicata longitudine in Luna; Eccentrici verò Anomalia in reliquis planetis, maiore semicirculo seu tribus Sexagenis vel 6 signis communibus, constat. Respectu Epicycli verò ascendens dicitur, cum à perigaeo Epicycli ad apogaeum contendit: Quod accidit cum in Luna Anomalia; in reliquis planetis commutatio seu argumentum semicirculum excedit. Sic Descendens appellatur Planeta ratione quidem Eccentrici, cum ab Apogaeo ad Perigaeum defertur. Quod sit cum Coaquata Anomalia Solis

Ascendens
planeta
quis dica-
tur.

Descendens
planeta
quis dica-
tur.

Tabula ostendens motus veros diurnos singulorum Planetarum ad apogæa & perigæa Eccentricorum & Epicyclorum.

		Grad. Min. Sec.			
Motus	☉	Velocissimus in Maxima	1	1	43
		Tardissimus in Minima	1	1	6
	♃	Velocissimus in Maxima	0	56	45
		Tardissimus in Minima	0	57	18
	♄	Velocissimus in Apogæo	15	1	50
		Tardissimus in Perigæo	14	31	31
	♅	Velocissimus in Apogæo	11	37	10
		Tardissimus in Perigæo	12	8	28
	♆	Velocissimus in Apogæo	0	7	72
		Tardissimus in Perigæo	0	8	9
	♇	Velocissimus in Apogæo	0	4	45
		Tardissimus in Perigæo	0	5	13
	♈	Velocissimus in Apogæo	0	12	58
		Tardissimus in Perigæo	0	14	24
	♉	Velocissimus in Apogæo	0	7	36
		Tardissimus in Perigæo	0	7	57
♊	Velocissimus in Apogæo	0	38	21	
	Tardissimus in Perigæo	0	47	2	
♋	Velocissimus in Apogæo	0	24	15	
	Tardissimus in Perigæo	0	17	40	
♌	Velocissimus in Apogæo	1	13		
	Tardissimus in Perigæo	1	16		
♍	Velocissimus in Apogæo	0	38		
	Tardissimus in Perigæo	0	33		
♎	Velocissimus in Apogæo	1	43		
	Tardissimus in Perigæo	1	54		
♏	Velocissimus in Apogæo	0	35		
	Tardissimus in Perigæo	0	57		
		Loco terra proximo	1	5	

Quid

Salis, vel duplicata longitudo Luna, aut Anomalia Eccentri in reliquis quinq; Planetis minor est semicirculo.

Ratione Epicycli verò, cum similiter ab Apogeo ad perigeum Planeta descendit: Quod fieri tum statuitur, cum Anomalia Luna vel commutationis, semicirculum nondum complevit.

Cum autem Anomalia \odot , Duplicata longitudo D , aut Anomalia Eccentri nullum gradum habet, tum planeta in apogeo Eccentri esse statuitur; ut in perigeo censetur, cum \odot Signorum est. Quando enim istis Anomalijs & Duplicata long: D intelliguntur distantia centri Epicyclorum ab apogeo Eccentri; Constat Planetas in Apogeo Eccentri tum consistere, cum illa nihil in gradibus & minutis habent; ut vicissim Perigeum tenent, cum semicirculo removetur. Habet enim Perigeum semper oppositum locum apogei. Sic in apogeo Epicycli planeta collocatur, cum Anomalia Luna vel commutationis nulla est: In Perigeo verò cum \odot Signorum deprehenditur. Ac ne dubium exurgat Astrophilo, quem locum quovis tempore tam in Eccentrico quam Epicyclo teneat quisq; planetarum, quando quoq; directus vel retrogradus sit: in principio Ephemeridum cuiusvis anni, non solum apogea singulorum planetarum annotata habentur, sed & quibus temporibus apogea in suis circulis attingant, quibusq; diebus directi & retrogradi fiant, dilucide exprimitur.

Apogæus
& Perigæus, quando
Planeta dicatur

Motus Planetæ in latitudinem quis sit.

Motus in latitudinem is est, qui à medio Zodiaci, Ecliptica, vel in Septentrionem, vel in Austrum, procedit. Hic motus, cum latitudinem Septentrionalem auget, dicitur Septentrionalis Ascendens: notaturq; in Ephemeridibus literis S & A. Adducit enim in nostris Septentrionalibus regionibus planetam propius ad verticem, altioremq; supra Horizontem efficit, quam est pars Ecliptica ad quam refertur. Cum latitudinem Septentrionalem minuit, dicitur Septentrionalis Descendens: Signaturq; literis S & D. Ex altiori enim & vertici propiori loco planetam ad Eclipticam perducit. Sic cum Australē latitudinem planeta auget, nūcupatur Meridionalis Descendens; notaturq; literis M & D. In tali enim constitutione humiliorem supra Horizontem indies elevationem acquirit, quam est locus Ecliptica ad quem refertur. Cum eandem minuit appellatur Meridionalis Ascendens, exprimiturq; literis M & A. Ex humiliori enim loco planetam ad Eclipticam evehit.

Cadit

Cadit autem hic motus in Lunam solum & quinq; Planetas; quandoquidem Sol sub Ecliptica semper incedit; nec ab ea unquam fertur: Et stellæ fixæ eandemquam semel latitudinem ab Ecliptica nactæ sunt perpetuo retinent, nec unquam variant. Luna enim, cum moveatur in orbe obliquè Ecliptica inflexo, discedit ratione hujus orbis ab Ecliptica nunc in Septentrionem nunc in Austrum. Reliqui verò Planeta, latitudinem acquirunt, alias in Septentrionem, alias in Austrum: quia moventur: in orbibus Eccentricis, vel obliquè Ecliptica inflexis fixo angulo, ut tres superiores H , Z & S ; vel ab Ecliptica recedentibus angulo mobili: Venus quidem in orbe versus Septentrionem: Mercurius in orbe versus Austrum tendente. II in Epicyclis motu inclinationis & reflexionis ab Eccentricorum planis abeuntibus.

CAPVT III.

De calculo veri motus Planetæ in longum, ad quodcunq; propositum tempus & quemvis locum.

MOTUS Planetæ verus in longum est, quo Planeta sub Zodiaci Motus Plano ab occasu versus ortum, vel ab ortu versus occasum, nete in longum quis, secundo nempe vel contra succelsionem signorum super centro terræ movetur, & d. versus subinde positum nanciscitur. Hic motus, ut in omnibus & singulis Planetis, capiteq; Draconis Luna per totum civilem annum, singulosq; ejus cuiusvis mensis dies, sese habeat, in Ephemeridum facie sinistra notari solet. Cum verò Ephemerides singulorum Planetarum motus diversos, ad horam 12 meridiei, in Meridiano ad quem supputatae sunt, & quidem in tempore equali solum exhibeant; nec motus illi, ad tempus usuale seu apparens, aut alium Meridianum prius congruant, quam & Meridianus reductus, & tempus apparens reddidit sit, per præcepta capituli 3 precedentis partis: Nihilq; varius accidat, quam ut tempus meridianum detur; Et vicissim frequentius nihil, quam ut alia hora à meridie proponantur; ad quas loca Planetarum, qua singulis momentis mutantur, cognoscenda sunt. Idcirco quomodo tempore probè equato, & si opus est, propter diversitatem Meridianorum reducto, ad aliam horam horæve scrupulum extra 12 meridiei, locus Planetæ, & d. investigandus sit, monstrabimus. Quando verò absq; cognitione motus diurni investigatio illa commodè fieri non potest: primum qua ratione motus diurnus seu 24 horarum inquiratur, docebimus. Is hac lege invenitur: Ingrederi Ephemerides dati anni atq; mensis: Et è regione diei propositi, quem in sinistra facie Ephemeridum, Ratio inquirendi motum diurnum.

E

sub

Vnde Planeta directus, unde retrogradus iudicetur.

sub nomine mensis, in prima linea numerorum descendendum invenies, accipe verum motum Planeta in gradibus atq; minutis, sub charactere cuiusvis Planeta: Postea accipe & motum eiusdem Planeta verum diei sequentis, huncq; cum priori confer. Quod si numerus hic posterior priori in gradibus & minutis, vel in minutis tantum major fuerit, Planetam directum esse statue: Retrogradum vero si numerus hic posterior priori minor fuerit. Collatione tandem facta, numerum minorem a maiori aufer; Et restabit motus diurnus Planeta.

Exempli gratia: Sit querendus motus verus ☉, ♃ & ♄ diurnus anni 1596, 27 diei Ianuarij. Ingredior igitur Ephemerides ad annum 1596 scriptas; Et sub mense Ianuario ad diem 27 & 28 offendo motus notatos hoc modo:

	☉		♃		♄	
	Gr.	Scr.	Gr.	Scr.	Gr.	Scr.
27	16	31	46	17	06	25
28	17	32	27	29	17	20
	1	0	41	12	17	05

Tam collatione facta, video motum ☉ & ♃ directum esse, ut etiam nunquam sunt retrogradi. Prioris etenim diei numerus minor est numero posterioris. Saturni vero motum retrogradum animadverto, quippe numerus posterioris diei prioris numero minor est. Facta tandem subtractione existit motus diurnus ☉ 1 gr. 0 min. 41 sec. ♃ 12 gr. 17 sec. ♄ 5 min. sicut apparet.

1. De natura Planetarum iuxta & primas qualitates. Ptol. lib. 1. quadr. cap. 4.

Secundo respectu constitutionis nostrae, cum natura nostra consistat in quatuor Elementorum, praedominante tamen calido & humido, & à similibus conserventur similia, à contrariis vero intereant, statuuntur amici & benefici Planetarum, & & ♃. Iupiter tamen, quia in illo calor humido perfecte dominatur, Fortuna maior, Venus vero, ob humidi copiam, Fortuna minor nuncupatur. Luna ob caloris paucitatem humidique exuberantiam parum benefica iudicatur, lumine tamen plena maxime benefica statuitur. & & & exitiales sunt stellae, quando quidem exiccando & frigefaciendo oppugnant vitam nostrae principia. & tamen infortuna maior, & minor dicitur. ☿ & Mercurius ancipitis sunt natura, quod pro occasione nunc maligni nunc benigni fiant. Mercurius enim, cuiuscumque suas adiunxerit vires, eum in actionibus suis roborat & adauget, unde cum bonis bonus, cum malis malus statuitur. Sol vero, quia ceteros Planetas lumine suo impedit, eorumque benefica decreta frustratur, dum sub eius occultantur radijs; tum etiam quod maleficis Planetis junctus, eorum noxias vires fovet, maleficus censerit debet: tamen si quando alicui fortuna per convenientem aspectum copulatus est, maxime omnium beneficus iudicatur.

2. De natura Planetarum iuxta bonitatem & malitiam.

Tertio respectu sexus nostri, alij Planetarum dicuntur masculini, alij foeminini. Nam cum natura nostra differat hoc gemino sexu, masculino & foeminino, apparebit huius differentia causam ab ipsis quoque esse.

3. De Planetarum sexu. Ptol. lib. 1. quadr. cap. 5.

Quan-

Quaquam enim Dei ordinatione hanc sexus discrepantiam & cœpisse & servari fateamur: non tamen cum hinc natura motus definiti sint, dissentaneum est, stellarum viribus, ut instrumentis, in actus suos traduci. Primum verò ipsa duo luminaria sexum videntur dirimere, ut ☉ ad masculinum propter calorem & siccitatem, Luna ad fœmineum sexum propter humiditatem inclinet: Postea ♃, ♄ & ♀ masculina statuuntur natura: ♁ fœminea: ♃ vero utriusq; particeps est, cum nullam habeat propriam naturam, sed perpetuo astipuletur alijs.

V. 244.

4. De aucti-
one & dimi-
nutione viri-
um Planeta-
rum, ratione
situm ad So-
lem & hori-
zontem.

Ptol. ibidem.

Quarto respectu positus ad Solem, atq; respectu Horizontis.
I. Masculescere à Sole dicuntur Planeta, quoties mane ante Solem oriuntur, seu quam diu Sol secundum ordinem signorum in Zodiaco antecedit, ipsi sequuntur. Exempli gratia: Sol est in ♈ vel ♉ Planeta in ♋. Effœminari verò cum post occasum ☉ apparent, ipsiq; in eodem signorum ordine procedunt, Sol sequitur. Veluti Planeta existit in ♏ vel ♏, Sol in ♏ vel ♏. Atque hoc quidem rectè: Nam matutini è Solis radijs emerferunt, vimq; suam, sese ☉ radijs eximendo, potentius exerunt: Vespertini vero humiditatem Luna sequuntur, & in radios ☉ incurrentes debilitantur.

II. Respectu Horizontis; quo circulo quasi termino universa singulorum in nos efficacia quasi concluditur; Masculescere & efficaciores dicuntur quoq; Planeta, quicumq; ab horizonte ortivo vel occiduo deducuntur ad Meridianum. Effœminari verò, quicumq; vel à meridiano supra terram ad horizontem occidentalem, aut etiam à meridiano infra terram ad ortum feruntur.

5. De diurnis & nocturnis Planetis
Ptol. lib. 1. quadr. cap. 6.

Quinto respectu conditionis seu temporis, diurni appellantur Planetae ☉ & ♄. Nocturni ☿ & ♁. Mercurius promiscuus. Iupiter enim propter temperatam naturam, in qua calor dominatur humido, die latatur, eiusq; vis de die potentior est. Venus vero cum ea temperie constat, in qua, ut in noctis qualitate, calor maxime ab humido vincitur, noctis quoq; umbra gaudet. Mercurius utriusq; est natura: Diurnis quidem in matutino exortu, cum Solem antecedit, quando quidem ea regio propter Solis accessum incalescit fitq; aridior, quæ qualitates diei sunt. Nocturnus verò in vespertino occasu, cum Solem sequitur, siquidem vespertina regio ex recessu Solis ab ea fit frigidior, atq; humidior, quæ qualitates noctis sunt.

Malestis

Maleficis neutra hæc tribuitur differentia per se. Cum enim lux diurna ad actiones propter oportunitatem, calore & ætrice vi in nobis vigente nos excitet: Tenebra verò humiditate prædominante ad quietem nos invitent; Et malefici vi sua naturali potius obsistant naturali motui & quieti, quam quod hæc duo promoveant: Idcirco per se quoque malefici, nec diurni nec nocturni, dici possunt, nisi quatenus contraria vi ipsorum temperatur malicia. Hinc Saturno conditio diurna convenit, ad frigus ipsius temperandum; quoniam in mala mixtione semper deteriores qualitates contrarijs emendare convenit, & sic minus noxius erit. Marti verò conditio nocturna ascribitur, ad caliditatem & ariditatem ipsius temperandam.

Sexto respectu collationis ad proprios orbis, Eccentricum & 6 Remotio. Epicyclum, dicantur Planeta non tantum ascendentes & descendentes, res Planeta in apogæo, perigæo, & medijs longitudinibus, tardi, veloces & mediocres minus, pro- cursu, directi, stationales & retrogradi, de quibus differentijs in præ- cipiore magis denci parte Introductionis copiosius egimus. Verum etiam ratione hu- efficacis sunt, jus collationis Vires multum mutant. Omnes enim Planeta juxta Ec- centrici & Epicycli apogæum puriores, meliores & feliciores existunt, quia prima sphaera, quæ est perfectio omnium, proximiores sunt: ta- met si minus robustiores sint. In opposito autem angis non tantum de- teriores, sed & robustiores sunt. Omne enim agens naturale, tantò vali- dius agit, quantò proximius est passò. Sed hoc minime accidit in Luna. Nam cum in opposito Epicycli existit, ubi & velocioris cursus & proximior terra est, non solum robustior, sed & melior & purior est, quoniam na- tura Elementari magis gaudet. Notandum autem in specie, Lunam De effectu configuratio- num D, & Planetarum ad solem. Ptol. lib. 1. cap. 7. qua- driq.

à & a. l quadraturam primam humidam magis esse quam calidam, per- in-le ut corpus recens natum, humidior & puriore constat substantia. A prima verò quadratura ad &, calidam magis quam siccam, propter ab- sumtionem humidi & incrementum caloris. Ab oppositione ad secun- dam quadraturam siccam magis quam frigidam. Et à secunda □ ad &, cap. 7. qua- frigidam magis quam humidam. Sic reliqui Planeta cum Sole existen- tes & radijs ☉ oppressi, quasi extra omnem statum sunt positi, & nullas vires obtinent: Amatutino verò exortu ad stationem primam H, 4 & plurimum humiditatis habent: A statione prima ad oppositionem ☉ cal. faciunt, propter absorptionem humidi & incrementum caloris. Ab

2

opposi-

oppositioe ☉ ad stationem secundam desiccant. A statione secunda ad occasum Heliacum frigefaciunt.

CAPVT II.

De stellarum fixarum proprietatibus.

Stella fixa
agunt iuxta
Planetarum
naturas quas
referunt.
Ptol. lib. 1.
cap. 8. qua-
drip.

2. Pro ma-
gnitudine.

3. Pro lucis
diversitate.

4. Pro situ
seu loco.

Proximum post Planetas locum in agendo & movendo hac inferiora, obtinent stellæ fixæ, quæ octavo ascribuntur orbi. Etsi verò naturæ fixarum peculiaribus differentijs non discernuntur, sed à Planetis denominantur, & juxta Planetarum naturas, quas referunt, agunt, ita ut Saturnina frigefaciant, Ioviales calefaciant & exiccent, Martiales urant, &c. Sciendum tamen operationes stellarum fixarum differre, pro ut ipsæ stellæ differunt: Hinc primum ratione magnitudinis statuuntur majores efficaciores esse, minores imbecilliores.

II. Ratione luminis: Faciunt omnia illustria sive bona sint, sive mala, quæ lucidum habent lumen. Tenebrosa obscuritatem mentis & intellectus, aliorumq; effectuum afferunt: Quæ densum habent lumen efficaciores sunt, quæ rariores debiliores. Sic quæ plurimum scintillant, ut Canicula, magnas conturbationes efficiunt, maria agitant, mentes hominum inquietas reddunt.

III. Ratione loci. Robustissima sunt, quæ in Ecliptica sunt, ut cor-
D. Ha enim omnibus Planetis atq; ipsi Soli junguntur. Proximum his robur habent, quæ intra tertium latitudinis gradum cohibentur: Corpore enim omnibus Planetis, præterquam Soli jungi possunt. Hinc quæ intra tertium & 3 latitudinis gradum constituuntur, ut quibus D cum Marte & Venere copulari potest. Ad extremum quæ intra 5 & 8 gradum latit: existunt. Sic quæ Septentrionalem latitudinem vel etiam declinationem habent, efficaciores nobis, Septentrionalem polum elevatum habentibus, sunt, quam quæ Australem latitudinem vel declinationem habent. Quæ quoq; supra verticem alicujus regionis sunt & verticales dicuntur, plurimum in illa possunt; quæ autem remota sunt, tantò minus possunt, quantò à vertice remotiores sunt. Sic quæ cum aliquo Planeta junctæ sunt in longitudine, aut etiam cum aliquo Planeta oriuntur aut occidunt, aut medium cæli tenent, plurimum possunt, vimque illius Planetæ exhibent, cum quo versantur.

Ceterum

Ceterum cuiusmodi Planeta, an unius vel plurium naturam stella *Vnde stellarū*
 fixa referant, vel ex globis, vel Canonica singularum fixarum descriptione *fixarum na-*
 ne peti poterit, cuiusmodi in tabulis Bergensibus Stadij, ipsoq; capite 8. *tura cogno-*
 lib. 1. Almagesti Ptolomæi continetur. Et nos insigniorum stellarum *scantur.*
 naturas supra à pag. 74 usq; ad 85 adnotavimus. Cognoscitur etiam fi-
 xarum natura ex colore. Rubra enim Martis naturam habent: Plumbea
 ♄: Candida & splendida ♃; Candidissima & splendidissima ♀: Candida
 pallentes & hebetis luminis ☽: Clara, valde splendida & modicè ruben-
 tes ☉: Obscura ♁ & ♀. Nebulosa & maculosa ☿ & ♃ & ♄ & ♁.

CAPVT III.

DE SIGNORVM ZODIACI PROPRIE-
TATIBVS.

Etsi omnis cæli efficacia, & efficacia differentia, illis orbium *Stellis quidē*
 partibus, quæ actu lucent, adscribitur: Consentaneum enim est, *potior effica-*
 omnem efficaciam ab his proficisci, quarum causa sunt motus: *cia tribuitur*
 tamen negare non possumus, esse & aliquam alijs cæli partibus
 proprietatem & vim, quandoquidem vicissitudo temporum id manifestè *Dodecatemo-*
 arguit. Docet autem vicissitudo temporum circulum illum latum, *ria tamen*
 sub quo Planeta perpetuò versantur, qui Zodiacus dicitur, quasi digito *Zodiaci non*
 ostendere plerasq; in inferioribus mutationes, non tantum in tempesta- *etiam planè*
 tibus, sed & genituris. Eum igitur ut nunc in suis partibus & varijs *negligenda*
 distinctionibus perpendamus, opera pretium esse videtur. Initio tamen *sunt.*
 considerandum est, promotas esse stellas fixas à Ptolomæi tempore in lon- *Stella fixe*
 gitudinem Zodiaci ad multos gradus, ut nunc non iisdem sint locis *sedes suas in*
 primi mobilis in quibus tum fuerunt. Cumq; natura stellarum ut & ma- *signis muta-*
 gnitudo non mutetur: eo sane modo de signis primi mobilis iudicandum *runt.*
 erit, ut neutiquam virtus signorum octavi orbis, quæ & constant certis
 stellis & configurationibus negligatur. Ex his enim dispositio cæli evi-
 dentius cognoscitur, & accuratius ac certius de futuris eventibus ju-
 dicium depromitur.

Primum autem ad Zodiacum primi mobilis quod attinet, *vt 4 sunt*
 ejus à Sole peragratio tempus nobis desinit, quod annum appellamus, cu- *partes anni.*
 ius partes, ut 4 sunt, Ver, Aestas, Autumnus & Hyems: Ita in quatuor *Ita 4 sunt*
 quadrantes Zodiacum dirimunt. Ver quidem humidissimum est & non- *Zodiaci qua-*
 nihil *drantes.*

nihil calidum, propterea quod Sol à remotissimo suo à vertice nostro discessu, ad nos per obliquum circulum rediens, omnem illam humiditatem, quæ hyemis frigore erat constricta, resolvat, caloremq; quendam excitare incipiat: Æstas calidissima est & siccissima, quod calor eo tempore intendatur, omnemq; humiditatem dissolvendo absumat. Autumnus siccissimus & frigidus, quod omnis humiditas in æstate absumpta nihil autumno relinquat, & calor ipse discedente à vertice nostro Sole subinde remittatur. Hyems tandem frigidissima & humida est. Quatuor qui inde denominantur quadrantes, ita se habet, ut:

1. Divisio Zodiaci.

Primus Vernus, hæc tria signa, ♈, ♉ & ♊ complectens, sit in qualitatibus, instar Veris, humidus & calidus, in super sanguineus, & ætati puerili conveniens.

Secundus Æstivus, hæc tria signa ♋, ♌ & ♍ continens, sit calidus & siccus, cholericus, juvenili ætati dominans.

Tertius Autumnalis, ♎, ♏ & ♐, comprehendens sit siccus & frigidus melancholicus ac decrescens, virili ætati præsidens.

Quartus Hybernus, ♑, ♒ & ♓ continens, sit frigidus & humidus, phlegmaticus, & senili ætati congruens.

Secundo dividuntur Zodiaci signa duodecim in, Cardinalia seu Mobilia 4, quorū duo ♈ & ♎ æquinoctialia sunt, in quibus dies & nox æquantur, & aer quasi medio modo se habet in calore & frigore: Duo ♊ & ♏, Solstitialia, in quibus Sol reversus facit: In illo descendendo à vertice, ubi aer calidissimus est: in isto ascendendo ad verticem, ubi aer frigidissimus existit.

2. Divisio Zodiaci in signa Cardinalia.

Fixa seu firma similiter quatuor ♄, ♀, ♃ & ♆, in quibus aeris conditio, quam Sol in cardinalibus signis inchoavit, firmior jã evadit, magisq; à nobis sentitur, propter diuturniorem sub tali conditione moram.

Fixa.

Et tandem communia seu bicorporea 4, ♋, ♌, ♍ & ♎, quod media sui parte ad conditionem antecedentium, altera ad sequentium accedant, seu communes antecedentis & sequentis quadrantis anni qualitates obtineant, vel etiam duobus diversis corporibus pingi soleant.

Communia Ptol. lib. 1. cap. 10 quadrup.

3. Divisio in signa ignea.

Terrea.

Aerea.

Aquea.

Tertio dividuntur hæc eadem Zodiaci signa in ignea, terrea, aerea & aquea. Ignea sunt ♈, ♌ & ♍, ob calorem & siccitatem: Terrea ♄, ♃ & ♆, ob frigiditatem & siccitatem: Aerea ♋, ♎ & ♏, ob calorem & humiditatem: Aquea ♉, ♊ & ♑, ob frigiditatem & humiditatem: iuxta versus:

Ignea

*Ignæ sunt Aries, Leo, Chyron: Terrea Taurus,
Virgoq; juncta Capro: Sed polent aere fratres,
Libraq; fusor aquæ: Naturam imitantur aquarum
Et Cancer rutilans & Scorpius, & duo Pisces.*

*Ptol. lib. 1.
cap. 17. qua-
drip.*

Quarto dividuntur signa in masculina seu diurna sex, & fœ-
minina seu nocturna similiter sex: Hoc tamen ordine, ut per ambi-
tum Zodiaci masculino signo semper fœmineum succedat, & diurno noctur-
num. Quia ergo v̄ primum est signum, diurnum erit & masculinum,
quoniam mascula vis posterior est: & fœmineum & nocturnum: II ma-
sculum & diurnum, sicut tabula subiecta ostendit.

*4 Divisio in
signa Mas-
culina & Fœ-
minina.
Ptol. lib. 1.
cap. 11 qua-
drip.*

Tabula diurnorum & nocturnorum signorum.

Masculina Diurna	♃	♄	♅	♆	♇	♈	♉
Fœminina Nocturna	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐

*Sunt autem signa hæc ideo alternatim posita & distincta, quia &
masculi societate fœminarum gaudent: & dies nocti succedit: Ideo
quoq; signum, quod masculum est, diurnum censetur, & è contra quod
simile temperamentum utriusq; sit: Calidum nimirum & siccum, ma-
sculis & diei. Frigidum & humidum, fœminis & nocti.*

Quinto dividuntur signa in Septentrionalia sex, ♃, ♄, ♅, ♆,
♇ & ♈, quod in his planeta constituti nobis viciniores sint: Et Meri-
dionalia sex, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍ & ♎, quod in his Planeta existentes re-
motiores sint, minusq; in sublunarem hanc regionem agant.

*5 Divisio in
signa Septen-
trionalia &
Meridiona-
lia.*

Sexto dividuntur in recta & tortuosa seu longarum ascensio-
num. Recta sunt, quæ in quovis sphaera positæ rectè seu tardè ascen-
dunt. Veluti in nostra obliquitate signa medietatis descendens ♆, ♅, ♄,
♃, ♊ & ♋.

*6 Divisio in
Recta & tor-
tuosa.*

Tortuosa seu brevium ascensionum, quæ in quavis sphaera habet
tudine oblique seu velociter ascendunt. Vt in nostra Septentrionali ob-
liquitate signa medietatis ascendens ♌, ♍, ♎, ♏, ♐ & ♑.

Septimo dividuntur in humana & bruta. Humana statuuntur
♄, ♅, ♆, anterior pars ♇ & ♈: Vel quod in pingendo representent hu-
manam figuram: vel quod affectus bonos & moderatos, quales sunt so-
ciabilitas, mansuetudo, hospitalitas & civilis consuetudo, humanis corpo-
ribus imprimant. Bruta autem sunt, quæ nomina ferarum habent, ut
♃, ♄, ♅, ♆ & posterior pars ♇. Hæc enim inhospitalitatem, immani-
tatem, insolentiam & rapacitatem designant.

*7 Divisio in
Humana &
Bruta.*

8 Divisio. Octavo dividuntur in habentia vocem, cuiusmodi sunt $\gamma, \delta, \Pi, \Omega, \text{♄}, \text{♃}, \text{♂}, \text{♁}$. Et voce carentia ut sunt $\text{♅}, \text{♆}$ & ♁ .

9 Divisio. Nono in fecunda seu multorum liberorum, ut sunt signa trigoni aquei $\text{♁}, \text{♂}, \text{♁}$. Paucam prolem habentia, ut sunt $\gamma, \delta, \text{♄}, \text{♃}, \text{♂}$ & ♁ : Et sterilia, ut sunt Π, Ω & ♁ .

10 Divisio. Decimo in signa eximia pulcritudinis, ut sunt $\Pi, \text{♄}, \text{♁}$ & prior pars ♃ : Mediocris pulcritudinis, ut sunt $\text{♁}, \text{♂}, \text{♁}$. Et deformia, ut sunt $\gamma, \delta, \text{♅}, \Omega$, & posterior pars ♃ .

11 Divisio. Undecimo in signa feliciū ingeniorum: ut sunt $\Pi, \text{♁}, \text{♄}, \text{♂}$ & ♁ . Quicquid enim fuit unquam præstantium ingeniorum, habuerunt suos positus in his signis. Præcipua tamen inter illa omnia sunt, quæ ad naturæ inquisitionem & considerationē faciunt, & ingenia Philosophica efficiunt ♂ & ♁ . in his enim Mercurius optime collocatur: Hoc verò interest, quod ♂ magis contentiosa & mendacia efficiat, ♁ placatiora & mitiora. $\Pi, \text{♁}$ & ♄ eloquentiam designant.

12 Divisio in coniuncta & disiuncta. Duodecimo dividuntur in convenientia & pugnantia, quæ varijs ex causis oriri solet: Primo quidem respectu figura, qua sese in vicem respiciunt radio aliquo; vel opposito, cum radij ex oppositis cæli locis congregantes in centro concurrunt. Vel trigono, cum linea aspectus est latus triquetra figura circulo inscripta: vel quadrato, cum sese intuentur sub latere quadrati, quæ tamen dicuntur odiose sese intuentia: Unde & inimica & mala sunt: Vel hexagono, cum recta aspectus, est latus sexangula figura. Diffundit enim omne illuminans punctum, ut Optici docent, lucem suam instar hemisphæri: Proinde ut radij in partes cæli secundum ordinem signorum diriguntur, qui sinistri sunt, Astronomis vertentibus faciem ad Austrum: Sic alij contra ordinem signorum proyiciuntur, qui dextri appellantur. Definiuntur verò hæ radiationes non tantum à puncto ad punctum, seu à gradu ad gradum: Verum etiam è $\omega\lambda\acute{\alpha}\tau\epsilon\iota$ à signo in signum: Suntq; \square & ♁ radius infelices: Δ & $*$ felices: ♁ est indifferens. Atq; hæc quidem quæ sese aliquo radio intuentur signa, intuentia seu conjuncta appellantur. Inconjuncta verò sunt, quæ nullo dictorum modorum inter se conveniunt: unde & aliena & aversa dicuntur, quia nullam inter se familiaritatem habent, Veluti γ & δ , γ & ♁ : &c.

Deinde

Deinde respectu situs ad puncta Cardinalia, bifariam di-
 duntur signa: Primo quidem in imperantia & obedientia. Nam licet
 signa ab alterutro equinoctiali puncto equaliter distantia, & eodem
 temporis spacio supra horizontem ascendant, & parallelos equales Sol
 in ijs describat; quia tamen Sol dum in Septentrionalibus signis versatur,
 qua sunt ab γ ad π , caloris vim & lucis copiam maiorem in hac infe-
 riora diffundit, appellantur haec 6 signa Septentrionalia Imperantia:
 Quae in altera sunt medietate π ad γ , ob contrarias causas, obedien-
 tia appellantur.

13 Divisio
 in imperan-
 tia & Obe-
 dientia.
 Ptol. lib. 1.
 cap. 13. qua-
 drip.

Veluti γ imperat, cui obediunt α : Et δ imperat, cui obedit π &c: sicut tabula
 adiecta ostendit:

Signa Imperantia	γ	Od	δ	π	π	Od	α	μ
Signa Obedientia	α	Od	π	δ	δ	Od	μ	π

Signa tamen \square radiatione sese intuentia, odiose imperantia & obe-
 dientia dicuntur: ut δ & π , α & μ .

Secundo in Antiscia seu aequipollentia. Signa enim quae ab uno
 vel utroq; Tropico puncto equali distant spacio, caloris vim & lucis co-
 piam aequalem habent, & ideo equalis potentia statuuntur: Sol quoq;
 per ea currens dies diebus, noctes noctibus, & horas horis aequales effi-
 cit: unde recte aequipollentia & sese intuentia dicuntur, siquidem eti-
 am in iisdem partibus horis orientur & occidunt, ut patet ex sub-
 iecta tabula.

14 Divisio
 in Antiscia.
 Ptol. lib. 1.
 cap. 14. qua-
 drip.

Signa recta, & directe ascendentia.

Signa antiscia	π	Od	α	μ	μ	Od	π	δ
seu aequipollentia	μ	Od	π	α	α	Od	μ	δ

Signa tortuosa & oblique ascendentia.

Signa tamen, quod quoq; observandum hoc loco, radio quadrato se-
 se ferentia odiose sese intuentia dicuntur, ut α & δ , μ & π , unde &
 inimica & mala sunt. Caterum non solum integra signa, verum etiam
 singula signorum partes, quae equaliter a punctis Tropicis removentur,
 sese mutuo intuentes, equalisq; potentia sunt. itaq; cum principium
 π & finis μ , principium δ & finis α equali distantia a Tropicis rece-
 dant, manifestum erit, quod prima partes cum extremis, & media cum
 medijs signorum sese intuentium partibus conveniant.

DE FAMILIARITATE ET DIGNITATE

Planetarum in 12 signiferi locis.

ADhuc qua & stellarum per se, & locorum Zodiaci inter se, proprietates sint, consideravimus: nunc facta mutua inter stellas & signa Zodiaci collatione, videndum nobis est, quas dignitates vel debilitates Planeta, in hoc vel alio Zodiaci loco constituti, consequantur, cum propter familiaritatem cum signo, tum propter istius signi qualitates consentientes vel dissidentes cum Planeta. Numerantur autem apud Ptolemaeum capitibus posterioribus libri I Quadripart. septem genera dignitatum, quas essentialis, ἐγγυείας & τοκοσμικόν, hoc est efficacias respectu mundi, appellat, quarum prima vocatur *Domus*.

Prima dignitas est domus. Ptol. lib. I. cap. 16. quadripart.

Est autem *Domus* signum Zodiaci principalius, præ reliquis signis omnibus, qualitatum convenientia naturæ Planetæ maxime cognatum, cuius Planeta οἰκοδεσπότης dicitur: In quarum assignatione ante omnia numerus & signorum & Planetarum considerandus est. Quia enim signa sunt 12, Planeta vero 7 tantum, necesse est quibusdam Planetis plura signa, in quibus domicilia habeant, tribui, ne signum aliquod absq̃ tali dignitate supersit. Sapiens igitur antiquitas cuiusvis luminarium unum tantum signum, & reliquis quinq̃ Planetis semper bina signa attribuit, hoc consilio: ut cum luminarium vis in qualibet genesi sit maxima, unico tantum in signo quodvis luminare dominaretur, ne pluribus ea vis imperijs distincta dissiparetur & languidior redderetur. Præterea luminaria quoq̃, ratione positus, vel supra vel infra horizontem naturam suam non mutant. Sol enim sive supra sive infra horizontem existat, semper diurnus & masculinus Planeta existit. Soli ergo domicilium in igneo masculino & diurno tantum attribuitur. Luna quoq̃, semper feminina & nocturna est, sive supra sive infra horizontem constituatur: unde merito hospitium suum in signo feminino & nocturno tantum habet. Reliqui autem quinq̃ Planeta naturam suam pro positu supra vel infra horizontem subinde mutant, ut sub terra versantes, quam vis sint masculini ac diurni per se, reddantur tamen feminini & nocturni; & supra terram masculifcant, licet aliàs feminini sint per se. Atq̃, ideo quoq̃, singuli bina sunt hospitia sortiti.

titi.

titi, unum in masculino ac diurno, alterum in feminino & nocturno, ut quilibet eorum mutata pro ratione positus in mundo natura, signo tamen natura sua conveniente non destituatur.

Ordo verò & series domorum sic sese habet: Duorum luminarium cum vis sit maxima, talia quoque signa ipsis erunt tribuenda, ex quibus summum calorem & summam vim caelestium sentimus. Sunt autem ea ☉ & ♀. Ergo haec duo luminaribus assignanda erunt. Soli quidem ♀ ascribitur, cum sit signum masculinum diurnum & ignea natura, qualitatibus suarum stellarum virtutem ☉ quasi extimulans, & in actum magis provocans. Luna autem ☾ tribuitur. Est enim signum femininum & nocturnum, naturam frigidam & humidam, Luna natura apprimè convenientem habens. Et hoc ideo quoque, quia ut Luna terra proxima est, sic ipse quoque ☽ Vertici nostro maxime appropinquat: Hinc fit, ut medietas quae à ♀ ad ☽ est, natura Solari maxime conveniat: quae verò ab ☽ ad ☾ extenditur, Lunari ascribatur natura.

Reliqua quae supersunt signa, ceteris accommodantur Planetis, eo ordine, quem Planetae in caelo tenent. Etenim Mercurio; cum semper Soli sit proximus, ita ut ultra 27 gradum à Sole non discedat, ejusque sphaera Lunam proxime ambiat; signa utrinque Luminarium domicilia contingentia ♀ & ☽ pro domibus competunt. Inde domicilia Veneris subsequuntur ☿ & ♃: Quia cum sit fortuna minor, & luminaribus amica, merito haec signa luminarium domos sexangulari radio benigno intuentia ipsi ascribuntur. Accedit quod ambo signa mediocriter fecunda sint, & fecunditatem Veneris adaugeant. Venerem excipit Mars. Ideoque & ipsi hospitium praebent proxima signa domicilijs Veneris, ♃ & ♄. Cum enim ob siccitatem & caliditatem nimiam generationi rerum adversetur, & ideo malignus Planeta censeatur, atque infortuna minoris appellatione notetur, conveniebat cum imperium etiam in signis radio hostili quadrato luminarium domos intuentibus exercere. Mar- tem sequitur Iupiter, fortuna major, luminariumque amicissimus, cui data sunt signa ♃ & ♄, quae ceteris sunt fecundiora, ut quae luminarium domos trigona radiatione omnium optima aspiciunt.

Postremo remanet ☾ infortuna major, qui cum proprium orbem omnibus remotiorem habeat, sitque luminarium inimicissimus, ob id ☾ & ☽, signa malefica & frigidissima, luminarium domibus exacte op-

Leo domus est

☉.

Cancer do-
mus ☽.♀, ☽ do-
mus ♀.☿, ♃ do-
mus ♀.♃, ♄ domus
♂.♃, ♄ domus
♂.☾, ☽ domus
♂.

posita, eademq; radio maxime hostili ac pernicioso opposito affligentia, & a vertice nostro maxime remota ei conveniunt; sicut tabula adjecta compendio quodam haecenus proposita exhibens, docet.

Tabula domorum

Prima debilitas Planetarum dicitur Exilium.

Porro ut singuli Planeta sua domicilia, ita contraria ratione in signis domibus exacte oppositis, sua quoq; exilia & detrimenta habent. Pugnant enim signa opposita altera semper qualitate inter se, ac radio maxime infausto, opposito, se intuentur & ledunt. Quando igitur Planeta signa proprijs domicilijs exacte opposita occupant, eum & vires eorum dissipatae, & contrarijs signorum qualitatibus labefactate censentur, ut apparet ex adjecta tabula.

Medicinas Lunaris.
Medicinas Solaris.



Tabula exiliorum Planetarum.

♋	♌	♍	♎	♏	☾	☉
♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
♇	♆	♅	♄	♃	♋	♌

Secunda

Secunda Planetarum dignitas appellatur altitudo seu exaltatio, Græcis ὑψωμα: Quæ voce Astrologi non altiorem Planetæ à terra, vel alio quovis puncto distantiam, in suo deferente aut Epicyclo intelligunt; sed signum tantummodo Zodiaci, in quo constitutus Planetæ insignem virium suarum exaltationem seu incrementum acquirit, atq; ideo evidentiore mutationem in aere, alijsq; rebus inferioribus, cum natura sua & qualitatibus suis congruentem, ciet & excitat. Veluti ☉ exaltatur in ♋, quia cum tale signum ingreditur, in semicirculum Borealem exurgens, virtutem, qua in subjectam elementarem regionem ac animantium corpora agit, vehementer intendit, lucisq; diurnæ sensibile incrementum efficit. Quantum autem virtutis cognata signi alicuius qualitas Planetis adijcit, tantum proprii roboris ipsdem oppositorum signorum contraria constitutio adimit, ut antea dictum est. Planetæ itaq; in signo exaltationi suæ opposito constitutus, dejectus esse, seu in casu suo versari dicitur. Hinc cum Sol in ♋ exaltetur, cadet in ♎ opposito signo. Namq; certum est, Solem, Libra signum ingredientem, in medietatem Zodiaci meridionalem abduci, caloremq; & lucem unâ nobis subtrahere & imminuere. Soli maximè oppositus est Saturnus. Hinc in eo exaltabitur loco, ubi Solis potentia deijcitur. Consentaneum enim est, ibi vim perniciosam & interimentem incipere, ubi vivifica potentia diminuitur. In ♎ igitur altitudinem Saturnus; In ♋ verò dejectionem seu casum habebit.

Luna Tauri signum succedens competit, cum Solem in potentia sequatur, & post Solem secundum in generatione obtineat locum, ac præterea quoq; post conjunctionem cum Sole, qua fit in ♋, exaltationis Solis signo, primo in ♌ appareat & conspiciatur. Ut autem ☽ in ♌ exaltatur, sic in ♍ deijcitur.

Iovis vis maxime fit conspicua, cum altissimè in Septentrionem attollitur. Tum enim & venti Septentrionales, qui sæcundi sunt, excitantur. Quia vero nusquam propius ad Septentrionem accedit, quam in ♄: Ideoq; ♄ & ♄ signum exaltationis Iovis erit: Dejectionis verò oppositum ♋.

Martis quoq; potentia deprehenditur esse maxima in dejectione Iovis, hoc est in ♋: Quare in ♋ exaltabitur. Quo enim in loco benefica vis Iovis evehitur, in ejus opposito maleficâ & vim attolli consentaneum est, & ubi hæc deijcitur, illa evehitur. Hinc dejectionis ♄ signum erit ♋.

Venus

Secunda dignitas Planetarum exaltatio.

Secunda Planetarum debilitas casus.

Venus humiditate potens, ibi exaltatur, ubi humiditates primo incipiunt moveri, ut paululum ante initium Veris, cum Sol ♃ occupat. Quare ut in ♃ suam habet altitudinem ♀, ita in opposito signo ♄ deijcitur. Contra Mercurius Veneri quasi oppositis, & aridior stella, circa initium autumnii, cum omnia humoris inopia exarescunt, in ♄ exaltationem habet, quod signum ambiguae est natura. Intercedit enim inter calidissimum & frigidissimum tempus: Et sic ambiguo Planetae maxime convenit. In ♃ autem ♄ deijcitur, sicut tabula haecenus proposito ἐπισημασμένη comprehendens, ostendit.

Tabula exaltationum & dejectionum.

Exaltatio	☉ ♃ ♄ ♁	♁ ♃ ♄ ♁	♁ ♃ ♄ ♁
Signa	♃ ♄ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁	♁ ♃ ♄ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁	♁ ♃ ♄ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁
Dejectio	♃	♄ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁	♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁ ♁

Tertia Planetarum dignitas.

Ptol. lib. 1. quad. cap. 17.

Ignei trigoni trigonocratores. ☉, ♁.

Terrei trigoni trigonocratores ♀ & ♃.

Tertia Planetarum dignitas triangularitas seu triplicitas dicitur: Estque constitutio Planetæ Politica, in aliquo trigonorum suæ naturæ & qualitatibus conveniente, Dignitatem hanc Planetæ acquirunt, non qua unius tantum vel duorum signorum sunt domini, sed qua in tria loca trigonum constituentia jus exercent. Ut enim trigonus lateribus suis totum subtendit circulum, sic Planetæ horum causa communes acquirunt vires in regiones & loca plura. Tria autem assumuntur signa equalibus spaciis distita, ad efformandam triplicitatem, quorum unum cardinale, alterum firmum, tertium bicorporeum est, sed omnia tamen ejusdem sunt natura, & similibus parent dominis. Quatuor itaque erunt ex duodecim locis Zodiaci: Ac potior semper dignitas in quovis trigono est illius Planetæ, qui fixi signi dominus est. Hinc cum primus trigonus, signa masculina ♃, ♄ & ♁ continens, igneus sit, erunt trigonocratores seu imperatores triplicitatis, Sol quidem interdiu, ♁ de nocte: Mars licet Arieti dominetur, propter adversam tamen & maleficam naturam exclusus est ab imperio, prevalentibus beneficis. Venti huic triangulo ascribuntur ab Arabibus quidem Orientales: sed rectius ex sententia Ptolomæi, propter dominium Iovis Septentrionales, quibus admiscuntur Occidentales, propter Martis domum.

Secundus trigonus terreus est, cuius signa feminina ♀, ♄ & ♃ trigonocratores habent, Venerem interdiu, Lunam de nocte. Venti huic trigono ab Arabibus quidem Meridionales tantum tribuuntur, sed melius

lius

lius Ptolomæus Ventos assignat huic trigono Meridionales, mixtos Orientales. Meridionales quidem ob Venerem, quæ dominatur ζ : Orientales autem ob H , qui in locum D succedens, cum ipsa propter generalem significationem, sicut Sol, nullum specialem ventum habeat, ventos orientales ciet, ad naturam malignam temperandam.

Tertius trigonus aereus est, cuius signa masculina II , ♄ & ♃ , triplicitatis dominos habet Saturnum de die, ζ de nocte. Venti huic trigono juxta Arabes Occidentales quidem conveniunt, sed rectius juxta Ptolomæum Orientales ob H , qui in hoc trigono potens est: Septentrionales tamen his accedunt ob Iovem, qui conditionis causa Saturno conciliatur, cum ♃ Veneri pessime conveniat cum H , & Mercurius Ventos proprios non habeat, & ♃ ob detrimentum in ♄ Saturno jungi non possit.

Aerei trigoni trigono cratores sunt H & ζ .

Quartus trigonus aqueus est, cuius signa feminina ♁ , m & ♁ trigono cratorem habent Martem, qui sibi adjungit, Venerem de die, Lunam de nocte. Venti huic trigono juxta Arabes Septentrionales competunt; At melius ex sententia Ptolomæi occidentales propter Martem & Australes propter Veneris conversationem in diurna administratione.

Quarta dignitas terminorum seu finium est, quæ quinq; Planetis ascribitur, quatenus potentiam habent certo tempore & spacio definitam, ultra cujus spacij terminos ipsa quasi desinit, non aliter ac qui magistratus pro tempore gerunt: Græci hanc dignitatem appellant ὄργη Ac Dominos finium vocant κυρίαρχοι , vel ὄνηπατορας .

Aquei trigoni trigono cratores sunt ♁ , ♀ & ♁ .

Sunt igitur termini seu fines Planetarum nihil aliud, quam certi ac limitati in signis gradus, in quibus Planetæ certis de causis prærogativam quandam habent, ac fortiores existunt. Etsi vero de ordine finium inter autores dissensio est, dum pleriq; Aegyptios sequuntur, qui ut Ptol. monet, neq; justum ordinem, neq; rectam consequentiam numerorum, in circumscriptione finium servant, dum priores partes signorum, nunc domiciliorum, nunc triangulorum, nonnunquam etiam altitudinum dominis ascribunt, & ex ascensionum ratione, quæ parum assignationem numerorum juvat, consequentiam numerorum petunt, sicut haud obscurum esse potest consideranti hosce fines Aegyptiorum ex subiecta tabula: Cuius sinistra pars monstrat, quot gradus qui vis planta in quovis signo sibi vendicet: Dextra vero quousque in quovis signo qui vis Planetarum terminos sui domini extendat.

Quarta Planetarum dignitas Terminum seu fines. Ptol. lib. i. quad. cap. 19.

Tabula

TERTIA PARS
Tabula finium Ægyptiorum.

Υ	♄ 6	♀ 6	♁ 8	♂ 5	♃ 5		♄ 6	♀ 12	♁ 20	♂ 25	♃ 30
♁	♀ 8	♁ 6	♄ 8	♃ 5	♂ 3		♀ 8	♁ 14	♄ 22	♃ 27	♂ 30
♂	♁ 6	♄ 6	♀ 5	♂ 7	♃ 6		♁ 6	♄ 12	♀ 17	♂ 24	♃ 30
♃	♂ 7	♀ 6	♁ 6	♄ 7	♃ 4		♂ 7	♀ 13	♁ 19	♄ 26	♃ 30
♄	♄ 6	♀ 5	♃ 7	♁ 6	♂ 6		♄ 6	♀ 11	♃ 18	♁ 24	♂ 30
♁	♁ 7	♀ 10	♄ 4	♂ 7	♃ 2		♁ 7	♀ 17	♄ 21	♂ 28	♃ 30
♂	♃ 6	♁ 8	♄ 7	♀ 7	♂ 2		♃ 6	♁ 14	♄ 21	♀ 28	♂ 30
♃	♂ 7	♀ 4	♁ 8	♄ 5	♃ 6		♂ 7	♀ 11	♁ 19	♄ 24	♃ 30
♄	♄ 12	♀ 5	♁ 4	♃ 5	♂ 4		♄ 12	♀ 17	♁ 21	♃ 26	♂ 30
♁	♁ 7	♄ 7	♀ 7	♃ 4	♂ 5		♁ 7	♄ 14	♀ 21	♃ 25	♂ 30
♂	♁ 7	♀ 6	♄ 7	♂ 5	♃ 5		♁ 7	♀ 13	♄ 20	♂ 25	♃ 30
♃	♀ 12	♄ 4	♁ 3	♂ 9	♃ 2		♀ 12	♄ 16	♁ 19	♂ 28	♃ 30

Nonnulli Ptolomæum sequendum esse statuunt, qui finium distributionem illam approbat, quam ex antiquo quodam libro invenit, rationiq; magis consentaneam esse censet Ægyptiaca. Iudicamus tamen minus nos aberrare posse, si Ptolomæum sequamur. Astrologorum omnium Coriphæum, cuius finium ratio sic sese habet. Cum potentes sint Planeta triplici nomine, Domicilij, Altitudinis & Triplicitatis, sanè in quo signo fuerit Planeta duobus nominibus potens, quamvis sit maleficæ naturæ, in eo principem sibi locum vendicabit, & fines reget. Quod si vero malefici duplici nomine non fuerint potentes, in ultimas signi partes relegabuntur: Excipiuntur tamen ♃ & ♁, domicilia luminarium: Quæ luminaria, quia suos fines per integra sex signa seu semicirculum sortiuntur, ut supra in prima dignitate, quæ domus dicitur, monuimus, initia horum signorum maleficis dedicantur, propter hanc causam, quod in initio ♃, quod signum frigidissimum & humidissimum est, & Lunæ tribuitur, Martis calor ac siccitas temperetur, atq; ideo in eo ♄ gaudere videatur. Plurimum enim potest ibi Mars, ubi maximam temperiem acquirit. Eadem ratione Saturno tribuitur primus terminus in ♁, quandoquidem eius frigus, tum à calore Solis, tum à calore signi mitigatur, atq; hæc boni causa. Nocendi autem vis major in iisdem locis efficitur. Frigus enim ♃ in initio ♁, & ♄ caliditas in initio ♃ multum augentur.

Distri-

Distribuantur verò gradus signi inter singulos hoc modo, ut semper *Quot gradus*
 beneficis 7 partes, Mercurio 6, Maleficis 5 tribuantur. *Quod si tamen* quilibet Pla-
 Planeta in illo signo duplicem non habeat potestatem, sed in uno se-
 quentium duorum, tum ratione hujus duplicis potestatis, pars una ady-
 citur, supra justum numerum, quem alioqui haberet, & ei detrahatur, *determina-*
 qui vel simplicem habet potestatem, vel in motu est tardior, sicut sunt *tione finium*
 H & Z. Praefertur vero exaltatio triplicitati, & triplicitas domi-
 silio, sicut patet ex subjecta tabula, qua finium distinctionem, quam *sibi regulari-*
 nos approbamus, continet. *ter vendices.*

Tabula finium Ptolemaica.

Υ	Ζ 6	♀ 8	♁ 7	♂ 5	♃ 4	Ζ 6	♀ 14	♁ 21	♂ 26	♃ 30
♁	♀ 8	♁ 7	Ζ 7	♃ 4	♂ 4	♀ 8	♁ 15	Ζ 22	♃ 26	♂ 30
♂	♁ 7	Ζ 7	♀ 7	♃ 4	♂ 5	♁ 7	Ζ 14	♀ 21	♃ 25	♂ 30
♃	♂ 6	Ζ 7	♁ 7	♀ 7	♃ 3	♂ 6	Ζ 13	♁ 20	♀ 27	♃ 30
♂	♃ 6	♁ 7	♀ 6	Ζ 6	♂ 5	♃ 6	♀ 13	♁ 19	Ζ 25	♂ 30
♁	♁ 7	♀ 6	Ζ 5	♃ 6	♂ 6	♁ 7	♀ 13	Ζ 18	♃ 24	♂ 30
♂	♃ 6	♀ 5	Ζ 8	♁ 5	♂ 6	♃ 6	♀ 11	Ζ 19	♀ 24	♂ 30
♁	♂ 6	Ζ 8	♀ 7	♀ 6	♃ 3	♂ 6	Ζ 14	♀ 21	♀ 27	♃ 30
♂	Ζ 8	♀ 6	♀ 5	♃ 6	♂ 5	Ζ 8	♀ 14	♀ 19	♃ 25	♂ 30
♃	♀ 6	♀ 6	Ζ 7	♂ 6	♃ 5	♀ 6	♀ 12	Ζ 19	♂ 25	♃ 30
♁	♃ 6	♀ 6	♀ 8	Ζ 5	♂ 5	♃ 6	♀ 12	♀ 20	Ζ 25	♂ 30
♂	♀ 8	Ζ 6	♀ 6	♂ 6	♃ 4	♀ 8	Ζ 14	♀ 20	♂ 26	♃ 30

Porro ut conspiciatur, quo jure singulis Planetis tam lati vel angusti fines sint ascripti, unico rem exemplo declarabimus, & ex paulo ante propositis regulis simili modo alia poterunt determinari.

Veluti in ♃ duplicem habet dignitatem ♃. Exaltatur enim in ♃ & trigonocra-
 tor est eius signi: unde primos fines sibi vendicabit ♃. Licet vero ipsi, ut malefico, tantum
 debeantur 5 gradus: quia tamen magnam dignitatem in ♃ habet, adyiciendus adhuc
 erit unus gradus, ut habeat 6. Veneri quia in ♃ domum habet, secundi merito fines
 tribuuntur, ac licet ei, ut benefico, 7 partes debeantur: Est tamen una detracta, pro-
 pter inimicitiam potentis ♃. Iupiter tertios fines regit, quandoquidē in tertio signo ♃,
 & trigono & domo potens est. Dantur autem ei 8 partes his de causis, cum alias 7 tan-
 tum ei conveniant: Atq; illa quidem 8 pars Mercurio detrahatur, ut tantum remane-
 ant 5, cum ♃ alias 6 exigat.

Plinius

Ultimum tandem locum ♀ ut maleficus obtinet, & 6 ipsi assignantur gradus, cum 5 tantum aliās habeat; quandoquidem in sequenti signo m & domum & trigonum habet, ac ea quidem pars, quæ adijcitur, detracta est Veneri, quæ simplicem in hoc signo dignitatem habet, ut 5 tantum relinquatur Veneri.

Ceteram ut appareat in quibus nam gradibus Aegyptiaca ratio ab hac Ptolomaica differat, & de quibus Zodiaci gradibus dubitetur in assignatione finium, tabulam hanc continentem gradus dubitationum suojungere placuit.

Tabula finium ostendens dubitationum in singulis
lignis gradus.

Υ	Ζ 6	♀ 12	Dub. 14	♁ 20	Dub. 21	♂ 25	Dub. 26	♄ 30	
♁	♀ 8	♁ 14	Dub. 15	Ζ 22	♄ 26	Dub. 27	♂ 30		
♄	♁ 6	Dub. 7	Ζ 12	Dub. 14	♀ 17	Dub. 24	♄ 25	Dub. 30	
♄	♂ 6	Dub. 13	♁ 19	Dub. 27	♄ 30				
♁	Dub. 25	♂ 30							
♄	♁ 7	♀ 13	Dub. 17	Ζ 18	Dub. 24	♂ 28	Dub. 30		
♄	♄ 6	Dub. 14	Ζ 19	Dubit. 28	♂ 30				
♄	♂ 6	Dub. 27	♄ 30						
♄	Ζ 8	Dub. 12	♀ 14	Dub. 17	♁ 19	Dub. 21	♄ 24	Dub. 26	♂ 30
♄	Dub. 12	Ζ 14	Dubit. 30						
♄	Dub. 6	♀ 7	Dub. 12	♀ 13	Dub. 30				
♄	♀ 8	Dub. 12	Ζ 14	Dub. 16	♁ 19	Dub. 20	♂ 26	Dub. 28	♄ 30

Quinta Plan-
etarum di-
gnitas Car-
pentum.
Ptol. lib. 1.
cap. 20. qua-
drup.

Quinta dignitas Planetarum omnium nobilissima, composita est ex alijs simplicibus, quæ hæcenus declaratae sunt, & vocatur Carpentum, Thronus seu Regium solium. Tunc n. Carpentum inveni, seu regium solium occupare Planeta dicitur cum signum tenet duabus aut pluribus societatis dignitatibus Planeta cognatum. Actum quidem in omni suo gaudio collocatus, summam habet potentiam atq; operandi facultatem.

Velut ♀ in ♁ & domo & trigono potens: Item in ♁ exaltatione & trigono elevata istis signis ut regio curru utitur. In ♄ Mercurius domum & triangularitatem & in ♄ domum & exaltationem habet: Ideoq; regio solio in istis signis insidet. In ♄ Saturnus & exaltatur & trigonocrator est, ut & in ♄, & domo & trigono evehitur. Unde Carpentum in hu signis habet. In ♄ Mars omnes habet dignitates: Ergo in eo signo regio

regio tarru vehitur. In ♃ Iupiter & domo & trigono valet: unde ♃ carpentum est Iovis. Reliqua 4 signa ♋ ♌ ♍ & ♎ carpenti dignitate carent.

Sexta dignitas Planetarum facies appellatur: Qua iisdem accidit, cum personas suas gerere aut sustinere, & facie ad faciem luminaria intueri dicuntur: Ptolomeus ἰδὶο ἡρόσωπον, Arabes Almugea vocant. Estq; hæc dignitas nihil aliud, quam certa quædam collatio situs Planetarum, ad situm luminarium Solis nempe & Lunæ, qua cum Sole & Luna eo modo configurantur, quo domus ipsorum cum luminarium domibus, ita tamen ut ad Solem occidentales, ad Lunam verò Orientales sint. Hinc in Almugea ☉ Planeta esse dicitur, cum à Sole ad Planetam tot numerantur s. s. signa, quot inter ♄ domicilium ☉, & domicilium istius Planeta proximum continentur. Veluti inter ♄ & ♋ proximum ♋ domicilium, signa sunt 5; Saturnus igitur distans à Sole signis 5 secundum s. s. dicitur esse in Almugea ☉: Et sic de cæteris Planetis iudicandum, ut subiecta tabula ostendit.

Sexta Planetarum dignitas Facies. Ptol. lib. 1. quadr. c. 20.

Cum à signo ☉ exclusive fuerit secundū s. s.	} Saturnus } Iupiter } Mars } Venus } Mercurius	} signis	} 5 } 4 } 3 } 2 } 1	} Tunc in Almugea Solis existere dicitur Planeta.
--	---	----------	---------------------------------	---

In almugea verò ☽ Planeta esse dicitur, quando à ☽ loco contra successonem signorum tot signis abest, quot inter ☽ domum ☽, & domum Planeta proximam intercipiuntur. Veluti Iovis domus proxima à ☽ procedendo contra successonem signorum est signum ♋, quod à ☽ abest 4 signis. Hinc cum Iupiter 4 signis abest à ☽, contra s. s. dicitur esse in Almugea ☽. Eodem modo de cæteris Planetis iudicandum est, ut apparet ex adjuncta tabula:

Cum à signo ☽ exclusive fuerit contra s. s.	} Saturnus } Iupiter } Mars } Venus } Mercurius	} signis	} 5 } 4 } 3 } 2 } 1	} Tunc in almugea Lunæ constitutus esse dicitur.
---	---	----------	---------------------------------	--

Septima Planetarum dignitas est, qua singuli Planeta, incipiendo à Marte, domino ♋ primi signi, & descendendo juxta ordinem, redeundoq; absoluta numeratione ad supremum, Saturnum, denis signorum gradibus præsumt; Et inde decuriones vel decani, item facies signorum vocantur.

Hali parte 1. cap. 3. de iudicijs astrorum.

R

Est

Est autem prima decuria seu prima facies 10 graduum \vee , significans audaciam, sublimitatem & inverecundiam, Martis.

Secunda, nobilitatis, eminentiae & dominij, Solis.

Tertia, subtilitatis in opere, mansuetudinis, gaudij & ludorum, Veneris.

Prima δ , notans arandi, seminandi, adificandi & terram metiendi studium, Mercurij.

Secunda, potentia, nobilitatis, dignitatis & depopulandi villas & agros, Luna.

Tertia miseria, servitutis, feritatis & Vilitatis Saturni.

Prima Geminorum, scribendi, numerandi, dandi & accipiendi, sapientia & legationum, Iovis.

Secunda laborum & inquirendi res cum labore, Martis.

Tertia oblivionis irarum, & jocandi, Solis.

Prima Cancri, subtilitatis, sensus, gaudij, & qua homines & amorem inflammant, Veneris.

Secunda hilaritatis, divitiarum & ubertatis Mercurij.

Tertia venationis, insequendi fugientes, habendi res per arma & rixas, & contrariandi hominibus, Luna.

Prima δ , crudelitatis, maleficiorum, audacia ac libidinis Saturni.

Secunda rixarum occultarum, & occasionum ad contentiones Iovis.

Tertia pertinacia & cupiditatis rixandi, Martis.

Prima η , seminandi, arandi, congregandi divitias, & parsimonia Solis.

Secunda lucrandi & cumulandi divitias quacunq; ratione, Veneris.

Tertia pigritiae & debilitatis membrorum, Mercurij.

Prima ζ , iusticia & studij adjuvandi afflictos, Luna.

Secunda quietis & tranquillitatis vite, Saturni.

Tertia profusionis, luxuriei & voluptatum, Iovis.

Prima μ , contentionum, deceptionum, insidiarum Martis.

Secunda componendi discordias, & detegendi occulta, Solis.

Tertia ebrietatis, bellorum, & fornicationis, Veneris.

Prima π , audacia, libertatis & militia, Mercurij.

Secunda timoris dolorum & lamentationum Luna.

Tertia pertinacia & non cedendi alijs, sed indulgentis suis cupiditatibus, Saturni.

Prima ι , gaudij, ocij, Iovis.

Secunda appetendi res quae nec cognosci, nec acquiri possunt, ζ .

Tertia cupiditatis gubernandi res proprias, & male suspicandi de alijs \odot .

Prima

Prima ☿ anxie querendi lucra, & utui multum laboraveris pa-
rum proficiendi, sed in paupertate & vilitate persistendi Veneris.

Secunda formositatis, acris intellectus, mansuetudinis, libertatis &
compositorum morum, Mercurij.

Tertia detectionum & manifestationum, ♃.

Prima ♃, cogitationum multarum, itinerum, & inquirendi sub-
stantiam & vita necessaria, ♃.

Secunda superbia, appetendi res magnas, & immittendi sese nego-
cij arduis. Iovis.

Tertia voluptatum, desidia, & appetendi res Venereas, Martis.

Ultima Planetarum dignitas Gaudium vocatur, quæ quinq; Gaudium
Planete quid
dicatur.
Ptol. lib. 1.
cap. 20.
quadr. tantum errantibus convenit, quatenus in domicilio naturæ & se-
xui magis conveniente existunt. Cum enim, ut supra dictum est, qui-
libet Planetarum duo domicilia habeat, unum Masculinum, alterum
Fæmininum, in eo gaudium habebit, quod cum natura & sexu Plane-
te magis convenit. Hinc Saturnus masculinus Planeta, duo habens do-
micilia, ♀ fæmininum, & ☿ masculinum; In ☿ tamen gaudium ha-
bebit, quandoquidem ☿ cum Saturno natura & sexu magis congruit.
Qua vero singulorum Planetarum sint gaudia docet hæc tabula.

♃	♄	♅	♆	♇
☿	♁	♂	♀	♁

Cæterum coronidis loco notandum hic est, dignitates hæc nu-
meris explicari, ea ratione & modo, ut his ipsis magnitudo roboris ac
potentia, vel e contra imbecillitatis, quam in quolibet signo aut loco cæ-
li, Planete consequuntur & percipiunt, aestimari ac dyjudicari, atq; ita
in themate Planeta inter omnes fortior eligi possit.

Dignitates
Planetarum
quibus nu-
meris notan-
tur.

In domo namq; sua Planeta constitutus, 5 dignitates habere,
ac fortunatus, & potens esse statuitur: ut vicissim in exilio exi-
stens, quinq; debilitates obtinere, & afflictus ac debilis esse cen-
setur. In exaltatione constitutus Planeta 4. roboris ac fortitudi-
nis testimonia consequitur: Ac totidem dejectio seu Casus debi-
litates affert. Triplicitas tres dignitates Planetæ confert. Ter-
minus seu finis duas: Facies unam: Gaudium similiter unam.
Habent autem hæc posteriores dignitates nullas sibi oppositas aduvas, seu
debitates, cum quia non adeo magni momenti & effectus sunt,
cum quia Planetis omnibus non omnes competunt, præsertim terminus

& gaudium, quibus luminaria carent. Quando verò in nulla harum dignitatum essentialium Planeta constituitur, peregrinus esse & quing. debilitates obtinere dicitur.

Permutatio
dignitatum
consistit in
mutua rece-
ptione.

Notandū & hoc est, sæpius accidere, ut Planetæ suas dignitates invicem permutent, ita ut unus in alterius Planetæ domicilio vel exaltatione sit, & vicissim alter in prioris dignitate eadem constituatur: Ac talis permutatio quæ in dictis duabus tantum dignitatibus fieri solet, receptio vel receptus mutuus nominatur.

Ex domicilio.

Estq; duplex: Receptio ex domicilio, & receptio ex exaltatione. Receptio ex domicilio vocatur, cum Planeta, signa in quibus domicilia sua habent, hoc modo permutant, ut si ☉ in ♋ constituatur in domicilio Martis, & vicissim in ♁ domicilio ☉ existat.

Ex exalta-
tione.


Receptio verò ex exaltatione appellatur, quando Planeta signa in quibus exaltantur permutant, ut si ♃ in ♌ versetur exaltatione ♄, & ♄ in ♌ habeat exaltatione Iovis.

Tribuit autem talis receptio tot fortitudines Planetæ, quot ipsa dignitas, ex qua fit receptio, hoc est receptio ex domicilio tribuit dignitates 5, ex exaltatione 4. Est tamen una receptio altera dignior & felicior, ut pote quæ ex ♃ fit, vel ex ♁, benignior censetur magisq; potens, quam quæ fit ex signis, vel quadrato oppositode radio se mutuo contuentibus, vel omnino etiam se invicem non contuentibus & separatis, vel deniq; ex ijs signis, in quorum altero vel utroq; alter vel uterq; Planetarum, qui se mutuo respiciunt, detrimentum aut dejectionem habent.


CAPVT V.

De significationibus & natura domorum.

Duodécim in
themate do-
mus.

¶  Similiter admodum Zodiacus in 12 dividitur partes, ita totum quoq; cælum assumtis sex circulis in mutuis intersectionibus horizon-
tis & Meridiani sese secantibus in 12 partes, quæ domus vocantur, distribui vulgò solet.

Prima.

Ac prima quidem domus, quæ initium suum habet à semi-
circulo  horizon-
tis Orientalis, & facta numeratione secundum s.
liter-

I. terminatur infra horizontem in cuspide secundæ domus, vocatur horoscopus, Cardo vel angulus Orientis, ὀρίζων πρὸς ἀνατολὰς. Item domicilium vitæ. Sumitur enim ex hac domo in iudicio γενεθλιασ δογμα generalis de vita nati, ut valetudine, temperamento, moribus, ingenio, forma corporis & propria nati industria significatio: Idem ideo: Quia sicut vitæ huius initium tunc capimus, quando ex utero materno in hanc lucem egredimur: ita hæc domus est ea cæli pars, qua natiuitatis tempore de hemisphærio cæli inferiore & occultato in conspectum nostrum producitur. In hac gaudium habere dicitur ♄: Consignificator verò est ♄. Unde & ♄ in hac domo felix, faustus & fortis, non læsus infaustis radijs ♄, sed confirmatus bonis ac felicibus radijs ♄ aut ♀, generaliter longa vitæ, & bonæ valetudinis natum significat. Color huic domicilio attribuitur albus: Estq; hoc domicilium sua natura felix, qualitatis tamen frigida & humida, seu phlegmatica.

Secunda domus succedit prima infra terram: Et dicitur Græcis ἀναφορὰ, Latinis porta inferna, quod velut apertis foribus Solem ceterasq; stellas orituras ad horoscopum vehat. Astrologis Domus lucri appellatur. Sumitur enim hinc conjectura de bonis omnibus, quæ industria ac labore non hereditate acquiruntur. Ac primum quidem modi hinc petuntur, tam legitimi quam illegitimi, quibus natus acquireret facultates 2 Media, per quas personas ac res substantiam suam assequetur: Ac 3 statum opum, an videlicet ad finem vitæ nati sint duratura, an verò eas aliquando natus sit amissurus. Ideo autem de domestica substantia ex secunda domo iudicatur: Quia cum nec vitæ consistere, nec corpus officio suo fungi possit absq; ijs, quæ vitæ corporisq; alimoniam subministrant, rectè post domum vitæ, domus facultatum, quæ sunt alter sanguis, collocatur. In hac autem domo nullus Planetarum gaudium habere censetur: Consignificator tamen est ♄, unde & Iupiter hanc domum non impeditus tenens, natum divitem futurum denotat. Color huic domicilio assignatur viridis: Estq; sua natura felix, & ut præcedens qualitatis frigida & humida seu phlegmatica.

Tertia domus Græcis ἰνὰ ἀ bonorum & felicium eventuum de nominatione, quos nato conferre censetur. Astrologis Domus fratrum appellatur. Fratrum enim & sororum significationem sibi vendicat.

R 3

Quia

Quia n. homo est sociabile animal, neq; aliud fortasse tam ei à natura insitum, quam societatis studium: Inter quas tamen prior ac potior est fratrum sororumq; societas & conjunctio: Et hac domus tertia inter alias omnes prima est, qua horoscopo societate jungitur, & radio s. s. s. inter ceteros primo sextili eam aspicit: Merito ex hac domo de fratrum, sororum & aliorum cognatorum affectione erga natum pronunciat: Item de hospitalitate nati, fide, religione seu pietate aliqua ex parte, præterea de itineribus brevioribus. Gaudet autem in ea Luna: & Consignificator ejus est ♀. Color huic domicilio tribuitur croceus: Estq; sua natura mediocris domus & qualitatis frigida & humida seu phlegmatica.

Quarta.

Quarta domus, Græcis ὑπὸ γαίῳ Latinis imum cæli à situ & loco: Astrologis domus parentum à significatione dicitur. Significat enim parentes eorumq; statum in primis tamen patrem. Judicat etiam de patrimonio, hereditatibus defunctorum, cognatorum, agris, eorumq; cultura, fodinis metallicis, & si quæ his bonis immobilibus similia sunt. Gaudet in ea nullus Planeta: Consignificator verò est Sol. Color huius domus est rubeus: Estq; sua natura mediocris, & qualitatis frigida & sicca seu melancholica.

Quinta.

Quinta domus Græcis ἀγαθὴ τύχη, id est bona fortuna, Astrologis domus liberorum dicitur. Hinc enim de filiis & filiabus, eorumq; statu, numero & accidentibus alijs, item donationibus, ludis, usq; quæ delectationem & gaudium afferunt, judicatur. Ut enim tertia domus addita est fratribus, propter primam aspectus cum horoscopo societatem, quæ ipsa tamen aliquando imbecillior est, ita jure quinta, propter trigonum radium quem habet ad horoscopum, attribuitur liberis: Namq; ut nulla est arctior quam patris ac filiorum conjunctio, sic nullus cæli aspectus, nulla signorum conjunctio, quam quæ est e triangulo, arctior ac propinquior in tota serie atq; orbicularitate progredientium ab horoscopo signorum invenitur. Gaudet in ea non solum ♀, sed & consignificator ejusdem est. Color verò huic domui tribuitur mellivus: Estq; sua natura mediocris, & qualitatis frigida & sicca seu melancholica.

Sexta.

Sexta domus Græcis κακὴ τύχη, id est mala fortuna, ab infelicitate; Astrologus domus agridinum appellatur: Ex hac enim domo, cum sit dejecta, & nulla cum horoscopo societate annexa, tristia, & adversa sumuntur iudicia, siquidem & alias de ferta loca & ab hominum frequentia.

frequentia quam maximè remota, non fera tantum animalia, verum etiam venenosa gignunt, nec minus etiam stirpes & herbas plurimas succi nocentissimi ut loquitur Iovian: Pontan: lib. 2. cap. 4. de rebus cœlestibus. Sexta igitur domus feracissima est, & quidam quasi fomes agritudinum, unde iudicium sumitur de inclinatione ad has vel illas agritudines: Et regulariter, quò plures Planetae in hanc domum incidunt, eò frequentiores morbi significantur, cum per totam vitam, tum maximè in senectute, quoniam Planeta in 12 praesertim infortunatus, morbos in iuventute designat. Cumq; sexta haec domus secundam, quae est alimentorum rei q; familiaris, benevola societate complectatur, & triangulari aspectu intueatur, servos & ancillas, serviliq; seu domestica animalia denotat. Sunt enim haec omnia rei domestica adminicula: ut quamvis herus & servus propter dominatum ac servitutem ad versari sibi videantur: tamen cum res familiaris absq; ministris administrari nequeat, hac quoq; ex domo domesticis rebus, familiariq; alimoniae praesidia innuantur. Gaudet in ea ♄: Consignificator est ♄. Color huic domui assignatur niger: Estq; sua natura infelix, & qualitatis frigida & sicca seu melancholica.

Septima Græcis δύοις, id est, Occasus seu Cardo occidentalis, Astrologis domus nuptiarum vocatur. Significat enim affectionem nati erga rem uxoriam vel celibatum, item numerum uxorum, ac qualitatem uxoris. Nec immeritò: Cum enim 7 domus opponatur horoscopo, & contrarias habeat affectiones; prima domo sursum tendente, ac quasi impellente & agente, hac verò septima declinante ac patiente, rectè ex septima uxor portenditur, siquidem vir agit, uxor patitur: hac paret, ille imperat. Sumuntur etiam ex hac domo emtionis, & venditionis, item apertorum inimicorum, latronum, exulum & medietatis ac finis vite indicia.

Gaudet autem in ea nullus Planetarum. Consignificator est ♃. Color item huius domus est albus: Estq; sua natura felix & qualitatis calida & sicca seu cholericæ.

Octava domus Græcis ἐπιματὰ φῶς, id est, superna porta: Item ὄψις τοῦ ὄντος, id est, locus interficiens, seu domus mortis nominatur. Sicut, n. Solem reliquasq; stellas ex superiore hemisphærio decumbentes & ad occasum properantes, velut reclusis portis deducit, atq; per occasum à cōspectu nostro abripit, ut frui amplius ipsarū luce & calore desinamus:

Ita mortem & vita finem nati significat, vel naturalem ex morbo aliquo, vel non naturalem & violentam à causa aliqua externa, ut ictu, casu, combustione strangulatione, submersione. Significat etiam mortuorum hereditates, thesauros occultos, tristitiam, venena lethalia & his similia. Gaudet in ea nullus Planetarum: Consignificator vero est ♄. Color huic domui tribuitur niger: Estq; sua natura infelix ac mala, & qualitatis calida & sicca seu cholericæ.

Nona.

Nona domus Græcis, Astrologis domus religionis dicitur, eo quod significationes eventuum ad religionem & res divinas pertinentium suppeditare existimatur. Sumuntur enim hinc pietatis, religionis, dignitatum Ecclesiasticarum, sapientiæ, artium & studij Philosophici nota. Nec absq; causa. Quia enim domus hæc ascendenti in hemisphærio superiore iungitur aspectu maximè familiari trigono, & ascendens corporis temperationem corporeaq; conglutinationis accidentia significat, vitæq; ipsius qualitatem, rectè ex hac nona domo nati aptitudo propensioq; ad religionem sumitur, ut quæ quasi fundamentum est ad bonos mores, rectamq; animi institutionem. Porro domus hæc itinerum quoq; appellatur, quoniam longinquarum peregrinationum & legationum indicia hinc petuntur. Constat etiam ex hac domo somniorum & divinationum ratio. Gaudium in ea habet ☉: Et conspecificator est ♃. Color huic domui tribuitur mellitius: Estq; sua natura mediocris & qualitatis calida & sicca seu cholericæ.

Decima.

Decima domus Græcis μεσσηρία, id est medium cali, culmen seu fastigium, Item cor cæli, Cuspis regalis, & Domus regia appellatur. Hinc enim, ut ex loco cæli altissimo, summi quoq; boni, quod primum inter homines existimatur, honoris nempe & dignitatum, quibus natus inter alios excellit prognostica: Item vitæ genus, artes, & quæcumq; artium suffragio nato deferuntur, colligimus. Item favorem magnatum, ut principum, vel aliàs in publicorum munerum functionibus constitutorum, eorumq; affectionem erga natum perspicimus. Tandem & matris peculiarem habet significationem decima hæc domus, cuius conditionem & statum post editum infantem indicat. Gaudet in ea nullus Planetarum: Consignificator vero est ♀. Ac color huic domui convenit mellitius: Estq; sua natura felix & fausta, & qualitatis calida & humida seu sanguinea.

Vndecim

Vndecima domus ἀγαθοδαίμων, id est, Bonus Genius, à designatione felicium eventuum nominatur. Hinc enim status & conditio amicorum fidelium vel infidelium, quibus cum natus familiariter videretur est, depromitur. Petuntur & hinc iudicia de consiliarijs Regum & principum. Gaudet in ea & significator vero est ☉. Color huic domui assignatur Croceus: Estq; sua natura mediocris & qualitatis calida & humida seu sanguinea.

Vndecima.

Duodecima domus κακοδαίμων, id est, Malus Genius, à tristium & exitialium eventuum indicationibus, quas exhibere & praeberere creditur, Astrologis domus carceris appellatur. Cum enim nullo aspectu ascendenti jungatur, varias in vita adversitates, insidias, inimicos & hostes occultos, carceres, aliasq; turbationes & difficultates prodit. De maioribus animalibus ac bestijs: Item de servorum fidelitate & substantia, ut & de quibusdam morbis & aegritudinibus, & an natus damna inde perpeffurus sit, iudicia praeber. Coniectura etiã hinc petuntur de ijs quae in partu mulieribus accidunt, sive ea bona sive mala sint. Gaudet in ea ☿. Consignificator est ♀; Color eidem convenit viridis: Estq; sua natura domus infausta ac maligna, qualitatis calida & humida seu sanguinea.

Duodecima.

Atq; hunc in modum totum caelum per domicilia distribuitur, ut vix aliquid in vita boni aut mali, honoris aut opprobrij, vitij aut virtutis nascenti fit eventurum, quod non ijs è locis eorumque statu ac dominorum situ constitutioneq; portendatur.

Porro distinguuntur domus: Primo quidem in Cardines, Succedentes & Cadentes ab angulis.

Divisio i domorum in Cardines.

Cardines seu anguli vocantur & haec domus I, IV, VII & X: Suntq; praecipua loca in tota figura caeli. Nam Planetae & stella fixa in istis constituta manifestius vires suas exercent quam in alijs. Inter cardines autem prima domus principem tenet locum, deinde decima: Huic succedit 7, tandem 4.

Succedentes dicuntur, quae in motu primo cardines succedunt: Suntq; haec II quae succedit primae: V quae quarta; VIII quae septima, XI quae succedit decimae. Vocantur & haec Graecis ἐπαναφορῆαι, id est, reductoriae, quod à casu ad Cardines seu angulos stellas reducant. Estq; harum vis minor quam cardinum.

Succedentes.

Cadentes denique domus ab angulis Graecis ἀποκλίματα, hoc est declinantia domicilia dicuntur: Stella enim in illis existentes paulò ante

R 5

à card-

à cardinibus seu angulis ceciderunt. & ita vires suas amiserunt: Suntque hæc quatuor domicilia, VI, IX & XII. Iulius Firmicus pigra & abjecta figure loca appellat, quod horum vis omnium sit minima, & stella in his constituta imbecilles existant.

2. Divisio
domorum in
quadrantes

4.

Secundo dividuntur in quatuor quadrantes, quorum cuiuslibet tribuuntur tres domus.

Primus quadrans est ab horoscopo, id est, à prima domo ad 10, procedendo secundum motum extremi cæli continens has tres domos 12, 11 & 10. Vocaturque hic quadrans Orientalis, ascendens, puerilis, masculinus, sanguineus & Veranus.

Secundus est à 10 ad 7, continens has tres domos, 9, 8 & 7. Diciturque quadrans Meridionalis, Descendens, iuvenilis, fæmineus, cholericus & æstivus.

Tertius est à septima ad quartam, includens hæc tria domicilia 6, 5 & 4. Vocaturque quadrans Occidentalis, descendens, virilis, Masculinus, Melancholicus & autumnalis.

Quartus denique est à quarta ad primam comprehendens has tres domos, 3, 2 & 1. Diciturque Septentrionalis, Ascendens, senilis fæmineus Phlegmaticus & hyemalis.

3. Divisio
domorum.

Tertio dividitur thema in duas medietates, Ascendentem & Descendentem.

Ascendens quæ & Orientalis dicitur à quarta domo per primam ad decimam usque sese extendit, & sex domicilia comprehendit 3, 2, 1, 12, 11 & 10.

Descendens verò quæ & occidentalis appellatur à decima per septimam ad quartam sese profert, & reliqua sex domicilia continet, 9, 8, 7, 6, 5, & 4. Caterum sua natura feliciores domus statuuntur, quæ felices eventus significant, ut 1, 2, 3, 4, 5, 7, 9, 10 & 11. Infelices vero quæ adversa nato accidentia denunciant, ut 6, 8 & 12.

per accidens
felix domus
quæ dicatur.

Per accidens autem felix redditur domicilium, in quod signum Zodiaci faustum & benignum incidit, ac in quo corpora benignorum Planetarum, vel radij ipsorum benigni, ut pote sextilis & trigonus, hærent: E contrario infaustum redditur & debilitatur domicilium, quando signum Zodiaci malignum illud tenet, & Planeta malignus in eo vel præsens est, vel radium suum hostilem, ut oppositum & quadratum ad id project.

CAPVT

CAPVT VI.

De dignitatibus stellarum quæ ipsis configurationis
mutuæ ratione attribuuntur.

Supra quidem cap. 4. eas exposuimus stellarum dignitates, quas vulgus Astrologorum essentialis appellat, quandoquidem ipsis ex congenita virtute insunt, vel ex familiaritate eiusdem naturæ contrahuntur: Nunc verò accidentales dignitates examinanda sunt, quas Ptolomæus ἐπιεργείας καὶ τὴν γένησιν, id est efficacias respectu figuræ seu nativitatis vocat, quæ nihil aliud sunt, quam insitarum qualitatum significationumque incrementa, quæ ipsis conveniunt ratione positus in figura cœli, h. e. ratione domus locive cœli fausti vel infauti, configurationis item cum Planetis reliquis.

Primum igitur quando Planeta, excepta Luna, in qua dignitas hæc non consideratur, Soli intra 16 min: ante vel post jungitur, in Cazimi existere hoc est in corde ☉ versari dicitur, habetque potestatem maximam. Vt si ☉ in 6 grad: 15 min: ♃ esset. Iupiter verò haberet in 6 grad: 4 min: ♃, diceretur Iupiter Soli unitus in Cazimi, quia distaret ante Solem tantum 11 min: Ac in tali situ Planeta acquirit 5 testimonia fortitudinis.

1. Respectu
positus.
Planeta in
Cazimi.

Secundo combustus Planeta dicitur, cum à Sole distat ante vel post plus 16 min:, minus verò aut exactè medietate sui orbis. Nominantur autem orbis Planetarum spacia Zodiaci, intra quæ Planete Soli juncti occultantur aliquandiu, & recti latent, ut non conspiciantur; vulgo arcus visionis dicuntur: Intra horum spaciorum medietates, si Planeta cum Sole jungantur, combusti à Sole dicuntur. Solis enim radijs recti ac quasi impediti, nec lumen suum deorsum spargere, in primis tres superiores, nec vires suas cum lumine demittere possunt. Maximis itaq; Planeta infirmitatibus hoc impedimentum annumeratur, & in collectione testimoniorum debilitatis, per quinarium numerum infortunij notatur. Est verò non solum in diversis Planetis, sed & in uno eodemq;, propter plures causas, medietates orbium inæquales sunt; regulariter tamen hoc modo sese habent, ut ante & post & cum Sole, numerentur in H 10 grad: 7, 12, ♄ 7, 30 min: ☉ 17, ♀ 8, ♃ 7, ♃ 12 grad: 30 min:

Combustus
Planeta
quæ.

Medietates
orbium Pla-
netarum.

Tertio

Sub radijs
Planeta
quando exi-
stere dicitur.

Tertiò Oppressus seu sub radijs Planeta esse dicitur, quan-
do in ☿ cum Sole, distat à Sole ante vel post plus medietate sui
orbis; minus verò medietate orbis ☉ hoc est 17 grad. *Atq; hoc
modo constitutus Planeta & debilitatus recipit.*

Planeta li-
ber quis.

Quarto Liber à combustione & radijs Planeta dicitur, cum à
Sole abest ante vel post plus 17 grad. seu medietate orbis Solis:
Ac tum 5 testimonia fortitudinis ei tribuuntur.

Quinto Luna lumine aucta dicitur, cum post conjunctionem cum
Sole illuminata proficiscitur ad oppositionem ☉. Diminuta verò cum ab
oppositione, ad conjunctionem fertur. *Ac aucta fortitudinis testimo-
nia 2, ut diminuta 2 debilitatis habet.*

Orientales &
Occidentales
Planetae.

Sexto Tres superiores ut ♃ ♄ & ♀ Orientales à Sole vocantur,
à conjunctione ipsorum cum Sole usq; ad ♁. Occidentales, à Sole ab ♁
ipsorum cum Sole, usq; ad ☿. *Ac Orientalibus testimonia 2 fortitudi-
nis: Occidentalibus 2 debilitatis assignantur. Duo quoq; inferiores ♁ &
♃ Orientales à Sole dicuntur, quam diu ratione motus diurni Solem an-
tecedunt, & mane ante ☉ ortum ascendunt: Occidentales, quam diu
sequuntur Solem, & vesperi post occasum ☉ descendunt. Hi inferiores s̄
Occidentales sint duo testimonia fortitudinis. Si Orientales duo debili-
tatis habent. Haecq; omnia in Planetis respectu ☉ considerantur.*

2. Respectu
motus Plane-
tae directus,
Retrogradus,
Velox, Tar-
dus.

Postea motus quoq; variatio certas tribuit Planeta dignitates &
abiectiones. Directus enim 4 fortitudinis testimonia habet: Retro-
gradus 5 debilitatis. Sic Velox motum diurnum majorem habens
medio, duo fortitudinis: Tardus motum diurnum minorem habens
medio, vel etiam stationarius, duo debilitatis testimonia assequitur.

3. Respectu
aspectuum.

Tertio mutant & aspectus Planetarum dignitates, quando qui-
dem ejusmodi sunt intervalla in Zodiaco, in quibus Planeta sibi mutuo
virtutes suas communicare aut contra affligere se mutuo posse credun-
tur: Suntq; quinque *, □, △, ♁ & ☿. *Ac licet conjunctio*

Partiles aspe-
ctus effica-
ciss.

proprie aspectus non sit: habet tamen inter aspectus virtutem omnium
maximam. Corporalis namq; Planetae praesentia semper evidentius vel
juvat vel affligit, quam radius absentis. Raro autem accidit, ut Plane-
tae tanto praesentis intervallo sub Zodiaco inter se distent, quantum ad as-
pectus illius constitutionem requiritur. Vnde commodè dividuntur in
partiles & platicos: Dividuntur praeterea tres priores *, □ & △ in
dextros & sinistros. Dextri à Planeta contra successionem s̄ s̄ p̄ r̄ ō ȳ
ciuntur; Sinistri secundum s̄ s̄. Notandum, autem partiles semper esse
effica-

efficaciores in bonitate vel in malignitate platicis. In partibus enim, ipsa Planetarū sese mutuo aspicientiū corpora & centra inter se agunt. In platicis vero Planeta intra quantitatē solum suorum orbium vires inter se commiscunt.

Cumq; antea orbium Planetarū quantitates ostenderimus, hic stellarum fixarum notanda erunt. Prima ergo magnitudinis stellarum orbis medietas est 7 grad: 30 min. Secunda 5 gr: 30 min: Tertia 3 gr: 30 min: Quarta 1 grad: 30 min.

Medietates Orbium stellarum fixarum.

Eodem modo sinistri dextris censentur robustiores, cum in sequentia signa projiciantur, versus quae & ipsa Planetarum corpora motibus suis proprijs tendunt.

Sinistri aspectus dextris robustiores.

Porro aspectus platicus dividitur in Applicationem & Separationem seu defluxum. At applicatio fieri dicitur, cum Planeta levior seu velocior, intra medietatem sui orbis, accedit ad ponderosorem seu tardorem. Defluxus vero fieri censetur, cum Planeta levior seu celerior recedit a ponderosiore vel tardo. Est autem applicatio fortior defluxu, & quo quavis propior corpore vel aspectu existit, eo validior & efficacior utraq; est, sicut haec de re copiosius Cardanus monet in commentis 63 supra 1 lib. quadripart. Ptolomaei.

Aspectus platici diuisio.

Ceterum ut appareat, quomodo Planetae vel conjuncti vel radio sese intuentes vires vel intendant vel remittant: Notandum est conjunctionem beneficorum Planetarum ♃ & ♄ 5 testimonia fortitudinis, & ♃ & ♄ 5 debilitatis exhibere. Sic conjunctio benefici cum indifferente ut ♃ cum ☉, ♃ cum ♁, ♃ cum ♂, ☉ cum ♁, ♁ cum ♃, ♁ cum ♂, 4 testimonia fortitudinis. & vero malefici cum indifferente, ut ♄ & ☉, ♄ & ♁, ♄ & ♂, Item ♄ & ☉ & ♁ 4 debilitatis testimonia largitur. Tria quoq; fortitudinis testimonia & ♃ & ♁. Tria vero debilitatis ☉ & ♁ & ♂ producit. Tandem 1 fortitudinis & ♃ & ♄, Item & ♃ & ♁, ac ♄ & ♁. Debilitatis vero unum & ♄ & ♁, ♄ & ♁. Item ♄ & ♁ afferunt.

De conjunctionibus.

Sic ex beneficis aspectibus ♃ & ♁ 4 fortitudinis testimonia: Trigoni vero ♃ & ♁, ♁ & ♃, ☉ & ♃, ☉ & ♁, item ♃ & ♁ 3. Trigoni ♃ & ♁, ♄ & ♁, ♁ & ♂ 2. Et trigoni tandem ♃ & ♄, ♃ & ♁, ♄ & ♂, ♄ & ♁ 1 testimonium fortitudinis exhibent.

De trigonis radijs.

Sextilis ♃ & ♁ tria fortitudinis testimonia exhibet, ut * ♃ & ♁, ♃ & ♁, ☉ & ♃, ☉ & ♁, ♃ & ♁, 2. Et * ♄ & ♁: Item ☉ & ♁ unum.

De sextilibus Ex radijs.

- De quadratis.** Ex maleficis verò aspectibus 4 debilitatis testimonia afferunt, □ ♄ & ♃, Item ♃ & ♃. Tria □ ☉ & ♃, ♄ & ☉, Item ♃ & ☉. Duo □ ♄ & ♃, Item ☉ & ♃. Unum □ ♃ & ♃.
- De oppositis.** Sic ♃ ☉ & ♃ 4 testimonia debilitatis, ♃ ♄ & ♃, ♃ ♄ & ♃, Item ♃ & ♃ 2 important.
- De coniunctione cum fixis.** Coniunctio quoque Planeta intra 5 grad: distantiam ante vel post, eum Regulo, qui est in 24 gradu ♄ sex, ut cum Spica qua est in 19 grad. ♃, 5 testimonia fortitudinis affert. Cum capite verò Algol seu Medusa, quod est in 21 grad: ♄, debilitatis quinque testimonia exhibet.
- De domicili-
orum digni-
tate.** Ad extremum ratione domicili-
orum cælestium Planeta in medio
cæli vel ascendente constituti, 5 testimonia fortitudinis. In 7, 4 & 11 quatuor.
In 2 & 5 tria. In 9 duo. In tertia unum habent.
Debilitatis verò in domo 12 testimonia quinque. In 8 & 6 quatuor.
Efficiuntur enim Planeta fortes in domibus felicibus, debiles verò in
infelicibus. Atque hæc de principijs prædictionum hoc loco dicta suffi-
ciant.

SECUNDVM MEMBRVM,

De Prognostico generalium ἀποτελεσμάτων.

CAPVT I.

De generalibus proprietatibus gentium,


- Divisio terra
in 4 qua-
drantes.
In quovis
quadrante
duo spectan-
ta.**
- Inter generalia ἀποτελεσμάτων hoc est eventa, qua in hoc infe-
riori mundo à superioribus corporibus proficiuntur & perfici-
untur, & vel totis regionibus, vel alicui tantum terra parti
eveniunt; primum necesse est ea consideremus, qua totis gen-
tibus attribuuntur, & insunt ratione terra quam inhabitant, & cæle-
stium locorum quibus subijciuntur. Hac consideratio-
ne cum terra globus duobus majoribus circulis AEquinoctiali & co me-
ridiano, qui per Insulas fortunatas ducitur, in 4 quadrantes dividatur,
unoque probe cognito de cæteris simile iudicium feratur: sciendum in uno,
primo, quæ locorum ratione aeris sit distinctio: postea cuius
modi**

modi ex familiaritate signorum Zodiaci & stellarum inclinationes consequantur. Hinc enim reliquorum quadrantum constabit ratio. *Aeris constitutio.*
 In priori, ubi aeris constitutio examinatur, tria spectanda sunt. Primo sub quo parallelo equatoris positus sit locus: Secundo quanto angulo ab ortus & occasus termino distet. Tertio quo situ Zodiacus locum respiciat.

Dividitur autem quivis quadrans terra in tria spacia, quorum primum inter equatorem & Tropicum aestivum continetur, quod spacium Ptolomeus cap. 2. lib. 2. Quadrip. appellat sub Parallelis Australibus & Zona torrida attribuitur. Secundum à Tropico aetivo ad circulum Arcticum extenditur, & ad temperatam Zonam pertinet. Tertium à circulo Arctico ad polum usq; sese extendit, & frigida Zona ascribitur. *In quovis quadrante tria sunt spacia.*
 In torrida igitur Zona, quoniam Sol ad verticale usq; punctum in caelo attollitur, aer circumfusus vehementer quoq; accenditur, propter directissimos radios ☉, qui in reflexione ingeminantur: unde hominibus cutis aduritur, capillo sunt crispo, facie contracta & statura contorta. Deinde temperamento, quod sequitur sanguinem, sunt calidissimi, ac moribus feris, propterea quod ob biliosum & adustum sanguinem actiones non proficiantur ex ratione, sed potius appetitu. Cetera quoq; quae in terra proveniunt, & in ea vivunt, similia habent accidentia pro proportione uniuscuiusq; naturae. In frigida Zona sub parallelis Septentrionalibus aer frigidus est & humidus, quod ibi radij ☉ obliqui aerem quidem illuminant, nullum verò adeo sensibilem afferant calorem. Unde in corporibus quoq; hominum humidi alimenti abundat copia, quod nullo calore exhauritur, & homines colore fiunt albo, capillo recto, statura proceras, temperamento frigido, moribus feris; quandoquidem rigore spirituum mens quasi torret. Reliqua quoq; ut bruta, & quae in terra nascuntur grandiora ibi fiunt, sed frigidiora quam alibi. In media verò & temperata Zona aer medio modo se habet, & inde omnia quoq; mediocria fiunt, homines natura temperata, moribus mansuetis. Quia verò hujus Zona magna latitudo est, sciendum quod loca quae propius ad alterutram extremarum accedunt, magis quoq; participant de natura illarum. Hinc qui ad meridiem propius habitant, quia temperamento sunt calidiores, & circulo errantium stellarum viciniore, ingeniosiores evadunt, & ad rerum caelestium & Mathematica studia procliviores: & horum quidem illi, qui citius orientem Solem habent, natura apertiores sunt, viriliores & constantiores ex conditione ☉. Qui verò occidentaliores sunt, de natura ☽ censentur, molliores, effeminatiores, & magis consilia occultantes. *Ad*

Al morum quoq; discrimina occasione dant, cum alia, tum ipsorum locorum conditio. Nam campestris loca ad equitandum; maritima ad navigandum; fertilia ad mansuetudinem invitare solent: Proinde illa inclinationes naturarum, quae à temperamento contingunt, hinc aliqua ex parte mutari solent. Atq; haëtenus quomodo ex aeris natura conditio incolarum sese habeat ostendimus. Varietas autem inclinationum, quae ex familiaritate locorum caelestium & stellarum contingit, hoc modo determinanda est secundum Ptolomaeum.

2. Inclinationes quae à stellis dependent.



Primum assumendus est quadrans terra, qui sit $\alpha \beta \gamma \delta$. Postea hic ipse quadrans in 4 partes dividatur duabus lineis, quarum una ducitur à Septentrione in meridiem, ut $\epsilon \zeta$, altera transit ab oriente in occidentem ut $\eta \theta$: Hacq; divisione $\alpha \eta$ prima pars Europam: Secunda opposita $\eta \gamma$ Asiam: Tertia $\beta \eta$ Scythiam: Et quarta $\delta \eta$ Affricam seu Lybiam comprehendet. Etsi verò Affrica, Asia & Scythia ultra praescriptos terminos, aequinoctialem nimirum $\delta \gamma$, & meridianum $\beta \gamma$ sese extendunt: tamen de illis tantum terra portionibus hic agitur, quae intra hos terminos continentur: quandoquidem similis ratio in alijs quadrantibus institui potest.

Tandem huic quadranti terra & 4 eius partibus totidem triquetra Zodiaci configurationes aptentur, ductis primum lineis rectis à Septentrione in Occidentem & Orientem $\delta \epsilon$ & $\epsilon \eta$: Item à Meridie in Occiden-

zem & Orientem e θ & ϵ η : Item à Meridie in Occidentem & Orientem ζ θ & ζ η . ut fiant triangula sibi invicem opposita.

Ex hac structura, quia quarum quadrantis partium alia portiones externa sunt, ut e a θ , η γ ζ η β e & ζ θ θ : Alia media, qua concurrunt intra figuram e θ ζ η : Notandum portionem exteriorem primam quartam partis e a θ Septentrionalem esse & Occidentalem, & ideo subiectam primo triangulo qui continet ν , δ & ζ , & cui dominatur Planeta ζ & θ Occidentales. Populi vero huic subijciuntur Europei: ut Hispani, Britanni, Galli, Germani, Dani, Sueci & Itali: Qui quoque omnes ob principatum trianguli sui & dominatorum ejus, regni sunt impatientes & amantes libertatis; Item armorum bellique studiosissimi, patientes laborum, praestantia, mundicia & fortitudinis fetatores. In specie tamen Arieti subsunt, Britannia, Gallia, Germania, Dania & Suecia: At Italia & Sicilia δ subijciuntur. Et Hispania ζ .

Portio exterior quarta secunda huic opposita η γ ζ Orientalis est & meridionalis, atque ideo subiecta secundo triangulo, qui continet δ , ν & β . Et habet dominatores ν & δ Orientales. Populi huc pertinent majoris Asiae: ut Indi Orientales, Turcae, Parthi, Persae, Babylonij & Assyrij. Atque hi ob Veneris dominium rei Venerae sunt appetentiores, atque in vestitu & victu delicatiores. Ob Saturnum vero deformes, feri & immanes. Ad δ autem & Venerem magis pertinent Parthia, Media, Persia, & magna pars Turcia. Virgini & ζ in specie subsunt Babylon, Mesopotamia, Assyria, quibus ideo & eximia Mathematicarum disciplinarum cognitio & observatio siderum contigit: β vero & Saturno cedit proprie India Orientalis.

Tertia quarta pars exterior e ζ η Orientalis & Septentrionalis est, atque ideo tertio triangulo, qui ν , δ & ζ complectitur, & trigonocratores habet ν & ζ Orientales, subijcitur. Huic parent Moschi, Tartari, Hircani, Caspij, Armenij, & reliqua gentes Scythicae. Sed mores harum gentium hodie non adeo respondent significationi caelestium locorum. Nam ν & ζ Orientales, religiosos, divites, victu mundo, consuetudine honesta utentes, rerum divinarum peritos, mores ad libertatem & justitiam compositos, magnanimos, osores improbitatis, in usu rei venerae moderatos, & puros efficit, qui quidem mores alieniores sunt à Tartarorum & Moschorum moribus, quandoquidem hisce temporibus legibus aequis & forma Republica carent, & rapinis magis student. In caussa

S

vero

De portioni-
bus externis,
I.

II.

III.

ca.

vero est non caelum, sed barbaries, quae loca illa jam occupat. Porro in specie II & 4 conveniunt Hyrcania & Armenia: unde incolae mobiliores & subimprobi sunt. III vero & 2 Bactriana, & regiones ad Cassium mare: At Moschia, Sogdiana, Oxiana & Sarmatia III & Saturno. unde & incolae immanes, tetrici & feri sunt.

IV.

Ultima quarta pars externa Qd & Occidentalis & Meridionalis est, & triangulo quarto, qui D, M & A complectitur, ac regitur à 3 & 4 Occidentalibus, conciliatur. Huic conveniunt Numida, Mauri, Garamanta, & qui Barbaricam incolunt. Unde gentes haec proclives sunt in Venerem muliebrem, & concubitos quoscumque illicitos, sunt raptores conjugum, mangonio dediti ob Venerem, sunt improbi praestigiatores, perversi, temerarii, obvii discriminibus ob Martem. Ex his tamen Numida & Carthaginenses D & 2 debentur; Mauri & Getuli M & 3: Garamanta vero Piscibus & Iovi: unde & liberalioribus & simplicioribus sunt moribus. Atque hoc modo externa terra partes suis conciliantur triangulis & gubernatoribus.

De portionibus internis.

Quae vero uniuscuiusque quartae portiones in medium terra vergunt, diversam sortiuntur naturam. Nam pars qualibet media eam acquirat naturam, quam pars externa habet, in quam vergit: unde pars media prima quarta transit in naturam partis externa secunda quarta: Et e contrario pars media huius, in naturam partis illius. Deinde de omnibus partibus medijs praestant, quod naturam habeat inter ceteros Planetas mediam. Inter cetera quoniam mediarum partium aliqua est latitudo, quod propius haec ad ipsum medium accedunt, eò magis ad naturam oppositae partium & 4 accedunt, quod propius vero ad basin sua portiois externa feruntur, eò magis participes sunt ejus natura. Sic ergo facile erit reliquas terra partes suis conciliare triangulis & dominatoribus.

De I.

Veluti portio media prima quarta e 4 x, respectu portiois externa e 4 Orientalis est, & Meridionalis: Et ideo triangulo secundo, qui 8, M & 3 complectitur, ejusque gubernatricibus stellis Saturno & Veneri subijcitur. Deinde Mercurio. Tertio 4 & 3 qui dominantur primo triangulo. In hac regiones sunt Illiria, Macedonia, Thracia, Graecia, Achaia, Cyclades Insula, Creta, Cyprus & maritima loca Asia minoris. Incolae vero corporibus & animis sunt compositi ac temperati. Namque 3 praestantia cupidos, fortes & regni osores efficit. 4 libertatis cupidos, politica sua & legum institutorumque suorum tenaces.

Q. certa

¶ certaminum & munditia studiosos. ¶ amicitia, hospitalitatis, literarum & eloquentia cultores & Mercatores. In specie verò ad Venerem Vespertinam & referuntur maritima minoris Asia loca, Cyclades Insula & Cyprus. Vnde & mundicie & voluptatibus magis student. Graci verò Achivi, Cretenses ad & & m̄ pertinent: Vnde ingeniosiores & doctiores evaserunt. Macedones, Thraces, Illyricum h̄ & Saturno subijciuntur, in re quidem paranda non inertes, sed à mansuetudine morum & hospitalitate alieniores.

Portio media secunda quarta $\kappa\eta\zeta$, respectu portionis externa $\eta\gamma\zeta$ Occidentalis & Septentrionalis est. Vnde primo triangulo Occidentali qui ν , δ & π continet, & gubernatricibus stellis, ζ , θ & ι ascribitur. In hac parte regiones sunt Idumæa, Calosyria, Iudæa, Phænice, Chaldæa & Arabia felix. Incola verò ob Mercurium ad mercimonia apti censentur, sunt callidi, deceptores & instabiles. Ob θ sunt audaces, impij, insidiosj. Ob ζ solum fertile tenent: Suntq; homines liberales, dexteritate in contractibus & negocijs utentes. Caterum Phænices & Chaldæi sub δ & Sole sunt. Arabes sub π & Iove. Calosyri, Iudæi & Idumæi sub ν & Marte.

Portio media tertia quarta $\epsilon\eta\theta$, Occidentalis est & Meridionalis, respectu portionis externa $\epsilon\beta\eta$: Et ideo triangulo quarto, qui σ , m & χ comprehendit, Cuiusq; dominatores sunt θ & ι Occidentales cum ζ , subijciuntur. In hac sunt regiones Bithynia, Phrygia, Colchis, Syria, Cappadocia, Lydia, Cilicia & Pamphilia. Mores gentium ratione ζ ad eius cultum, ratione θ verò ad improbitatem & pradaones sunt proclives. Ratione Mercurij ad mercenarias expeditiones, serviles operas, & furta inclinant. Ex his in specie Phryges, Bithyni & Colchi magis ad σ & Lunam pertinent: unde & leviores sunt, morigeri mulieribus: Contra harum pleraq; viriles sunt ob Lunam, imperiosa, bellatrices, gaudentes armis. Syri & Cappadoce ad m & θ pertinent: unde & improbi sunt, insidiosj, laboriosi. Lydi vero Cilices & Pamphylij cedunt χ & Iovi: Suntq; liberales, faciles in contractibus, & in re paranda circumspetiores.

Vltima quarta media portio $\theta\kappa\zeta$, respectu externa $\delta\theta\zeta$, Orientalis est & Septentrionalis: Et ideo triangulo tertio ι , κ & λ , Cui dominantur θ , ζ & ι subijciuntur. Regiones huc pertinent, Cyrenaica, Aegyptus, Thebais, Marmarica, Troglodyte, Arabia & Aethyopia. Incola ipsi ob θ ad superstitionem, Ceremonias & ritus circa mortuos:

S 2

Ob

I I.

III.

IV.

da

Ob Iovem verò ad imperium & magnificentiam: Ob ♃ ad sapientiam, prudentiam, rerum intelligentiam, & Mathematica studia propensi & proclives sunt. In specie tamen regiones Cyrenarum, Marmarica, & inferioris Aegypti, ad ♃ & ♄ referuntur. Ideo sunt prudentes, intelligentes rerum omnium, & in Mathematicis plane excellentes. Qui verò Thebaida tenent, Troglodyticen, & subsunt & Veneri. Arabes, Medii & Aethiopes ♃ & Saturno dantur, & ideo agrestiore & feris similem agunt vitam.

Vnde regionum & urbium sub certis signis sumatur iudicium.

Haec enim quomodo regiones integrae iuxta trigonocratores discernantur, exposuimus breviter: Nunc ulterius dicendum nobis est, quomodo signis Zodiaci non tantum, quod ex dictis aliquomodo patet, integrae regiones; sed & urbes in primis metropolitanae ascribantur. Sumitur haec assignatio, vel ex principalibus locis quae occupavit caelum ad momentum, quo adificari coepit, vel etiam ex longa experientia, quae deducitur ex observatione Eclipsium, & ominosae superiorum Planetarum & ♃ & ♄, & malorum, quae comitantur conjunctiones & Eclipses, cuiusmodi sunt irruptiones gentium, terrarum devastationes, pestes, fames, annona caritas, inundatio fluminum, &c. Tria autem maxime principalia loca, docet Ptol. lib. 2. cap. 4. quadrip. esse, si thema caeli erigatur ad initium conditae civitatis, unde iudicium de ipsa civitate sumitur; ☉, ☽ & heroscopi seu ascendens: siquidem medium caeli ad principem potius civitatis refert. Nam signum ascendens non aliter ac in genituris statum civitatis significat, quo affecto, afficitur & ipsa civitas. Quod si & loca luminarium ledantur, quae consensum & mirabilem congruentiam cum civitate habent, civitas ipsa detrimentum aliquod parietur. Si verò & tempus extructionis ignoretur, nec ex observatione Eclipsium aut congressuum superiorum Planetarum notum sit, quod signum urbi praesit, genitura eius sumatur, qui rerum in urbe positur, ac ex medio caeli & affectionibus eius, de statu civitatis pronuncietur.

Ne verò longius abeamus, singulis signis & regiones & urbes, quas experientia ipsdem convenire comprobavit, annotabimus.

Primum igitur & subiectas habet ex regionibus Britanniam seu Angliam, Galliam, Germaniam, Sueviam, Sileciam superiorem, Poloniam minorem, Burgundiam superiorem, Vuestrie partem, Bastarniam, Celosyriam, Palestinam, Iudaeam. Ex urbibus Neapolim, Capuam, Anconam, Imolam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Bergamum, Lindaviam, Tractum, Brunsvicum, Cracoviam, Augustam Casarem.

Inde

Postea

vid. Ranzob. p. 260

Aries.

Postea γ , habet ex regionibus Russiam albam, Poloniam maiorem, Suecia partem, Taurus,
 Irlandiam seu Hyberniam, Lotharingiam, Campaniam, Helvetiam, Rhetiam, Franco-
 niam, Parthiam, Mediam, Persiam, Cyclades insulas, Cyprum & maritima Asia mi-
 noris loca. Ex urbibus Burgum Hispanie, Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Pa-
 norum, Perusium, Parmam, Caput Histrie, Brixiam, Tigurum, Lucernam, Nance-
 ium, Metum, Herbiopolim, Carolostadium, Lipsiam, Posnaniam, Gnesnam, Novogar-
 diam. *Wittenberg in Silesia, Calar in Niderland.*

Tertio δ , habent ex regionibus Sardiniam, Longobardie partem, Flandriam, Gemini.
 Brabantiam, VVurtembergensem ducatum, Hircaniam, Armeniam, Marianam, Cyrenai-
 cam, Marmaricam & Aegyptum inferiorem. Ex urbibus vero Cordubam, Viterbium, Antwerpia
 Cesenam, Turinum, Vercellas, Rhegium, Lovanium, Brugas, Londinum, Moguntiam,
 Kitzingiam, Hassordiam, Bambergam, Norbergam, Villacum, Tubinga, Schweinfurth, Witeberga, Torga, Dresda.

Quarto ϵ , habet ex regionibus Francia regnum, Burgundie Comitatum, Hel- Cancer.
 landiam, Seelandiam, Scotia regnum, Prusiam, Numidiam, Affricam, Bithyniam, Lusania superior.
 Phrygiam, Colchidem, Carthaginem, Granate regnum. Ex urbibus Constantinopolim,
 Tanetum, Venetias, Genuam, Lucam, Pisam, Mediolanum, Vicentiam, Bernam, Treverim, Lüneburga.
 Eboracura, S. Andream, Lukeum, Magdeburgum, Gorlicum. Budissa, Amstredam, Regionem montanum Prussiae

Quinto ζ , habet ex regionibus Galliam togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Leo.
 Apuliam, Bohemia regnum, Turcie partem, Aemiliam, Sabinam, Phoeniciam, Chalde-
 am, Orchiniam. Ex urbibus Damasum, Syracusas, Romam, Ravennam, Cremon-
 nam, Vlmam, Confluentiam, Pragam, Liutium, Cremisium. Zittavia.

Sexto η , habet ex regionibus Achaiam, Greciam, Croaciam, Carinthiam, A- Virgo.
 thesinam, Cretam Insulam, Rhodum, Atheniensem ducatum, Gallie Comate partem,
 Rheni partem, Silesiam inferiorem, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam. Ex ur-
 bibus Corinthum, Novariam, Aretium, Cumas, Hierosolymam, Brundisium, Papiam,
 Siginum, Tolosam, Lugdunum, Lutetiam, Basileam, Heidelbergam, Erphordiam, Vra-
 tislaviam. *Wittenberg in Silesia.*

Septimo θ , habet ex regionibus Austriam, Alsariam, Livoniam, Sabaudiam, Libra.
 Delphinatum, Tusciam, Bactrianam, Caspianam, Seres, Thebaida, Oesim, Trogloditi-
 cam. Ex urbibus Olyssiponem, Arelatum, Carretam, Laudam, Suessam, Placentiam,
 FeldKirchium, Friburgum Brisgoie, Argentinam, Spiram, Francofordiam ad Moenum,
 Halam Suevorum, VVimpinam, Heilprunnam, Frisingam, Mospachium, Landsbutum,
 Viennam Austrie. *Presburgum.*

Octava ι , habet ex regionibus Norvegiam, Sueciam Occidentalem, Bavariam, Scorpius.
 superiorem, Metagonitidam, Comagenam, Cappadociam, Idumeam, Syriam, Mauri-
 taniam, Getuliam, Cathaloniam. Ex urbibus Algeram, Valentiam Hispanie, Tra-
 pezuntum, urbium Aquilegiam, Pistorium, Camerinum, Tarvisium, Patavinum, Fo-
 rum Iulium, Messanam, Viennam Allobrogam, Aichstadium, Monacum, Gedonum,
 Francophordiam ad Viadum. *Wittenberg in Silesia.*

Sagittarius.

Nono ♐ habet ex regionibus Hispaniam, Dalmatiam, Sclavoniam, Ungariam, Moraviam, Misiam, Celticam, Tyrtheniam, Arabiam felicem. Ex urbibus Toletum Hispania, Volaterras, Mutinam, Narbonam, Avenionem, Coloniam, Agrippinam, Studgardiam, Rotenburgum, Taberinum, Iudenburgum, Budam, Caschoviam. *Misera misia.*

Capricornus.

Decimo ♋ habet ex regionibus Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Bosphoram, Albaniam, Bulgariam, Greciam, Masoviam, Litvaniam, Saxoniam, Hessianam, Thuringiam, Marchiam Styria, Orchades Insulas, Indianam, Arrianam, Gedrosiam. Ex urbibus Iuliacum, Cleoniam, Bergam, Mechliniam, Gandavium, Oxoniā, Vilnam, Brandenburgum, Augustam Vindelicorum, Constantiam, Derrhonam, Faventiam. *Fr. berga Bava. q.*

Aquarius.

Vndecimo ♋ habet ex Regionibus Amazoniam, Sarmatiam, Tartariam magnam, Wallachiam, Russiam rubeam, Daniam, Suecia meridionalem partem, Westphaliam, Mosellanos, Pedemontium, Bavaria partem, Oxianam, Sogdianam, Arabiam desertam & Petraam. Ex urbibus Hamburgum, Bremam, Montem Ferratum, Pisaurum, Tridentum, Salisburgum, Ingolstadium. *Halberstadt. Rostock. Kopp. Sagh.*

Pisces.

Duodecimo ♋ habent ex regionibus Calabriam, Portugalam, Normandiam, Phazaniam, Nazomonitidem, Garamantes, Lydiam, Pamphylia. Ex urbibus Alexandriam, Sibiliam sive Hispalim, Compostellam, Parentium, Rothomagum, Vormatiam, Ratisbonam.

Atq. hæc de distinctione & familiaritate regionum & provinciarum terra cum signis cælestibus & Planetis, quæ non tantum conditio aeris exprimitur, sed & mores incolarum, vel convenientes inter se, vel etiam dissidentes, pro Planetarum & signorum cælestium, vel consensu vel dissensu, ostenduntur, dixisse sufficiat.

CAPVT II.

De prognostico tempestatum generali quod sumitur ex dominis anni.

PTolomaus, quem omnes sani & docti Calendariographi merito sequuntur, lib. 2 quadrip. cap. 10 inquit: Conveniens ac naturale mihi videtur ad annuas inspectiones, quatuor principia cōstituere, observatis & præcedentibus conjunctionibus ☉ & ☽, & plenilunij, præsertim defectivis: Atq. ita iudicium facere ex ♃ principio de statu veris: Ex ♌ principio de æstate: Ex ♍ de autumno: Ex ♎ de hyeme. Quibus verbis Ptolom: hoc nobis præceptum tradit, ut pro generali tempestatum prognostico ad quamlibet anni quartam, duo constituamus cæli themata: Primum ad ingressum ☉ in punctum signi primum sive æquinoctiale sive Tropicum: Secundum ad novilunium vel plenilunium proximè antecedens: Nos & tertium jungendum

*Cygnæa, Finibz Hr. 2m.
d. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 1641.
Hala Saxonia. Berolinu.
Marpurgum.*

dum esse statuimus, ad novilunium vel Plenilunium similiter proxime subsequens ingressum ☉ in signum Cardinale, maximè si sint Ecliptica. Cumq; 4 sint anni quarta, & ad unāquāq; tria themata erigantur, erunt in uniuersum themata cœli 72, quibus ad generale iudicium opus est: Ex quibus tamen quatuor, quæ ad puncta Cardinalia constituuntur, imò perfectâ à Cardano vocantur, in comment. super dictum locum Ptol., quandoquidem tempora ingressuum exacte haberi non possunt, & in eiusmodi thematibus sicut tantummodo Planetarum perpenditur: Reliqua perfecta, cum magis precise tempora noviluniorum & pleniluniorum constant.

Porro vocamus thema illud, quod ad ingressum ☉ in ♀ conformatur, revolutionem anni: quandoquidem eo tempore quasi novus annus incipit: & vires astrorum in hæc inferiora, pro proventu frugum & aliorum in anno accidentium, quasi de novo examinantur & perpenduntur, non aliter ac in natiuitatib. quid nato per subsequentes annos eventurum sit, considerari solet ex thematibus revolutionum, quæ eriguntur ad locum ☉ qui est in radice.

Ad cognitionem autem revolutionis anni, ut & reliquorum ingressuum ☉ in cardinalia signa, hoc modo peruenitur: Ex præceptis 2 partis, primo iuxta cap. 3 inquiratur hora & minutum, quo Sol ingreditur in cardinalis alicuius signi initium: Et ad id tempus reliquorum Planetarum motus colligantur. Postea ad idem tempus prius apparens factum, & si opus est, propter Meridianorum diversitatem, reductum, erigatur per præcepta capituli 2 secundæ part: figura cœli, cui non tantum Planetæ, sed & stellæ fixæ insigniores inserantur, & erit absolutum thema cœli ad ingressus.

Similiter cum lunationibus procedendum. Animaduersis enim lunationibus, quæ proximè ingressus ☉ in signa antecedunt & sequuntur, tempora earundem ex Ephemeridibus annotentur, ac primum quidem, quia æqualia sunt, apparentia reddantur; postea quoq; si opus est ob meridianorum diversitatem reducantur: Et ad ea themata cœli erigantur. Presentibus verò ad manum thematibus, singulorum thematum sive revolutionis sive lunationum iuxta tabulam hanc dignitarum, quæ tota ex cap. 4 præcedentis membri desumpta est: Primo quaeratur Almuten seu Dominus & dispositor: Ad quam rem adhibeantur prima & 10 domus. Item duo luminaria ☉ & ♀: Ptolomeus etiam Cardinem, qui sequitur Lunam in lunationibus aut Eclipsibus, adhibet.

Revolutio
anni que di-
catur.

Quomodo
revolutio an-
ni inquirat-
ur.

Tabula dignitatum essentialium.

Signa Zodia.	V	IV	III	II.	I	V	IV
	Domus Planetarū in Zodiaco	Exaltatio	Triplicitates Planetarum.	Termini seu fines Planetarum in signifero quos approbat Ptolemæus	Decani signorum		
			Di: No: Pa:	Gr: Gr: Gr: Gr: Gr:			
♈	♂ D	☉	☉ ♃	♃ 6 ♀ 14 ♀ 21 ♂ 26 ♀ 30	♂ 10 ☉ 20 ♀ 30	Cum Planeta in nulla barum dignitatum constituitur peregrinus appellatur & habet debilitates.	♂
♉	♀ N	☽	♀ ♃ ♀	♀ 8 ♀ 15 ♃ 22 ♀ 26 ♂ 30	♀ 10 ☽ 20 ♀ 30		♀
♊	♀ D		♂ ♃ ♃	♃ 7 ♃ 14 ♀ 21 ♀ 25 ♂ 30	♃ 10 ♂ 20 ☉ 30		♃
♋	♂ N. & D.	♃	♂ ♃ ♂	♂ 6 ♃ 13 ♀ 20 ♀ 27 ♀ 30	♀ 10 ♀ 20 ☽ 30		♂
♌	☉ D & N.		☉ ♃	♂ 6 ♀ 13 ♀ 19 ♃ 25 ♂ 30	♂ 10 ♃ 20 ♂ 30		♂
♍	♀ N	♃	♀ ♃ ♀	♀ 7 ♀ 13 ♃ 18 ♀ 24 ♂ 30	☉ 10 ♀ 20 ♀ 30		♀
♎	♀ D	♃	♂ ♃ ♃	♂ 6 ♀ 11 ♃ 19 ♀ 24 ♂ 30	♂ 10 ♀ 20 ♃ 30		♂
♏	♂ N.		♀ ♃ ♂	♂ 6 ♃ 14 ♀ 21 ♀ 27 ♀ 30	♂ 10 ☉ 20 ♀ 30		♀
♐	♃ D		☉ ♃	♃ 8 ♀ 14 ♀ 19 ♀ 25 ♂ 30	♀ 10 ☽ 20 ♀ 30		♃
♑	♂ N	♃	♀ ♃ ♀	♀ 6 ♀ 12 ♃ 19 ♂ 25 ♀ 30	♃ 10 ♂ 20 ☉ 30		♂
♒	♂ D		♂ ♃ ♃	♂ 6 ♀ 12 ♀ 20 ♂ 26 ♀ 30	♀ 10 ♀ 20 ☽ 30		♂
♓	♀ N	♀	♀ ♃ ♂	♀ 8 ♃ 14 ♀ 20 ♂ 26 ♀ 30	♂ 10 ♃ 20 ♂ 30		♀

Quomodo eligatur Dominus anni. In electione autem Domini hac observentur Ptol: verba, qua extant cap: 7 lib: 2 Quadrip. Quæcunq; stella erratica pluribus dignitatibus utriq; loco (nempe primo antecedentis conjunctionis vel oppositionis Eclipsata, seu > quam potissimum consideramus, nos & sequentem jungimus, & secundo hanc sequentis cardinis) associabitur, ea sola dominationem occupabit.

Si vero cum eademq; stella dominium utriusq; loci sortita non fuerit, præferetur quidem defectivi loci seu ♂ vel ♀ Dominus, (Dominus nempe >) sed assumetur etiam ille, qui præ cæteris utriq; loco pluribus modis, de præscriptis (nempe domo, exaltatione, triplicitate) adjungi videbitur.

Sed multis dominationem sibi vendicantibus, propter æqualitatem respectus ad utrumq; locum, præponetur reliquis, vel cardinalior, (id est qui in feliciore angulo, ut in prima vel 10 domo) vel potentior, vel qui maioris conditionis sectæq; fuerit. (Præfertur nempe velox retrogrado, Orientalis Occidentali. Domus exaltationi, Exaltatio termino, &c.) Hac modo ubi ex thematibus constitutis ad ingressus

gressus ☉ in 4 Cardinalia signa ♃, ♄, ♀ & ♁: Et ad lunationes proximè precedentes, & sequentes ingressum ☉, in ista signa; dignitates Planetarum conquesta fuerint, consignabuntur characteres Planetarum omnium, illisq; 12 numerorum ordines subscribentur, & in singulorum numeri seorsim in unam summam conijciuntur. Qui enim inter hos fortissimus fuerit, erit anni Dominus; Particeps verò & socius domini censetur, qui numero dignitatum proximus est.

Tandem ut dextrè iudicemus de efficacia Domini anni, simul consideranda erunt omnia, quæ deinceps sumus tradituri.

Annotant autem passim autores quadam generalia præcepta, quæ hic consideranda sunt: Quorum primum & maxime generale est: Dominus anni benè positus in themate revolutionis, significat fortunam

& prosperitatem illo anno. Infeliciter verò positus, difficultatem, pericula & anxietates minatur; illis in primis terræ tractibus & locis quibus præest. Præest autem illis, quæ subiacent signo ipsius, in quo existit.

2 ☽ cum præfuerit anno absq; aspectu ♃, vel Planeta frigiditatem ipsius temperantis, frigus intensum eo anno significat, quod & bruta animalia interimit & terræ nascencia impedit, maxime cum fuerit ascendens à medio circulo suæ augis, seu in Eccentrico. Leupold. tract. 6 de mutatione aeris. Et Albumasar capite 5 lib. 4, qui & addit quod hæc quidem in Septentrionalibus regionibus expectanda sint. Sed in Australibus locis aestu ☉ fervidus, in tantum infrigidat auras, ut temperies sit futura animalium vitæ & germinum ubertati conveniens. Facit etiam ☽ immutationes ac diversitates in aere, terræ motus, nives, ac pruinas & frigora immensa; Cardan: Tempore enim caloris minuit calorem, & tempore frigoris auget frigus, Hali cap. 26 lib. 8. de iudicijs astror.

3 ♃ absq; aspectu alterius vel etiam cum Sole, aerem temperat & ventos Septentrionales efficit, mediocres tamen, ex quibus animalia & semina confortantur. Leupoldus proposito tractatu. Et Albumasar dicto capite.

4 ☽ cum præfuerit anno absq; aspectu ☽, vel Planeta infrigidantis, hyemis frigora contemperat; Æstatis calorem auget, & eo magis si in calido signo sit & ascendat in suo circulo. Hinc sequitur, ut in terris frigidis fiat confortatio seminum & animalium, in calidis vero destructio. Leupold. & Albumasar. Mars quoque dominus anni, significat Æstus, incendia, fulgura, grandines, bella. Ac si in revolutione anni sit in signo proprio, multum pluit, in domo ☽ parum, in alijs mediocriter. In primis verò abundant pluvie, si ☽ ex ♀ Venerem intueatur. Leupold. & Albumasar.

5 Sol variat anni quartas secundum conjunctiones & aspectus Planetarum calidorum vel frigidorum ad eum. Saturnus namq; cum Sole in hyeme absq; aspectu ☽ auget frigus, in estate calorem minuit, & eo magis in signis frigidis, Operatur enim ☽ fortius, in signis frigidis; Et ☽ in calidis, Leupold.

6 Venus

Aphorismi
ex quibus iudicatur quid dominus anni portendat.

☽

♃

☽

☉

- 6 Venus cum præſt anno, in vere & hyeme humiditatem auget. In æſtate & autumno ſiccitatem minuit & releuat, maxime in ſigno humido, & dum eã Planeta ſicus, minime afficiat. Albumaſar.
- 7 Mercurius anni Dominus, qualitatem aeris variat, Corrupt ventos, maxime in humidis & ventofis ſignis. In calidis vero & ſiccis ſiccitatem adauget. Leupold. & Albumaſar.
- 8 Luna quolibet mense naturam & qualitatem aeris commiſcet & temperat, ex coitu Solis, quemadmodum & Sol idem efficit in anni quartis. In primo tamen Lunationis quadrante, per ſe calida eſt & humida: In ſecundo calida & ſicca: In tertio frigida & ſicca: In quarto frigida & humida. Albumaſar. Quod ſi in revolutione anni, ♀, ♁ & ♃ in humidis ſignis fuerint pluvia redundabunt. Si ♃ aſpiciat Venerem & ♀, & ambo ſint Orientales, in principio anni erunt multa pluvia, ſi Occidentales contra, Leupold.

De tempore quatuor anni quartarum. Ad iudicium quoque generale pertinet, ut præter quartarum anni naturales qualitates, poſitum etiam ſtellarum in ſingulis anni quartis conſideremus. Inde enim certius, de totius anni temperie, prognosticon eruitur. Dependet autem proprium cuiusque anni quarta temperamentum, poſſimum à Solis accessu & recessu à vertice noſtro, & à ſignorum ſtellarumque fixarum naturalibus effectibus: Eſtque regulariter in ſingulis anni quartis tale:

Ver.

Tempus quartæ Veræ calidum eſt & humidum. Tunc enim Sol & vertici propior fit, & ad ſtellas natura calidiores accedit, ſpirant etiam venti ſicciores, qualis eſt Subſolanus ſeu Favonius, quibus humores ſuperflui conſumuntur, ſemina terræ convenienter mandantur, & terra ad generationem extimulatur, protrudunt arbores gemmas, flores, folia, & terra gramine & herbis veſtitur. Quia vero ſegetes recens enatae, rigatione requirunt, oriuntur mane cum Sole Pleiades, Hyades, Orion, Veſperi Arcturus ſtelle tempeſtuoſe & humide, quæ cient pluvias & ſtatus humidos. Tandem in ♃ Sol exiit calor temperatum, primis ſerinum geminibus convenientem.

Æſtas.

Æſtivum tempus calidum eſt & ſiccum, ſub cuius quidem initium oriuntur ſtelle fixæ in ♃, præſepe, aſelli, & aliæ vim humectandi habentes: unde accessu ☉ ſtimulatae pluvias cient, ad promovendum incrementum frugum. Poſtquam vero res terra naſcentes iuſtum ſunt conſequuta incrementum, & ad maturationem opus eſt calore, accedit Sol ad ſignum calidum ♃, oriuntur Syrius & Procyon ſtelle calide. Ingens igitur excitatur calor, ad quem temperandum Etheſiæ diurno tempore ſtant. Poſtea deducto Sole ad ♃, idem calor paulatim mitigatur, & Ortus Arcturi rursus adfert pluvias.

Autumni

Autumni qualitates sunt frigiditas & siccitas. Remittit enim desinente estate calor: Et licet cadant pluvie secunda, ut nve succum hauriant uberiores, & satio hyberna sit commodior: Residuus tamen in aere calor, qui & Sole accedente ad stellas natura aliquanto calidiores in \mathbb{P} nonnihil intenditur, reliquum humiditatis statim educit, terramq; ad subsequentem hyemem fovet, ne frigus subito superveniens ledat semina, & hybernā segetem.

Hyems tandem frigida est & sicca, quo tempore terra quiescit, ut vires estate exhaustas aliquomoto recolligat: unde hyems terram plerumq; constringit, nive tanquam veste tegit & calefacit, aut copiosis pluvijs reficit. Nix enim & gelu salutaria sunt frugibus, & faciunt fecunditatem. Post ultima sui parte in fine \mathbb{X} & \mathbb{A} novis statibus terram reserat, & verno tempore preparat. Atque hoc est generale & proprium temperamentum singularum quartarum anni, quod in μετεωρολογια semper considerandum est, ne hyeme flores, æstate glaciem prædicamus.

Ad positum verò stellarum quod attinet, in singulis anni quartis, Regule de regule quædam passim apud autores inveniuntur, qua hic consideranda sunt. Planetarum constitutione in singulis anni quartis.

I. Quandocunq; \odot ingrediens æquinoctiale vel Tropicum signum, ad stellam nature calidæ pervenerit, qualis est \mathbb{J} vel \mathbb{Z} , vel stellas fixas insigniores de natura \mathbb{J} vel \mathbb{Z} , calidior significatur constitutio per istam anni quartam. Quod si ad stellam frigide nature accesserit, ut \mathbb{H} vel \mathbb{S} , aut stellas fixas de horum natura, aut etiam per aspectum eis copuletur, significatur frigidior aeris status. 2. Reliqui quoq; Planete iuxta suam qualitatem anni quartam afficiunt; ut in vere \mathbb{Z} & \mathbb{J} coniuncti, significant Vernalis tempus sic cum & calidum futurum, cum aliàs sit humidum temperatum. In estate significant ardentissimum Solem. In autumno Vernam quasi constitutionem. In hyeme frigus remissus & languidus. 3. Planete tres superiores in signis Septentrionalibus, aerem quoq; tepidiorum futurum arguunt, illa anni quarta, qua hoc modo constituti reperiantur. In signis verò Meridionalibus contrarium significant. 4. \mathbb{H} in proprio suo domicilio, \mathbb{L} vel \mathbb{X} in themate hyemali constitutus, intensum & inusitatum portendit frigus. In themate æstivali remissior est. In Vere siccitatem auget, teporem mitigat. In autumno etiam auget siccitatem, & intendit frigus. Idem præstat \mathbb{H} Mercurio copulatus. 5. Planete & stelle quæcunq; si contrarijs & pugnantibus qualitatibus sint præditæ, & vel corpore vel aspectu iungantur, temperiem efficiunt, & quasi mixturam in aere, ut inde evadat quedam mediocritas. Veluti si \mathbb{H} & \mathbb{J} coniungantur. 6. In quarta æstiva, si quinq; Planete sint directi, propter eorum infrigidationem, æstas eadem erit decora, non nimium calida. Si retrogradi, erit intense calida. Retrogradi enim Planete calefaciunt, directi infrigidant. 7. Planete combusti in quarta æstivali, faciunt caliditatem & tonitrua plurima. 8. Sol in termino \mathbb{J} , in estate calorem auget, in hyeme verò & vere siccitatem. 9. In autumno si omnes Planete sint retrogradi, & in hyeme dirigantur, erit siccitas summa in omni Climate. 10. Pla-

10. Planeta combusti in quarta autumnali, frigus faciunt atq; humiditatem. 11. Cum Sol intrat 18 grad. m. si tunc ♀ in aqueo signo fuerit, erunt pluviae ad submersionem. Occidunt enim tum hyades Vesperis. 12. Cum Sol tropicum ingreditur signum, si Venus tunc ex humido signo Lunam aspexerit in humido quoq; constitutam, erant pluviae multae. Si vero Luna tunc non fuerit in humido, sed Venus tantum, sit grata temperies. 13. Planeta combusti in quarta hyemali, faciunt nubila & ventos meridianos. 14. Venus retrograda & Orientalis, Sole existente in ♄, ☿ & ♃, in Vere dat imbres paucos, in principio vero hyemis, dat pluvias paucas, at in fine multas, nisi stella alia occurrat Soli vicinior vel affinior. 16. Si Soli a ♄ in ♋ procedenti, in hyeme nempe, unicus tantum retrogradus Planeta iungatur, siccitas erit: Si duo, humiditas congruens: Si tres, humiditas exuberans: Si quatuor, fiet diluvium. De Planetis tamen superioribus hoc intelligendum est, non nisi per aspectum. Nam licet veniant ad Solem superiores, nunquam tamen retrogradi cum eo iunguntur.

Cautela necessaria.

Notandum quoq; hoc in loco est, Astrologos ex conventu Planetarum insignis humidis prodigiosas solere pluvias praedicere: frequenter tamen cum magna Astrologiae infamia: quemadmodum Anno 1524 Ioannes

Stöfflerus excellentissimus Mathematicus & peritus Astrologus praedixit diluvium penè universale, propter conjunctionem magnam omnium ferme Planetarum, quae tunc praecedebat aequinoctiam vernam in ♋, cum eo tempore, quo metuebatur diluvium, summa & gratissima fuerit serenitas. Ac fuit tum thema caeli, ex quo praedixit diluvium, tempore plenilunij, ad diem 19. Feb. Hor. o, 25'. P. M. Anni 1524 huiusmodi.



Hanc

De Lunationum iudicio speciali.

Requisita
necessaria ad
iudicium lu-
nationum.

Cum in specie ad singula novilunia, plenilunia, & quadraturas, prognosticum tempestatum conficiendum est; tum primo ad tempus Syzygiae in Ephemeride annotatum, apparens factum, atq; si opus est, ad locum propositum reductum, constituitur figura caeli. Postea dominus thematis eligitur, juxta praeccepta praecedentis capituli, & in dubia electione praefertur is, qui in loco luminaris, quod est supra terram, ut quidam volunt, aut Luna, ut sentit Ptolomaeus, aut angulis, praecipue qui Lunam sequitur, dignitate praecedit & eminent. Tertio perpenduntur, huius domini ejusq; signi, & signi quod Luna occupat, qualitates. Positus item huius domini in themate, ejusq; & Luna latitudo.

4. Annotantur aspectus primo Planetarum inter se absq; Luna, aut cum Domino thematis: Deinde Luna ad Planetas. Quando enim D venit ad radios Domini thematis, aut Planetarum angularium, praecipue sese ostendit significatum ejus Planetae. 5. Consideratur ortus & occasus fixarum, coincidens singulis diebus. 6. Examinantur transitus Planetarum per fixas tempestuosas, plejades, hyades, asellos, &c. praecipue vero D, ♀, ♂ & ♃. 7. Perpenditur tempus anni, ut congruentia suis quartis & usitata praedicamus. Grandines quidem in Aprili, & Octobri, Nives in hyeme, In aestate tonitrua. 8. Consulitur experientia & observatio pro nostro horizonte: Itē Regula Eudoxi, quā recitat Plinius circa finem, cap. 47. lib. 2: Redire easdem vices quadriennio exacto, non Ventorum modo, Verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et tandem 9. Observantur etiam Eclipses, Cometae & aliae generales constitutiones, quae nonnunquam mitigant speciales.

Vnde tempus
mutationis
tempestatum
sumatur.

Tempus verò etsi iudicatur in genere. 1. quidem ex Luna applicatione ad corpora vel radios significatorum, quae qua die & hora fiat in Ephemeride annotatum habetur. 2. Ex perambulatione Planetarum per fixas tempestuosas, & natura signi in quo versantur. 3. Ex ortu & occasu fixarum. Tamen quidam ut in specie illud determinent, dirigunt ascendens thematis lunationis ad dominum ipsius thematis, aut ad Planetas in angulis, accipiendo pro 13 gradib. & 11 minutis, qui sunt motus medius D diurnus, diem integrum. Ac tum fit aeris mutatio, pro natura Planetae, ad quem Luna venit. Notandum quoq; quando Luna vel alius quissiam Planeta, vel corpore, vel opposito radio transit gradum ascendens Lunationis, fieri mutationem aeris.

Et autem cuiusmodi aeris mutatio expectanda sit sciatur, naturam signorum & Planetarum, ac quoscumque ex constitutione horum maxime rationabiles colligunt passim Astrologi Aphorismos, breviter hic annotabimus.

Natura & effectus signorum ex trigonis.

Primum ergo quod ad naturam signorum, quae ex trigonis sumitur, attinet. Ignea signa ♃, ♁ & ♄, quando praedominium habent in Eclipsi, aut aliqua insigni configuratione, significant tempore aestatis caliditatem, nam & aestum intensum: In hyeme autem temperamentum & frigoris nonnullam remissionem. Terrea ♅, ♆ & ♇ natura liter frigoris significant, in hyeme intensius, in aestate vero calorem remissionem. Aquea ♈, ♉ & ♊ pluvias faciunt, atque in vere & autumno aliquando grandines: Aerea ♋, ♌ & ♍ temperamentum aeris significant, in primis si ♎ & ♏ ea occupent.

Postea quod ad imagines seu Asterismos signorum, quos faciunt stelle fixae attinet, constat ex Catalogo qualitatum fixarum stellarum Stadij, quem calculi Tabularum Bergensium adjunxit, & ex Ptolom. lib. 2. quadrip. cap. 11. hanc esse naturam imaginum Zodiaci.

De operatione asterismorum in aen-
dis tempesta-
tibus.

Arietis prioris partes in aëras & ventos movent, minores tamen quam seculo Ptolomei. Sol enim principium ♈ permeans, magis calefacit, & aerem purificat, quam illo seculo; unde & nubes generantur. Mediae temperatae sunt, inclinantes aliquomodo ad siccitatem & calorem. Extremae, aestuose sunt, plus tamen quam seculo Ptolomei, verum minus pestilentes. Sunt & stelle Boreales in ♈, de natura ♁, ♃, & ♄ aestuantes, & noxiae. Australes ob Ceti stellas Saturninae glaciatae sunt & subfrigidae.

Tauri prioris partes, ubi Pleiades videntur, turbulenta sunt, ventosa & nebulosa, minus tamen quam seculo Ptolomei. Mediae sunt humidae, & in calore temperatae, plus quam olim. Ultima ubi hyades existunt, tonitruosa sunt, igneae & fulgurose plus quam olim. Porro spacia Boreum temperiem habet, quia stellis temperatis constat. Australe est instabile & incertum, propter stellas Martiales, quibus & Venereae & Saturninae: Item ♃ & ♄ naturam referentes, commiscetur.

Geminorum prioris partes humidae sunt parumper & noxiae, hoc seculo quoque. Mediae sunt temperatae, sicciores tamen quam olim. Posteriores mixtae, ad siccitatem declinantes. Borealis pars movet ventos, & terras concutit. Australis ariditatem & aestum efficit.

Canceri primae partes iuxta praesepe, terras concutunt, & caliginem offundunt. Mediae sicciores & calidiores sunt. Extremae admodum siccae. Ceterum tam Boreales quam Australes partes noxiae sunt & aestuose.

Leonis prioris partes suffocantes sunt & pestilentes, ut olim. Mediae temperatae, parum ad humiditatem declinantes. Extremae temperatae, modice calidae, & modice humidae, ut ut olim siccae & noxiae fuerint. Porro pars Borealis ignea est & instabilis. Austrina humida.

Virginia

♈

♉

♊

♋

♌

Virginis principium calidiusculam & noxium est, minus tamen quam olim. Modestum temperatum Finis aquosus, plus quam olim. Est & Borea pars ventosa, ob stellas Mercuriales: Austrina vero temperata.

Libra primæ partes temperate sunt, plus sicca quam olim: Media quoque temperata, Extrema aquosa. Pars Borea ventosa est. Austrina sicca & Pestilens.

Scorpij priores partes nives producunt. Media temperate sunt, sed humidiores tamen quam olim. Extrema turbulenta. Pars Borea aestuat: Australis humectat.

Sagittarij prior pars humida est, & frigidior quam olim. Media temperata ad frigus declinans. Extrema ignea. Pars Borea Ventosa est: Austrina inconstans & humida.

Capricorni priores partes aestuant & nocent. Media temperatiores sunt: ultima pluviosa. Caterum tam Borealis quam Austrina pars humida est & noxia.

Aquarij priores partes humide sunt. Media temperata, & extrema Ventosa. Borealia aestuant: Australia nives producunt.

Pisium priores partes olim fuerant temperate, nunc paulo frigidiores sunt. Media partes humide sunt, & plus quam olim. Posteriores olim aestuabant ita & nunc, sed paulo minus. Pars Borea est ventosa. Australis aquosa.

De natura

Planetarum.

Adhuc de signis, reliquum est ut similiter Planetarum naturam videamus.

Saturnus igitur, quia longe frigidior est quam siccus, ut ostensum supra, efficit nubes & aeris frigiditatem, maximè tamen in signis terreis. In angulo quoque mediæ cæli, in dignitate sua quadam constitutus, tempore caloris minuit calorem, tempore frigoris verò magnum affert frigus. Remotus ab angulis non multum mutare potest aerem. Hæc parte 8 cap. 26. Quando quoque Saturnus de signo in signum transit, per plures dies sunt in cælo ignita signa.

Iupiter ob caliditatem & siccitatem parens serenitatis statuitur, qui producit serenitatem aeris, ac ventos serenantes à Septentrione.

Mars quia calidus est & siccus in excessu, caliditatem quoque & siccitatem efficit. Dominus tamen iudicatur imbrium, tempestatum cum tonitru, grandine, coruscatione in primis in signis pluviosis & apud stellas pluviosas. Stadius in tabulis Bergens: cap. 7. seu fol. 200 scribit se observasse quod ☿ & ♃, aut etiam solius Martis per Pleiades transitus, aliquot diebus pluviosam effecerit tempestatem. Sol causa est caliditatis, sed pro respectu & ad suum signum & alios Robur maximum ☉ facit grandines, minimum pruinas & nives, mediocre pluvias. Iuvant autem extrema utraq; venti validi.

Venus humida est & frigida temperatè, vel etiam calida nonnihil Astrologis, prædominante tamen humore. Mater enim pluviarum est, maximè in signis pluviosis.

Mercurius versatilis est natura & mutabilis, quia recipit naturam aut signi in quo est, aut Planete cui sociatur corpore vel aspectu. Pater tamen ventorum statuitur, & in aquaticis signis maximè sub radijs ☉ latens, pluvias repentinas cum magnis flatibus excitat: In signis aereis facit tonitrua & fulgura.

Luna

Luna per se quidem, ut dictum supra, frigida est & humida, sed variat efficaciam, primo pro aspectu ad Solem. Nam cum digreditur à Sole, & minus suscipit lumen seu crescens est, magis exsiccat: Cum accedit ad Solem & decrescens est, magis humectat. 2. Pro aspectu ad alios Planetas siccos vel humidos. 3. Pro signo, in quo versatur. 4. Pro fixis stellis quibus associatur. 5. Pro latitudine sua. 6. Pro domo cæli. Plenilunia quoque æstatis frigida sunt. Hyemis verò temperata, nisi Saturni vis refragetur. Novilunia autem in æstate calida sunt. Hyberno tempore frigidissimas noctes afferre solent. In coniunctionibus serenitatem: In oppositionibus verò non tantum luminarium, sed & aliorum Planetarum, magis pluvias expectare oportet. Hæc de Planetis seorsim.

Aphorismi
generales
concernentes
tempestates

Quid vero in singulis signis significant, non opus est annotare, cum ex collatione facile appareat: Quosdam tamen generales Aphorismos subiiciemus, qui non parum iudicium futurarum tempestatum acuent.

I. Quando absides infortunarum, hoc est, apogea H & F in signis aqueis fuerint, in signis maxime in C & M , sicut inundationes. Cum in igneis, sterilitates & conflagrationes: constitutione Cum in terreis, terræ motus maximi, præsertim in locis maritimis: Cum in æreis, lues, & concursus. Oportet autem & stellas fixas, apud quas sunt malefici, apogei locis consimiles esse.

II. Calanitates non fiunt, nisi prædominantibus infortunis. Unde in X vel D , inundationes multum periculose fieri nequeunt, quia Luna domina est D , & Iupiter Piscium.

III. Magnæ mutationes æris non fiunt, nisi adsit unus superiorum H , vel Z , vel F , coniunctione vel aspectu. Sed si Sol cum inferioribus, vel ipsi inferiores inter se conveniant, sine fixis magnis, aut parum, aut non diu qualitatem æris mutant, nisi in congressibus O & J ista contingant.

IV. Cum validæ constitutiones ac contrariorum Planetarum sese offerunt, venti contrarij excitantur: unde imbrium congregatio, nix & grando proveniunt.

V. Omnes magnæ constitutiones in hyeme ad nives proclives sunt, & in vere ad ventos, in æstate verò ad grandines.

VI. Nix maxime fit ab humido subtili: Et ideo à calidis Planetis ac signis iuvatur & multiplicatur. VII. Planeta veloci motu suo siccitates inducunt: Stantes ventos: Retropedantes aquas.

VIII. Planeta in summitatibus Eccentricorum suorum constituti, minus calefaciunt: Descendentes verò ad fundum Epicycli atque Eccentrici sui, calefaciunt magis.

IX. Infirmus Planeta, significat pluvias. Robustus, siccitatem. Iudicatur autem infirmus, Occidentalis, retrogradus, tardus, item combustus, præter Martem, qui combustus siccitatem auget.

X. Planeta non immutantur à stellis fixis, iuxta temporum rationem, sed roborantur, id est duplicatur eorum virtus: Sole tamen & Luna exceptis. Nam luminaria, quando ad alias fixas deferuntur, pro eorum natura variant effectus.

T

XI. Cum

XI Cum fuerint calidi & humidi Planeta cum stellis calidis & humidis, vel signis similibus, calidis nempe & humidis, turbulentum, astuosum, ac insalubrem aërem efficiunt. Nebulosa vero stella tempus quoque efficiunt nebulosum.

XII. Serenitas à Sole ac tribus superioribus H, Iove & Marte. Imbres ab inferioribus oriuntur: Ideoque serenitas cum magnis caloribus & frigoribus est. Imbres vero omnes tepidi sunt.

XIII. Ex superioribus nullas præter Martem pluvias; ex inferioribus nullus præter Mercurium, siccitates facere potest.

De apertione portarum.

XIV. Apertiones portarum, valvarum, cataractarum; quibus novam, peculiarem, & evidentem aëris ad tempestates, Ventos, pluvias & nives, mutationem intelligimus; fiunt, quando vel Planeta quorum domus sunt opposita, & contraria quasi natura sociantur; aut corpore, aut aspectu etiam ☐ vel ☽ iunguntur. Vel quando Luna ab uno illorum, illorumve aspectu fertur ad alterum, vel alterius aspectum, cuius est contraria natura. Et hoc ita maxime efficax est, si illi Planeta quoque sese mutuo aspiciant. Sunt autem tres gradus talium copulationum ad apertiones portarum. Primus H ad luminaria. Aquarius enim domus H opponitur Leoni domui ☉: Et postea J opponitur ☽ domui Luna. Secundus Iovis ad ♃, quia ♃ & ♀ opponuntur. Tertius ♃ ad Venerem, quia ♀ & ♃ quoque opponuntur. Atque hæc constellationes magnas mutationes efficiere solent. Qualis vero Saturni & luminarium est effectus in aëre turbido ad frigus, grandines & nives, talis Iovis & Mercurij est effectus in ventu. Martis & Veneris in nubibus, fulgure & imbribus. Fit enim mutatio potissimum secundum naturam superioris Cardano.

Planeta domini Lunationis cuiusmodi tempestates portant. H

Ceterum ut sciatur, quid Domini thematis in quavis Lunatione significent, primum quidem de singulis seorsim, postea & de consociatis agemus.

Quando ergo H Dominus est thematis alicuius lunationis, tum significat qualitatem aëris, pro ratione quartæ anni Saturninam, nubes densas & spissas caliginosas aëru turbationes, frigora, grandines, item gelu & nives, magnas nebulas. Cum felicibus vero aspectibus Iovis, etiam serenitatem in hyeme, quod ventus eius sit serenus.

Quando ♃ dominus est, tum de natura Iovis maxima ex parte serenum & tepidum aërem animantibus salubrem denotat.

Mars dominus thematis, generaliter significat siccum aërem, & ardentiores aestus, præcipue in II: Et reliqua secundum suam naturam.

Sol significat auram calore mediocrem & siccioram aliquanto.

Venus & ♀ humiditatem promovent. Veneris tamen dominium gratius & serenius est quam Luna.

♃ instabilitatem aëris significat, & tempus ventosum. Necessè verò est, ut aliæ quoque significationes simul considerentur, in primis anni quarta. Multum enim in singulis his significatis mutatur, ratione quarta anni, & concurrentibus aspectibus.

H cum

Et cum Iove thematis domini, praesertim coniuncti, quae coniunctio vocatur magna, De Plane-
 secundum qualitatem signorum Zodiaci & fixarum, iuxta quas fit coniunctio, multis cōlocia-
 diebus afficit aerem, vel serenitate, vel pluvijs, vel ventorum commotione. Ac in primis, tis.
 si luminarium similis aspectus accesserit. Hinc in signis igneis magnam siccitatem parit: De ♃.
 In humidis continuas inundationes, & particularia diluvia. Et etiam Iovi per aspectum
 iunctus, in signis humidis grandium mutationum aeris causa est: Pluvias enim cum
 ventis & grandinibus per plures dies ante & post operatur. Et cum Marte in humidis,
 pluvias cum grandine facit tribus fere diebus ante & post: In aestate magis grandines: In
 hyeme & Vere nives. Et cum Sole aliquot dies praecipue in aquaticis signis, frigidus &
 pluviosus dies facit. Et cum ♀ iuxta qualitatem signorum operatur: ut in humidis cum
 testimonio Lunae, facit frigus & pluvias. Et cum Mercurio etiam secundum qualita-
 tem signorum, in humidis pluvias, in siccis siccitatem facit. Et cum Luna in aereu, ut
 & in ♀ & ♃, auget frigus paucis diebus, per sepe & grandines facit.

Et quoque cum Planetis, pro signi ratione aerem commovet. Cum Marte enim in De ♃.
 signis humidis, pluvias salubres, ventos, tonitrua & coruscationes efficit. Ac quando
 pluviae significantur, addit tonitrua & fulmina. In igneis signis ♃ Marti apud sidera
 tempestuosa iunctus, etiam hyeme media grandines facit, alias vero nives. Et cum Sole
 praecipue in aereis signis serenat aerem: Parit & flatu ventorum salutarium & sereno-
 rum. In humidis etiam fecundas pluvias. Et cum Venere affert tempus iuxta naturam
 fortioris in themate. Fortior vero est, qui plures habet dignitates 1 quidem in loco &
 praecedentis aut sequentis, 2 in cardine sequente Lunam, 3 Velocior in motu, 4 propior
 absidi Eccentrici. 5 qui latitudinem habet magis Borealem. 6 qui dominatur luminari,
 quod est supra terram, aut in prima domo, etiam si neutrum sit supra terram. In genere
 vero Iupiter Venere iunctus, vel etiam eandem ☐ aut ☿ radio intuens, serenitatem af-
 fert. In aqueis tamen locis mitis & lenes pluvias nonnunquam efficit.

Mars cum Sole aestum & tenebrosum aerem, & insuper morbos facit, praecipue in De ♃.
 vere. Alias secundum signorum qualitatem agit, sed cum vehementia. In aqueis qui-
 dem imbres facit & tonitrua: In igneis siccitatem: Et regulariter combustus minuit
 pluvias. Cum Venere apertionis portarum causa est, & profusas, praecipue in signis hu-
 midis, pluvias movet. Cum Mercurio secundum signorum naturam facit: In calidis ca-
 liditatem: In siccis siccitatem: In aquaticis imbres. Proprie tamen ventos cum impetu
 ruentes producit, quandoquidem uterque impetuosus & vehemens est. In autumno gran-
 dines facit, in hyeme & Vere nives.

Sol cum Venere, proprie humidum tempus significat. Reliqua secundum signi in De ☉
 quo existit qualitatem operatur. Mercurio iunctus vel aspectu copulatus, generaliter ut
 reliqui secundum signorum naturam agit: proprie tamen in aereis ventos parit: In hu-
 midis pluvias.

Venus cum Mercurio iuxta signorum naturam agit: proprie tamen imbres facit. De ♀ & ☿.
 Cum vero applicationis ☽ ad Planetas eorumque aspectus, praecipua De ♃.

& quotidiana significatio sit: Omnium enim Planetarum vires Luna ad inferiora defert; Diligenter quoque attendendum erit, quomodo ejus vires sese exerant. In primis vero considerandum erit signum, quod Luna possidet. Secundo stella fixa quibus jungitur, vel aspectus ad eam, & Latitudo. Postea ex conjunctione & oppositione luminarium, quae includunt ingressus ☉ in cardinalia signa, iudicetur de tota anni quarta, & singulis quae easdem sequuntur lunationibus, generaliter. Tandem in singulis mensibus ex conjunctionibus, oppositionibus & quadraturis feratur iudicium de singulis hebdomadibus.

♄ cum ☾. Saturnus igitur dominator loci ☾, duplicatas habet vires, cum ☾ ad ipsum denuo applicat. Sic augetur frigus à Luna cum plena est, & Saturno vel corpore vel per aspectum copulatur. Cum vero Luna, vacua cursu Saturno iungitur, aut ipsum afficit, siccitas augetur. Luna cum Saturno temporibus siccis, pruina & uridinem generat. Humidis vero, diem nebulosum & frigidum affert. Simul tamen semper considerandum est, an futura sit aliqua apertio portarum.

♃ cum ☾. Iupiter Lune iunctus, vel ☐ aut ☌ radio copulatus, ut plurimum quidem iuxta signorum qualitatem operatur. Per se tamen serenitatem affert, & ventos Septentrionales parit, praecipue si sit lentus in motu. In ♃ aut ♄ toto caelo spargit alias nubes. Quod si Martis testimonium accesserit, facit cornuscationes. Si à Iove Luna ad Mercurium fertur, fit apertio portarum ad ventos.

♂ cum ☾. Mars cum Luna, quoque iuxta qualitatem signorum & stellarum quibus post applicat, operatur: Per se tamen facit nubes rubeas & Ventorum tumultus. Si ☾ à Marte ad Venerem iverit, fiet apertio portarum de natura Veneris, praecipue si pluviosi Planetæ attestentur.

☉ cum ☾. Configuratio Lune cum Sole non significat unum. Nunc enim serenitates, nunc pluvias, nunc ventos, nunc tranquillum aëris statum notat. A Sole tamen ad Saturnum immediate procedens Luna, facit apertionem portarum. Quando vero Luna iverit ex absidis opposito ad absidem, fueritque nodis Vicina cum nuboso sidere, vel in aspectu Saturni, imbres diuturnos commovet. Quarta quoque dies à conjunctione luminarium, ostendit plerumque, quid toto mense factura sit Luna: Quia tum se primam terra ostendit à conjunctione, quod & monet Virgil. in Georg. Et Plin. lib. 2. cap. 46.

Conducit etiam ad certiora tempestatum prognostica, non tantum fixarum stellarum observatio, quibus Sol & in lunationibus & extra easdem iungitur, & cum quibus oritur & occidit: Verum etiam naturae signorum diligens excussio. De quibus etsi antea in genere quadam diximus; tamen hic nonnulla peculiariter ex Cardano & Pitrate annotabimus. Primum ergo ♃, ♃ & ☌ dimidium, ventos movent: Reliquum ☌ & ♄ suavitatem aëris, & repentinos imbres efficiunt. ♄ tamen etiam ventos faciunt.

Et

Et hoc de vere. 2. ☽ & ♀ calorem magnum & grandines excitant: ☿ remittit calorem & imbres praestat: Et hoc de aestate. 3. ☿, ♀ & ♄ inaequalitatem aeris dant pro autumnno. 4. ♄, ☿ & initium ♀ aquas adaugent pro hyeme. 5. Humida signa sunt ☽, ♀ & ☿: His additur ♄ & ♃: Partes quoque signorum humida sunt finis ♄, principium ☽ & ☿: Finis quoque ♄ & initia ☿ & ♃. 6. Turbulenta & tempestuosa signa sunt ☽, ♀, ☿, ♀ & ♃. 7. Guido Bonatus referente Pitato fol. 36 Ephemerid: de signorum natura sic scribit: Loca pluviarum sunt ☽, ♀, ♄ & ☿. Prima medietas ♄ minus est infortunata: ultima plus frigoris quam pluvia significat. ♄ pluviarum significationem habet, & facit guttas grossiores, ut & prima facies ☽: ♀ maiorem facit imbrium multitudinem. Haec de Sole cum Luna in diversis signis.

Luna cum Venere imbres cum frigore facit: Inde si ad Martis coniunctionem vel radium feratur, affert portarum apertionem.) cum ♄

Mercurij ut saepe diximus operatio est secundum qualitatem signorum. Hinc quando Luna sociatur in signis humidis, imbres facit. A Iove vero ad Mercurium Luna procedens, ventorum portam aperit, maxime si attestentur ♄ & ♃, ☿ vel ♄ radio.) cum ☽

CAPVT IV.

DE VENTIS.

Cum magna sit vis ventorum in mutandis tempestatibus, breuiter hic doctrinam eorundem proponemus. Venti 4 Cardinales.

Sunt autem Venti quatuor Cardinales, qui à 4 mundi cardinibus spirant. Subsolanus quidem ab ortu. Favonius vel Zephyrus ab occasu. Auster à meridie: Et Septentrio à Boreali plaga.

Mediani sunt totidem: Borrhapeliotes medius inter Borealem & Orientalem plagam. Notapeliotes medius inter Orientalem & Meridionalem plagam. Notolybicus medius inter meridiem & occasum: Et Borrholibicus medius inter occasum & Borealem plagam. Atque hi principales vocantur: Reliqui, quorum à recentioribus numerantur adhuc 24, minus principales appellantur, & dividuntur in Laterales & Collaterales. 4. Mediani.

Laterales sunt octo: Aquilo, Cæcias, Eurus, Phœnix, Libanus, Africus, Corus & Circius. 8 Laterales.

Collaterales sunt 16, qui Meso & upo nominibus, adiectis ipsis lateralibus, per compositionem insigniuntur. Collaterales 16.

Est enim $\mu\epsilon\omicron\Theta$, quasi intermedius, inter principalem & lateralem: upo
verò dicitur ab $\upsilon\pi\omicron$, quod quasi laterali subiectus sit. Hinc sunt hæc no-
mina, Mesquilo, upaquilo, Mesocæcias, upocæcias, Meseurus, upeurus, etc.
Horum autem ventorum situm & nomina petere vel ex Cardani com:
super cap. 12 lib. 2 quadrip: Prol: vel ex Quadrato Nautico Gemma Fri-
sij licebit.

Venti specia-
les.

Sunt quidem & alij venti speciales ex contrarijs mixti, qui ori-
untur, quando diversi significatores radios conjungunt, ut Typhon,
Ecnephas, Turbo, Præster: Sed de his libelli Meteorologici Physico-
rum præcipiunt. Nos hic breviter eorundem naturam & causas Astro-
logicas considerabimus.

De natura
Ventorum.
Orientales.

Ad naturam igitur quod attinet: Orientales Venti, Subsolanus, & pro-
ximi upeurus & Mesocæcias, sereni sunt & sicci, æstate calidi, hyeme gelidissimi.
Oriuntur & augentur oriente Sole, silent ferè nocte. Quod si pluviam inchoent, quod
tamen rarò fieri solet, continuant eam per integrum diem. Eurus & Cæcias nubes
cogunt, & ferè in pluvias exeunt, sic & horum collaterales. Qui tamen Septentrionem
respiciunt, frigidiores sunt, & in hyeme nives spargunt. Notapeliotes humidior est
Euro, cum suis vicinis, sæpe etiam in Austrium desinit, ac licet non pluat copiose, nubilum
tamen & obscurum retinet cælum. Borrhapeliotes frigidus est & siccus: Nubes ta-
men & raras nives facit. Ethesiæ nobis plerumq; spirant ab Euro: Et serena nocte ad
Circium convertuntur, ideoq; nox frigidior existit. Stadius cap. 7 stellarum fixarum
de Ethesiæ in hunc modum loquitur: Ethesiæ vix ullam stationem servant: Sed potissi-
mum eas ab Euro, Aquilone & Borea stare observavimus. Item à Libanoto. Sequuntur
vero ortum \odot ζ \odot temporibus æquatoris, id est 3 Horis & 2 \ominus minut: Et Sole occiden-
te, flabra sua, tanquam officio suo persuncti, remittunt. Cardan: inquit: Ethesiæ ma-
ne à tertia diei hora incipientes, vesperi desinunt.

Occidentales
Venti.

Occidentales venti, Favonius sive Zephyrus, eiusque collaterales Me-
socorus & upaffricus, tepidi sunt & humidiusculi, cum tepidis pluvijs, sæpe etiam se-
reni; unde hyemem resolvunt: Quo alludere videmus Poetam Horat:

Solvitur acris hyems grata vice Veris & Favoni:

Trahuntque siccas machine carinas.

Affricus, Melaffricus & Notolybicus, humidi sunt & tempestuosi, obscurant
cælum nubium discursu, & cum sonitu sæpe ruunt.

Ab Affrico spirat Stadio circa Nonas Martij Che'idonius, dictus quod eo
flante reviviscant & revertantur hirundines, ventus aliàs grandinosus & nivofus: Et
postquam per 12 dies ferè duravit, tandem magna cum pluvia, aut grandinosa pro-
cella desinit in Favonium. Sic autem terra incumbit is Ventus ut Canes venatici feras
non odorent. Alijs spirat à Favonio Chelidonius qui & Orinthias dicitur. Versus
Septem

Septentrionem ab occasu nonnihil declinans Corus ventus, apud nos est vehementissimus & grandinosus, cum ululatu tumultuans. Atq; hic ventus, cum Luna ad Saturnum Februario & Martio mensibus venit, grandinat. Maio mense est causa calamitatum. Circa finem Octobrii & initio Novembrii, similiter grandinat. Violentissimus est, quando à porta H. vel F. cum Arcturo conredientibus excitatur. Hinc Poeta inquit: *Rapidi violentia Cauri.*

Septentriones venti cum suis lateralibus & collateralibus usq; ad utrumque Medianum ventum frigidi sunt & siccis, indeq; sereni: Et rationem reddit Cardan: in com: super cap. 12. lib. 2. Almagesti, quia nobis sunt propinquissimi & robustissimi. Septentrio tamen præ ceteris gelosior, serenior & salubrior est, quod ad sanitatem nostrorum corporum attinet. à quibus collaterales Melaquilo & upaquilo, si spiraverint ut saepe fit in Aprili & Maio, flores arborum & germina vitium pruina sua adurant: Raro ningunt. Cyrcius & Borrholibicus nives glomerant in hyeme, in estate grandines.

Septentrio-
nales venti.

Meridionales venti natura sunt calidi & humidis, tenebrosi, tonitruosi, graves, morbofi & pluviosi. Si tamen dixi spi. averit auster, tandem serenus fit, sed tempus æstuans affert, nonnunquam etiam frigidis imbres fundit. Regula autem generalis est apud Cardanum, quod venti omnes refrigerant & exsiccant & serenitate pariunt. Imbecilles ea faciunt & humectant, pluvias quoq; gignunt.

Meridionales
venti.

Porro censetur ex omnibus his, ventus saluberrimus Aquilo, Mediocris Subsolanus: unde istis spirantibus condavia aperienda sunt. Pestem quoq; avertere solent in primis tamen Aquilo.

Sic de Marco Varrone narratur, quod se & suum comitatum in provincia, que infecta fuit tue pestilentiali, servaverit, obstru-
Etis fenestris omnibus, præter eas, que Septentrionem respiciunt, unde venti rigidiores spirant. Pessimus vero est Auster. Favonius ambiguus est, propter humoris abundantiam, ut de his quoq; Hippoc. scripserit 2 Aph. 17: Austrine constitutiones corpora humectant, frangunt, & laxant, vertiginem faciunt, oculis atq; artubus difficilem motum præstant, & alvos lubricant. Caterum quando mutatio ventorum instat, quiescit prior ferè magno silentio, & succedunt plerumq; vel minimis siderum de causis, venti ex opposito spirantes. Calidissimis quoq; ac frigidissimis temporibus, venti sunt rari ac lenes: unde & meridie & media nocte leniores sunt. Noctu autem Auster est vehementior, ut interdum Aquilo. Septiuntur & imbribus venti, ut Plinius existimat. Viisitudinem enim quadam venti & pluvia sibi succedunt, ut exorientibus ventis pluvia cessent, & ubi descenderint pluvie cessent vicissim venti.

Salubres
venti qui,
qui insalubres.

Ad causas autem ventorum Astrologicas quod attinet gubernant ventos Planeta. 1. quidem pro sua natura, quorum præcipua est autoritas in themate. 2. pro situ in themate. 3. pro latitudine. Movent autem ventos, quando vel Luna apud illos fuerit, vel ad eos accesserit. Nec negligenda sunt Zodiaci signa, que peculiarem ad eam rem operationem conferunt. Item Ortus & Occasus stellarum fixarum.

De vicissitu-
dine vento-
rum.De causis
ventorum
Astrologia.

Planetarum De Planetarum natura ut primum dicamus, certum est: Saturnum movere ven-
vis in exci- tos Orientales: Martem Occidentales: Iovem Septentrionales serenos: Venerem
tandis ventis, Meridionales: Et Mercurium hosce omnes adiuuare, siquidem vim generalem habet,
 quoscunq; ventos movendi, ut pater ventorum. Signi tamen situm in themate ut pluri-
 mum sequitur. ☉ & ♃ similiter diversos ventos movent, ex diversis signis, in diverso
 positu.

De situ & Deinde in situ, considerandus est locus significatorum in themate, & latitudo ab
latitudine Ecliptica, in primis Luna. Austri enim oriuntur à Planetis in cæli medio, & latitudi-
Planetarum, ne, ac declinatione Australi. Orientales vero à Planetis in angulo Orientis constitutis,
 vel si à Sole primum: Orientales evadant: ut Occidentales proaucuntur venti, à Planetis
 Occidentalibus, & loco & respectu ☉. Boreales à latitudine & declinatione Boreali &
 ab imo cæli: Intermedij sunt, cum Planeta debiliores existunt.

Signa Zodia- Tertio signorum natura iuxta trigonos hac in parte quoq; attendatur. Signa
ci quos ven- enim trigoni ignei ♃, ♁ & ♄. movent ventos inter Septentrionem & Occidentem.
tos moveant. Sic ♄ & ♁ coniuncti in ♁ & latitudine Septentrionali faciunt Septentrionales ventos
 vehementes, paululum ad Circium versus occasum inclinantes: Signa trigoni terrei
 ♁, ♀ & ♃ movent ventos inter ortum & meridiem: Signa trigoni aërei ♃, ♁,
 & ♃ movent ventos inter Orientem & Septentrionem: Et deniq; signa trigoni aquei
 ♃, ♀ & ♁ movent ventos inter Occidentem & Meridiem. Vide in precedenti membro
 cap. 4. Faciunt etiam ad ventos signa diversimode, tum maxime cum Sol in eis fuerit.
 Nam ♁ Occidentales, ♃ Septentrionales, & Orientales, & ♃ Australes plerunq; exci-
 tant. Semper autem planeta plus valet quam signum.

De natura Ad extremum venti quoq; moventur pro natura fixarum, quæ ex Planetarum
fixarum in cognatione sumitur. Saturnina enim ventos magis Orientales: Martiales vero Occi-
movendis dentales movent. Hinc Pleiades & hyades, quæ sunt de natura Martis, movent ventos
ventis. ab Occasu.

CAPUT V.

De particulari Prognostico tempestatum ad singulos dies.

Septem tem- **I**N consignatione tempestatum ad singulos dies, hi septem gradus mu-
pestatum tationum aëris observari solent. 1. Frigidum, quod est vel frigus
gradus. simpliciter, vel gelu: Item, lene frigus, vel acre. 2. Calidum, quod
 est aut tepor, aut aestus. 3. Serenum, quo intelligimus siccum & cla-
 rum, & hoc vel est sincerum, & tum ponitur lata serenitas, vel mi-
 xtum, & tum additur, vel ros, vel pruina, veluti serenum roridum, se-
 renum cum pruina. 4. Obscurum, Nebula, nube obscura, stantes, vel
 volantes. 5. Humidum: Et hoc vel roridum, quando quasi nebula hu-
 mida spargitur, vel etiam sine specie nebula, aut pluvia continua, vel
 inter-

intermittens, profusa vel tenuis, Item, Imber, Nimbis, Grando, Nix.
6 Tranquillum, quod est sine ventis aura, atq; id prorsus, aut aliquo-
modo, aut quasi Echesia. Et 7 venti, quorum nomina in Calendarijs po-
nuntur quantum possibile est: Qualitas quoq; additur. Num sint re-
missi, validi, tumultuantes, turbidi, frigidi, calidi, &c.

Postea ut singulis diebus convenientes tempestates ascribantur, non tantum generale iudicium ad Novilunia, Plemilunia & quadratus
ras pertinens primum consulitur, sed & Ortus & Occasus stellarum, & ortus & oc-
culminationes cum Sole, Item applicationes ad stellas fixas, diligenter casus itē Me-
examinantur, & ex Planeta natura quam referunt, ipsarum vis & ef- dia: iones coe-
ficacia dijudicatur. Sunt enim Saturninae stella gelida & frigida, i- li stellarum
tem grandinosa. Ioviales, ventosa & salubres. Martiales, tonitruosa consideren-
sicut & Ioviales, sed magis impetuosae, subitae, igneae, procellosae: Cum tur.
Saturno permixtae, pestilentes, suffocantes. ☉ astuosa. Venerae hui- Effectus fixa-
mida, frigida. Mercurij indifferentes; cum Veneris permixtae Vene- rum.
nosa, pestilentes; cum Iovialibus tempestuosae; cum Martij impetuo-
sa; cum Saturninis gelida. Lunares turbida sunt caliginosa & tene-
brose. Nebulosa nebulas faciunt. Nec tantum applicationes Pla-
netarum ad stellarum fixarum corpora excutiuntur, sed & aspectus ad fi-
xas, prima praesertim magnitudinis. Quod quidem facilius fieri potest,
si themati cali; ad lunationem aliquam constituto, inserantur fixae.

Faciunt autem ex ortus stellarum cum Sole, maiorem mutationem,
quam occasus. Ac Ortus matutinus validissimus est. Proximus Ortus
vespertinus. Occasus matutinus tertius. Occasus vespertinus quartus.
Viq; Occasus uno die contingit, ita uno die finitur. Ast mutatio aeris,
quae fit prima die Ortus, durat per dies plures. Sic effectus Ortus Arcturi
durat dies 8 vel 10: Caniculae dies 30. Consulenda igitur sunt probatorum
Astrologorum scripta, experientia & longa observatione comprobata,
& ex illis, cum effectus, tum duratio effectuum petenda est. Vt autem de
praecipuarum stellarum ortu & occasu, earumq; efficacia facilius iudice-
tur, observationes probatissimorum Astrologorum iuxta ordinem men-
sium distributas hic annotabimus.

IANVARIVS.

In principio Ianuarij, Calend: Ian: & diebus aliquot sequentibus, à 20 grad:
ad 24 usq; ☉, oritur in hoc nostro horizonte vesperti, Cingulum Orionis, de quo
Ptol: sic scribit: Zona Orionis emergit, turbidus est aer Favonij flatu. Sic 10 vel 11
Ian: Lucida coronae vesperti occidit cum 0 gr. ☿: De qua Ptol. Corona occidit, tem-
pestatemq; affert. T 5 Oriun-

Oriuntur & circa illud tempus Afelli & Præsepe: Boreus cum 29 grad. S. Austrinus cum 3 grad. Q. Præsepe cum 1 gr. Q. De quibus Stadius: Non exiguam habent significationem pluviarum, Afelli & Præsepe, cum Luna aut Venere coniunguntur, aut ex adversa, aut quarta parte easdem intuentur: si Iupiter, præsertim in procellosis aut humidis signis, easdem aspiciat: Luna tanquam internuncia à 4 ad Jovem defluente. 12 Ian: Austrinus asellus mane occidit cum 2 gr. 20 min. xx. 13 Ian: Præsepe mane occidit cum 3 grad. 40 min. xx. 20 Ian: Boreus asellus S, mane occidit cum 10 grad. xx. 28 Ian: Sirius oritur vespere cum 18 grad. xx. 30 Ian: Aquila vespere cum 20 ferme gradu xx occidit, tempest. temq. secundum Ptol. efficit.

Februarius.

FEBRUARIUS.

3 Februarij Regulus vespere oritur cum 24 grad. xx. 4 Febr. Regulus mane occidit cum 25 grad. xx. De quo Ptol. Astrum clarum in pectore Q occidere incipit, Aut Aquilo, & interdum pluit. Card. cum cor. Q occidit Favonij insurgunt. 7 A. 94. 9 Febr. Cauda Delphini vespere occidit cum 0 grad. 20 min. H, quando O ingressus est principium H: De quo Ptol. Delphino occidere incipiente, ventorum con. usus fit cum nivibus. Auster tamen ut plurimum violentior fit cum pluvia. Cardan: 7 Apr. 94 Delphini vespertino occasu dies hyemant.

Martius.

MARTIUS.

6 Martij Vinde niator oritur vespere cum 25 grad. m. cuius ortu Ptol. Aquilonem gelidum flare scribit. 8 Martij oritur cornu V, cum 28 H. Ptol. V in latus emergit, pluit aut ningit. 10 Martij Arcturus vespere oritur cum 29 gradu fere m. cui Ptol. semper tempestates assignat. Cardan: inquit. Cum Arcturus vespere exortur hirundines apparent iamq. Ver est. Stad: cap. 7 stellar. fixar scribit: Ex occasu vespertino Arcturi hirundines catervatim recedere, uti exortu vespertino advolare videmus. Item Chelidonium ab hirundinum adventu dictum, nobis cum Africo fere spirare observavimus vespertino Arcturi exortu, circa Martij Nonas. Rigidum quoq. & turbidum esse experimur Chelidonium, sed Coro longe mitiorem, grandinosum, nivisum, & quantum hucusq. constat 12 flare diebus, & magna cum pluvia, aut grandinosa procella, desinere in Favonium. Ptolom: quoq. in ortu Arcturi pluviarum & Favonij per 12 dies mentionem facit. Stadius ibidem in principio: Arcturi sidus, non sine procellosa grandine emergere testis est cum Columella Plinius, præsertim si Luna aut Martis radijs adiuvetur. Si H accesserit, pluviosam tempestatem aliquot continuis diebus observavimus. 11 & 12 Martij O ingreditur Ariete n Favonius late spirat: Ciconia apparet, & mare transmittit, Ptol. Nostris hominibus Ciconia venit die Gertrudis seu 17 Martij 22 Martij Spica m. occidit mane cum 10 gra. 20 min. V. 20 Martij Nebulosa sequens aculeum m. occidit mane: De qua Ptol. Scorpius occidit & nebulosum est cælum.

Aprilis.

APRILIS.

7 Aprilis Angustus terninus Pleiadum oritur mane cum 6 gr. 30 min. S, quæ & paulo post in sequuntur alie pleiadum De quibus Ptol. Vergilie oriuntur Favonius spirat, desinit Ver & incipit æstas. Card. Vergil: exortus subsolanum excitat ventum. 22 Apr. Lucida lancis Australis mane occidit cum 11 gr. 50 min. S, que Cardano imbres movet.

4 Maij

MAIVS.

Maius.

4 Maij Sirius vespere occidit cum 22 grad. 40 min. ☿, conturbatur aër ab Austro, & Aquilo simul permiscetur iuxta Ptolom. Stadius inquit: Sirij vespertinum occasum, si biduo antecedit vel sequitur plenilunium, segeti rubiginem, & florentibus uredinem prænunciat. 6 & 7 Maij incipiunt occidere hyades. De quibus Ptol. Succula occultantur sit verus conversio, fiat Auster. Et postridie: Austrina dies & pluvia. 9 Maij Plejades incipiunt occidere vespere, cum 27 grad. ☿: de quibus Ptol. scribit, quod Austrum ventum commoveant, qui tandem ad Favonium devolvitur. 11 Maij Lampadias seu oculus ☿ occidit cum 29 grad. ☿. 18 Maij Procyon occidit Heliace, fluctuat in Cellis vna Stadio. 22 Maij Aquila vespere oritur cum 11 grad. 40 min. ♀. De qua Cardan. Aquila exortus, si in interlunium aut plenilunium incidat, omnes praecoces & vernos fructus ladi necesse est. 24 Maij Hyades mane oriuntur cum 12 gra. ♀. Pluvia sunt mali ominis ad vini proventum. Ptol. Succula oriri incipiunt, & pluit. 27 Maij oculus ☿ mane oritur cum 15 gra. 30 min. ♀.

IUNIVS.

Iunius.

6 Iunij Procyon vespere occidit, cum 24 grad. ♀. de quo Cardan. Procyonis occasum, qui quadriduo ferme extenditur, ad florentem messem: si occupaverit plenilunium, fruges omnes ladi necesse est 7 A. 96. Stadius: Procyonis occasus vespertinus, si interlunio eveniat, florenti olea & viti iniuriam ex uredine adfert. 12 Iunij ☉ ingreditur ♄. Estq; Solstitium, & tum Plinio floret vitis & olea. 16 Iunij Arcturus mane occidit in 4 grad. ♄. Ptol. Arcturus occidit mane & aëris est intemperies. 21 Iunij Humerus sinister Orionis mane oritur in 9 grad. ♄. Ptol. Orion exoritur & Favonius spirat.

IULIVS.

Iulius.

2 Iulij Oritur Cinguli Orionis prima: Et Criticus est hic dies. Namque si pluvia hoc die ceciderit, fieri saepe solet, ut duret continuas 4 hebdomadas. Et de ortu Cinguli in hunc modum loquitur Stadius: Si Iupiter Soli, aut Mars Iovi permiscebitur, Orione exoriente, eius sideris vehementia tempestatem sub ortum Sirij dabit. Aquilo Prodromus, diffilabit aëris corruptionem, Ethesia egelida & sicca perflabunt, & autumnus salubris erit. Iovis & Mercurij commixtio eadem promittit 13 Iulij Lucida Corona mane occidit cum principio ♄ fiat iuxta Ptol. Auster. 23 Iulij Asellus Boreus vespere occidit, cum 10 gr. ♄ quo tempore Ptolom. eo Ethesiarum prodromi Aquilones spirant. Cardan. Canicula exortum octo diebus antecedunt prodromi Aquilones. Stadius. Verum est octo fere diebus Aquilonem prodromum ante Canis ortum aliquot praeteritis annis spirasse.

AVGVSTVS.

1 Augusti Sirius oritur mane cum 18 grad. ♄. De quo Carda. Canicula maria ac terras & animantium: omne ferme genus concutit. Idem: Vix fiet, ut sub ortu Canicula siccitas & morbi non fiant. Stadius: Sirij ortu matutino maria fervent, fluctuant

Augustus.

ant

ant in cellis vina, moventur stagna, canes in rabiem aguntur, sideratione Pisces aliquot corripuntur. Aestuosissima tempestate Sirij ortus omnia exurit, si ζ aut η ex signis igneus permisceantur. Diaphanes scribit: Si ex oriente cum Sole Sirio Luna Arietem permeabit, praesignificari scilicet pluviosam tempestatem, si γ procellosam, si π pestilentiam, si δ siccitatem, si α aestum urentem, si ν imbrium frequentiam & mulierum abortus, si ϵ intemperiam siccam, si μ pestilentiam, si ϕ & χ pluviosam tempestatem, si ψ siccam & morbosam, si κ largam pluviam per annum sequentem. Ista autem sint vera nondum mihi exploratum Stadius inquit: Securius vero videtur praesagium ex varijs commixtionum causis petitur.

3 Augusti Aquila occidit mane cum 20 grad: α & stat Ptolomaeo Affricus, aereusque sunt aestus. Cardan: Aquila occidens mane Ethe-
 has ventos suscitatur, qui Ptolomaeo per 21 stant dies. 8 Augusti Regulus mane oritur cum 24 grad: fere α cuius exortu Aquilonem flare Ptolom: scribit. 13 Augusti oritur Sirius Heliace qui initium prabet anni Graecorum. Cic. in 1 de divin. recitat vaticinium Heraclidis Pontici: Si apparuerit ortus Sirij obscurior, pingui scilicet & concreto caelo, tempus grave & pestilens minatur: Contra vero si lucidus deprehendatur, puro nimirum & tenui caelo, salubritatem portendit. 13 Augusti Delphinus mane occidit cum initio κ , cuius occasu Autumnus iuxta Ptol. incipit. Stadius: Observatum quoque Plinius refert, si Delphini occasu matutino imbres fuerint, non futuras ex oriente Arcturo. 24 Aug. dies est Bartholomaei: Actum Ventum noctis praecedentis observant aucupas, Vnico enim tantum spirante, felix esse aucupium existimant. Stadius cap. 7 stellarum fixarum. Corus nobis ab aestivi Solstitij occasu circa finem Augusti maxime sevit procellosus, turbidus, grandinosus, qui aedificia evertit, arbores sternit, & plaustra onerata percellit.

Septem. nber.

SEPTEMBER.

1 Sept: dies est Aegidij & Venatorum Criticus, ut si hoc die non pluat, autumnus reliquus siccus sit. 12 Sept: Arcturus mane oritur. Ptol: Arcturo exoriente imbres cadunt, & post biduum hirundines non videntur. Stadius: Videmus hirundines catervatim recedere exortu Arcturi matutino. Autumnum Hip: ab Arcturi exortu usque in Pleiadum exortum vespertinum, de quo postea agemus, extendit. 13 Septemb Aequinoctium est. Cardanus: Corus stat in autumnus equinoctio. 17 Sept. Lucida coronae mane oritur cum 3 grad: 20 min ϵ . Ptol: Corona ortu matutino everbitur, venti commutantur, asperaque in mari fit hyems.

OCTOBER.

15 Octob: Cauda α vesperi cum principio μ occidit. Circa hunc diem, quem Galli dies proxime sequitur, postremum aeris teporem nostri expectant, quem nos Germani appellamus den Gallen Sommer, cuius initium & finis observanda sunt. 21 Oct: ϵ oriri incipit cum 7 grad: μ & Favonius spirat Ptolom: 26 Octob: Orionis pes sinister mane occidit cum 12 grad: 30 min: μ , & interdum magnas pluvias offert.

NOVEM.

*Arcturus in
 Naxt Augusti
 gestum.*

October.

NOVEMBER.

4 vel 5 Novemb. Antares seu cor m vesperi occidit cum 22 gra. 20 min.
 m. Hoc tempus Criticum faciunt Astrologi. 5 Novemb. Canis occidit, & Austrina
 est dies Proloxio. Idem de Orione sentit, qui etiam circa hac tempora vesperi occidit.
 Orion inquit occidit, Favonius spirat, & Austro stante pluit. 8 Novemb: Succulæ
 occidunt mane, gelidæ cadunt pluvie. 10 Novemb. vigilia Martini Germanis
 convivium dicata, initium hyemis Pleiades hoc tempore in crepusculo vespertino ascen-
 dunt Stadio: Et Hippocrati finis est autumnus. Occidunt autem Pleiades mane cum 23
 grad: m. Ptol. Hyemis initium Virgilie occultantur. Stadius: Vergiliarum occasus ma-
 tutinus, si nubilo caelo accidat, hyemem pluviosam denunciat. Si sereno, asperam. Idem:
 Succularum & Pleiadum occasum terra maris turbidum esse Plinius tradidit, cum no-
 stro seculo & horizonte à 10 ad 10 Novembris diluculo matutino descendant,
 24 Novemb. Arcturus occidit Heliace, & plerumq; facit imbres Cardano.

DECEMBER.

6 Decemb. est dies Nicolai: De quo tempore sic Cardanus: Proximi septem
 dies à Bruma, totidq; ante, raro Ventis infestantur, halcyoniq; vocantur. Stadius: Hal-
 cyonia sive tranquillissimam tempestatem nobis quoq; evenire circa Brumale Solstitium
 observavimus, 16 Decemb. Arcturus vesperi occidit cum 4 grad. 10 ante cuius oc-
 casum venti Austrini stant Cardano.

CAPVT VI.

DE ECLIPSIBVS.

IN precedenti parte, monstrata ratio est accommodandi Eclipses ad
 propositum horizontem, & tempus usuale seu apparens. Hic vero
 breviter nunc ostendemus, quo pacto effectus Eclipsium sint cognoscen-
 di ex sententia Ptol. lib. 2 quadripart. cap. 5. & aliquot sequentibus.

Primum nempe constituitur thema cæli ad tempus media Eclipsis
 reductum, & aequatum, & simul diligenter computantur loca Planeta-
 rum, fixæ quoq; inscribuntur accuratè, præsertim quæ oriuntur, aut cul-
 minant: Item quæ sunt apud Eclipsin, & dominum ejus, non secus ac fit
 in natiuitatibus exquisitis.

Necessaria
 requisita pro
 inquisitione
 effectuum
 Eclipsium.

Postea eliguntur significatores ordine. Ac primum quidem eligi-
 tur Dominus Eclipsis eodem modo quo Lunationum: Præfertur autem,
 qui in loco Eclipsos & angulo sequente Eclipsin, qui est aut 10 aut 1 do-
 mus, plures habuerit dignitates: Item qui Cardinaliter & potentior
 est, iuxta hunc enim dominum, præcipue judicatur de effectu Eclipsis:
 Atq; hic primus & principalis est significator.

Significato-
 res Eclipsium
 qui.

cardinalior

Secundus

Secundus est stella fixa, quæ aut cum Eclipsi est & domino ejus, aut in prima & 10. domo. Tertius significator sunt signa, in quibus fit Eclipsis potissimum: Nonnunquam etiam angulorum signa considerantur. Quartus significator sunt imagines stellarum fixarum, apud quas Eclipsis videtur, sive sit humana imago, sive avis, sive serpens, ut Hercules, Aquila, Hydra, &c.

Planete domini Eclipsium quid portendant.

♄

Quintus significator est locus Eclipsis, & domini ejus in themate. Sextus est quantitas Eclipsis, & color ejus. Atque ex omnium significatione tandem pronuntiatur. Ut verò de singulis seorsim agamus. De Domino Eclipsis Ptol. lib. 2. quat drip. cap. 8. hæc fermè refert.

Saturnus ubi solus dominationem fuerit sortitus, causa est universaliter corruptionis à frigore; Propriè verò in corporibus hominum efficit morbos diuturnos, tabem, consumptionem ortans ex Catharrhis, perturbationem humorum, fluxus, & febres quartanas. In vita affert exilia, inopiam, angustiam, luctus, pavores, interitus, maximè eorum qui atate sunt profectiores. Brutorum, præsertim quæ hominum usui inserviunt, efficit penuriam, & ea quæ supersunt, morbis affligit, ut contagium perveniat ad eos qui utuntur. In aère notat frigus horrendum, glaciolum, nebulosum, pestilens, turbationes aëris, densas nubes, caligines, copiosas nives, & eas quidem perniciosas. In aquis & mari communiter sævas tempestates, naufragia, difficiles navigationes; penuriam & interitum piscium. Peculiariter verò vorticosas in mari fluctus, fluviorum exundationes, & aquarum depravationes producit. In terra fructuum caritatem penuriam & vastitatem, & maximè necessariorum ad victum immittit: Idque per Erucas, locustas, aquarum inundationes, nimborum impetus, grandinem, aut alia, quæ eò usque procedunt, ut fame & similibus homines enecent.

♃

Jupiter solus dominium nactus, generaliter rebus incrementa confert. Sed peculiariter cum ad genus humanum eventus pertinent, largitur gloriam, amicitias, tranquillitatem, pacem, rei familiaris incrementum, evētas seu bonos habitus, & corporis & animi beneficia, & dona regum promittit, gubernatores, gloria magnanimitate, magnificentia ornat; Et in summa felicitatis & bonorum est autor: Animantium utilium abundantiam, & noxiorum exitium efficit. In aère temperamentum bonum, salubre, ventosum, humidum, alens res ex terra nascentes. In aquis fortunatos navium cursus, mediocria fluviorum incrementa. In terra verò frugum copiam & similia pollicetur.

♂

Mars dominium arripens, generaliter causa est corruptionis ex fervore. Propriè verò inter homines bella ciēt, seditiones intestinas, urbium excidia, tumultus populi, iras principum, & ab his inopinatas mortes efficit. In corporibus morbos biliosos, febres tertianas, sanguinis eruptiones, morbos acutos, violentos interitus, præcipuè juvenum producit. In vita violentiam, iniurias, incendia, homicidia, rapinas, latrocinia affert. In aère estus, ventos calidos, pestiferos, tabificos, fulminum iaculationes, turbines & siccitas.

fecunditatem excitat. In mari subita naufragia, propter inordinatos flatus, fulmina & alia huiusmodi portentis. In fluminibus aquas exorbet, fontes defeccat, latices corrumpit. In terra frumenta & res terrae nascentes ad usum necessarias pessundat, vel dum nascuntur, pernicioso aestu vastat; vel etiam dum invehuntur, conflagrationibus perdit.

Venus cum sola dominatur generaliter efficit similia Iovi, sed cum quadam venustate. Hominibus gloriam, honores, laetitiam, fortunatos & frugiferos annos, fortunata coniugia, numerosam sobolem, gratiam in omni conversatione, facultatum incrementa, mundiciem in victu, honestatem, reverentiam in religione, corporis decoram constitutionem, familiaritatem cum principibus promittit. In aëre temperatos ventos, humidos, secundas constitutiones, bonam tempestatem, serenitatem, tempestivas pluvias. In aqua & mari, navigationes felices & lucrosas, fluminum utiles exundationes, copiam frumentorum & animantium ad vitam utilium, frugum abundantiam, atq; alias commoditates affert. Mercurius adeptus dominationem generaliter in illius stellae naturam se insinuat, cum qua fuerit commixtus, at omnium impetuosissimus est. In specie vero quod ad ἀποτελεσµατῶν humana attinet, facit acres, in agendo industrios, & tales qui sese ad omnes occasiones poterunt accommodare, usurpator est litrociniorum, furtorum, pyratice invasionis. In morbis vero difficiles respiraciones, & configuratus cum malelicis, morbos siccos, febres quotidianas, tusses, anhelationes, phtyses. In ceremoniis, religione, institutis, ac legibus, mutationes affert. Quae quidem omnia efficit, pro varia occasione suae alterationis, & diversa ἀρχῶν stellarum, cum quibus configuratur. In aëre, quia semper adest Soli, & praeterea celer est cursu, siccitatem affert, & ventos vehementes, inordinatos, instabiles, & facile sese commutantes commovet. Unde & tonitrua flammantiq; fulmina irmitit, dissipatq; ac concutit terram, fulgura ciet: Atq; sic exitialis est & animantibus & plantis, quae vitae usibus inserviunt. Occidentalis flumina minuit: Orientalis auget. Luminaribus vero quia sunt principes causae ἀποτελεσµατῶν τῶν & erraticarum stellarum operationes ac dominia disponunt, confirmant aut languesciunt, huiusmodi facultates peculiariter non ascribuntur.

Ceterum has vires, quas quilibet Planeta sua habet natura, per accidens variat cum alijs stellis commixtus, & in signis diversis constitutus, sicut ex sequentibus perspicuum est.

De stellis fixis hoc sciendum est quod eadem ipsis conveniant proprietates, quae plantis sunt assignatae, sive haec ipsis tribuantur propria constitutionis causa, sive ab erraticis stellis, aut locis Eclipticae talem acquirant, ut nominibus Planetarum effectiva natura intelligatur. Hinc Saturnina stella Saturni, Ioviales vim Iovis promovent, &c. In signorum consideratione hoc in primis observandum est, in quas anni quartae Eclipses incidant. Fructus enim & negotia quae istis quartis agitari solent ledunt: Et haec est significatio Physica, ut in vere ledant terrae nascentia, arborum pullulationem: Item vitis & fructuum fructum. In aestate messem & importationem frugum. In autumno sationem: In bruma aves & pisces illorum temporum. Ethica significatio est, quod aequinoctialia sacrarum & religionis cultum denotant. Tropica seu Solstitialia Rerum publicarum ac legum. Solida foundationum & substructionum, Biciporea hominum.

Stellarum
fixarum natura.
Signorum
effectus iuxta
quartae
anni.

*Asterismorum
signatura.*

De imaginibus stellarum, seu Asterismorum formis, in quibus accidit Eclipsis, hoc notari solet, quod imagines hominum, significant mala hominibus. Imagines serpentum, mala anguibus & similibus. Ferarum feris. Sic quæ imagines mansuetarum sunt bestiarum, mansueta & domestica afficiant: ut Equarum imagines, Equos, Boum, boves, &c. Figura pennata, ut Gallina, Corvus, significant mala avibus. Imagines aquæ & aquatilium, significant damna in aquis, & aquatilibus, piscibus, &c. Sic imagines Septentrionales, terremotus; Meridionales verò nimborum fluxus afferunt.

*Locorum in
quibus fiunt
Eclipses si-
gnificatio.*

In loco Eclipsis, situs potissimum ad mundi cardines spectatur. Orientalis enim angulus significat ea, quæ primum oriuntur, hoc est, quæ in prima sunt ætate, seu prima habent initia, ut prima germina, flores, pueritiam, infantiam, adolescentiam, scholas, tyrones, fundamenta. Medium cœli significat perfectæ, quæ iam in ætate sunt, & vigent in honore; ut frumenta messibus vicina, ætatem virilem, templa, reges, magistratus. Occidens verò & septima domus, significat decrecentia & occidentia, fini propinqua, quæ iam inclinant ad mutationem: ut sunt senectus, consuetudines, & consuetudinum in politijs mutationes.

*Quantitatis
& coloris si-
gnificatio.*

Tandem quantitatem & colorem Eclipsium considerando; Parva Eclipses parum nocent & in pauca operantur. Mediocres in multa, & maiorem habent efficaciam. Maximæ verò, & maxime, & in plerag, suam efficaciam diffundunt. Sic color luminarium, & eorum, quæ circa luminaria consistere solent, ut virgularum, arearum, & similibus Meteororum affectio, qualitatem eventus aliquomodo arguit. Niger enim & sublividus color horum, Saturninos effectus significat: Candidus joviales: Rutilus Martios: Flavus Venereos: Varius Mercuriales. Deinde si color ille sese diffuderit per tota luminarium corpora, aut per totam circumquaq, vicinam in cœlo regionem, pluribus provinciarum partibus eventura decernit: Si ab aliqua tantum parte color constiterit, in quam se color inclinat, in eandem regionis partem eventus declinabit.

*De locis in
quæ Eclipses
agunt.*

In primis verò observandum, quod Eclipses, ut nihil nocent illis regionibus in quibus non videntur, sic vicissim noceant illis regionibus, quæ sunt sub signo Ecliptico aut domino eius. Sumatur enim signum, in quo accidit Eclipsis, & videatur iuxta doctrinam in primo cap: huius membri traditam, quam per se, vel ob quadrangulum suum provinciam designet, quemve habeat consensum cum horoscopo, aut locus luminarium in themate extructionis urbis, aut cum medio cœli, in themate eius qui rerum in urbe potitur: Eo enim magis ad hæc terre loca, Eclipses quæ videntur, pertinebunt, quo magis cum Ecliptico signo fuerint coniuncta. Nocent quoq, Eclipses singulis hominibus, in quorum nativitate luminare eundem locum obtinuit secundum gradum vel eundem præcise in quo fit Eclipsis, vel oppositum, aut cuius figura nativitatis eadem est cum themate Eclipsis iuxta primam & decimam domum.

Monet etiam Ptolomæus observandas esse crinitas stellas in deliquijs, sive alio quovis tempore, in considerationibus universalibus. Habent enim naturam & efficaciam, & ad bella, ætus, turbas, & quæ ista sequi consuevere. Nocet quoq, Cometa illis quibus

quibus est verticalis, aut in quorum est signo. Cardanus de Eclipsibus hoc sentit: Eclipses inquit triplices habent vires: Potentem, ratione coniunctionis vel ☿: Generalem, quoniam infrigidant lente, atq; ideo in multos extenduntur dies effectus: Et propriam, quae à loci dominatore seu domino Eclipsis habetur. Ac cum multiplicantur Eclipses magne, necessario sterilitas succedit sequentibus annis. Refrigeratur enim terra & exsiccatur. In specie verò Eclipses in terreis signis, aut Cometa, sterilitates portendunt ob siccitatem. In aqueis, ob imbrium abundantiam sterilitates & pestes. In aëreis, ventos ac seditiones, pestilentiam etiam, sed non semper tamen. In igneis, bella, incendia & estus multos. Eclipses quoq; cum in florentem arborem incidunt, eius fructus eo anno inferunt penuriam: Idem intelligendum de frumento si eo tempore floreat, quo accidit Eclipsis. Adiuuant autem Lunam ad inundationes ♃ & ♁. Solem verò ad vehementes siccitates ♄ & ♃. ☿ ad utrumq; paratus est.

Ceterum ad durationem effectuum quod attinet, præcipit Ptol. lib: De duratio-
z quadrip: cap: 6. Observandum esse, quot horarum æquinoctialium duratio sit obscuratio-
ratio sit obscuratio. Quotquot enim horas inueniemus, tot in Solari
quidem deliquio annos: In lunari verò menses duraturos effectus prop-
nunciabimus. Veluti si duraret Eclipsis ☽ tres horas, tum ☽ effectus ad
tres menses extenderetur. Duratio vero Eclipsis ☉ unius horæ, afferret
quoq; durationem effectus per integrum annum. Quod si tamen minu-
ta adhererint, duplici operatione opus est; Alia pro Eclipsi Solari: in qua
primo loco in regula proportionum statuuntur 60 minuta, quae efficiunt
horam: Secundo 365 dies qui constituunt annum integrum: Et tertio
loco minuta adherentia horis. Alia pro Lunari: in qua primo loco in
regulam trium ponuntur 60 min: hora: Secundo 30 dies, qui Astronomis
sunt mensis integer: Et tertio scrupula integris horis Eclipsis ☽ adha-
rentia. Facta operatione emergunt dies, quibus effectus cuiusvis Ecli-
psis durant.

De initio quoq; & fine effectuum eodem in loco sic loquitur Ptolom:
in genere. Eclipsis incidens in orientalem finitorem significat eventum
exordia circa proximos 4 menses: Vehementiores verò progressus in prio-
mo triente totius durationis. Si incidit Eclipsis in medium cali exo-
ordia erunt proxime sequentium mensium, & vehementissimus effectus,
trientis medij totius durationis. In Occidentali autem cardine signi-
ficantur exordia ultimorum 4 mensium, & maxima operatio uli imi tri-
entis totius durationis futura esse.

Vt igitur in specie tempus, pro initio effectus tuæ Eclipsis, ad eum diem,
quo tuæ Eclipsis videtur, cognoscas; Investiga primum diligenter tem-

De initio &
fine effectuum.

V
pus

De primo
initio esse-
auum.

pus Ortus & Occasus ☉, quæque sit quantitas diei vel noctis in horis & minutis, qua Eclipsis apparet. Postea considera, quot hora numerentur à momento Orientis luminaris, usque ad tempus mediæ Eclipsis, in Ephemeride annotatum, vel contra: Quod quidem inuenies hoc modo. Primo si mediæ Eclipsis sequitur Ortum luminaris, subtrahere tempus initij diei in Solari Eclipsi, initij verò noctis in Lunari, à tempore mediæ Eclipsis. Secundo, si verò præcedit tempus mediæ Eclipsis ortum luminaris, contrario modo, horas & minuta mediæ Eclipsis, subtrahere ab initio diei vel noctis: Et relinquitur intervallum quod est inter Eclipsin & Ortum luminaris. Tertio, quære in Solari Eclipsi integrum tempus diurnum ejus diei, in quem incidit Eclipsis: In Lunari verò tempus nocturnum ejus noctis, qua contingit Eclipsis. Hoc enim tempus, in inquisitione initij effectus primo loco statuitur, secundo 365 dies, Et tertio intervallum antea inventum. Et facta tandem operatione emergit tempus, quod à die vel ante diem Eclipsis numeratum, ostendit initium effectus.

CAPVT VII.

De fecunditate terræ seu annonæ.

Accuratissi-
ma de anno-
na iudicium
fertur ex
temperie
partium
anni.

Ver.

ET si annonæ & fructuum penuriam aut copiam, plerique ex anni principio, seu themate revolutionis petunt: Statuimus tamen verius desumi, ex sententia Cardani, ex aeris temperatura in humidis ac sicco, vel inæqualitate, tum etiam ex plenilunijs novilunijsque, ac ortu siderum, & Eclipsibus, si præsertim ea omnia explorentur, ad id tempus, quo singula florent. Hinc pro fecunditate & sterilitate iudicanda, qualitas temporum consideranda est, quo singula primum germinant & florent. Deinde quo maturitatem assequuntur. Tertio quo colligi debent. Qui enim non potest in singulos dies de pruina, nive, grandine, imbre & vento distincte prædicere, huic prædicenti abundantiam aut penuriam frugum, nequaquam fides adhibenda est. Ponamus igitur, quod in Vere sint signa multi humidi, ac tum significabitur putredo fructuum, & paucitas illorum, & abundantia herbarum inutilium: Et si adfuerint signa caloris, arbores cito emittent folia, & floreant cito: Et fructus Verni, ut cerasa, fraga, erunt præcoces: Et si non colligantur ante justam maturitatem, præcipue Cerasa, Vermes parient, præsertim in locis calidioribus. Nobis quidem id ferme nunquam evenit, sed in Italia frequentissimum est. Apparebunt quoque rose ante tempus non multum odorate, & erunt omnia magis composita ad speciem, id est ad decus & ornatum, quam ad rem ipsam.

EST

Est igitur verformosum & inutile. Quod si praeterea adsint signa frigoris & siccitatis, cadet in fine veris pruina juxta plenilunium, & erunt paucissimi fructus eo anno, vini ferme nihil. Quod si ver futurum sit siccum, non admodum calidum, pauci erunt fructus & boni, & penuria frumenti. Quod si ver fuerit frigidum, erunt fructus serotini, qui vel tardius, vel non plene ad maturitatem pervenient.

Aestas vero si multis abundaverit pluvijs, fructus aestivi putrescent, & non erit copia frumenti, multique morbi erunt. Si vero sit sic- Aestas.
cior, erit penuria frumenti, fructus aestivi erunt salubres, pisces morientur in aquis, morbi grassabuntur acutissimi. Si vero calidior, erunt & morbi multi, & multa copia fructuum aestivorum. Si denique frigidior sit, saluber quidem erit annus, sed fructus erunt serotini.

Autumnus humidior putrefacit uvas, vinaque facit quae vere per- Autumnus.
vertuntur, ob aquae copiam, quae simul cum uvis colligitur, & vino misceatur? Si sit ultima parte humidior, sequenti anno erit penuria frumenti. Si siccior in prima parte, erit eo anno penuria Milij. Si calidior, erit morbosus atque omnino malus. Si frigidior, autumnalium fructuum fiet iactura in quantitate, sapore & gratia.

Hyems frigida & sicca laudabilis est, frigidissima occidit arbores, Hyems.
maxime quae caelo calido gaudent, ut Panicum malum, ficum, persicum, &c. Calida vero & humida hyems insalubris est, & segetibus inimica: Nives quoque mediocres facundant agros. Omnis praeterea immoderata intemperies mala est.

Ventorum quoque multitudo per annum noxia est fructibus, paucitas segetibus, tranquillitas totius anni de pestilentia suspecta est. Hec igitur cognitis primis qualitatibus praedicere oportet Astrologum. Estque iudicium hoc omnium optimum & tutissimum.

Vulgus autem eandem questionem iudicat ex themate & aut ☉, quae proxime Vulgus Astrologorum quomodo iudicet de annonae.
praecessit equinoctium vernalis. In hoc enim considerant: 1. Dominum loci seu totius thematis, & an bonis vel malis Planetis aut radijs configuretur. 2. Dominum quartae domus, & ipsam 4. domum, quibus vel fortunetur vel infortunetur radijs. 3. Primam domum seu ascendens, in utraque figura tam revolutionis quam Lunationis. Hi enim significatores, si maxima ex parte felices fuerint, significant anni fertilitatem, si infelices sterilitatem. Solent etiam nonnullas tradere regulas, quae in autorum lectione observandae, usque examinandae sunt, ut: Prima. Qn. ☿ praest Lunationi antecedenti revolutionem, in primis si concurrat & hoc, ut ☿ sit in ipso loco ☽, tunc famem & annonae caritatem portendit. Secunda: Si ♃ in revolutione fuerit fortunatissimus, in propria domo,

vel exaltatione, Orientalis, in angulo & expeditus à malis, penuriam annonae significat Hermeti Censil: 70. Sed ut non nimium his posterioribus observationibus tribuendum est, ita cum precedentibus coniungi possunt: In primisq; observanda est regio, an ut plurimum foecunda, vel sterilis sit, ut iudicium eo tutius feratur.

Arabes par- Arabes ut compendio praedicere possent de omnibus, sinxerunt partes fructuum, tes sinxerunt non aliter, quam in nativitatibus partem fortunae querere solemus. Est autem de his fructuum, stylus eorum observandus: Sic enim loquuntur: Accipe partem tritici à Sole in Martem, & projice ab ascendente: h. e. pro inveniendò loco thematis revolutionis & Lunationis primae, qui significet proventum tritici: Subtrahere locum ☉ à Martis loco, & residuo adde ascendens. Caterum frumentorum has habent partes; Lentis à Marte in ♄. Fabarum & Milij à ♄ in ♃. Mellis à ☽ in Solem. Vini à ♄ in ♀. Olei à ☿ in ♃. Tritici à ☉ in ♃. Croci & Siliginis à ♁ in ♄. Hordei à ☽ in ♃. Nucum à ☿ in ♃, ubiq; projicienda ab ascendente. h. e. priorem Planetam subtrahere à posteriore, residuo adde ascendens. Nam si pars incidit in aspectus felices, & locum felicem, significatum erit felix, contrarium in contrarijs. Sed cum non liceat nobis stellas caelo assignare, quae non sunt in natura, haec Arabum doctrina merito rejicitur.

CAPVT VIII.

DE MORBIS ET PESTE.

Salubris annus quis.

Morbosi anni qui sunt.

DE morbis quomodo iudicandum sit ex temporum qualitate, docuit copiosissimè Hyppocrat: Regulariter enim annus salubris, vitæq; animantium conveniens existit, quando anni quarta singula naturale retinent temperamentum, ita ut versu sanguineum, calidum & humidum. Aestas cholericæ, calida & sicca: Autumnus melancholicus, frigidus & siccus: Hyems phlegmatica, frigida & humida, & haec omnia moderate. Omne enim nimium natura inimicum est. Ast prædominante siccitate, generantur febres acutæ, capitis dolores, difficultates intestinorum & urinæ. Prædominante humiditate, producuntur febres putridæ, diuturnæ, alvi profluvia, Catarrhi, anginae, Apoplexia. Siccitas tamen salubrior est humiditate. Venti quoq; Septentrionales augent Catarrhos, ruffes, pleuritides. Australes, capitis gravedinem, vertiginem, difficultatem auditus, visus, lassitudinem membrorum & languorem. Iuxta has itaq; circumstantias pronuntiandum est. Quod si vernalis tempus fuerit tempestuosum, siccum tamen & Boreale, minatur morbos, & mortem senioribus, & naturis pituosis, circa aestatem dissenterias. Biliofis lippitudines. Verrimis humidum adfert in aestate variolæ, apostemata, phrenesin, & febres curatu difficiles. Sin valde frigidum, cum multis pluvijs & ventis Austrinis.

Austrinis, etiam augentur morbi & pestis. Aestas sicca & calida affert variolas, morbillos, febres, capiti dolores. Humida & calida puriores morbos, multos sudores. Frigidiuscula aestas bona est biliosis, praesertim si humor accedat. Sed serena aestas cum ventis borealibus, naturis pituosis bona est. Autumnus Borealis & siccus, Biliosis plurimum nocet. Affert enim eis lippitudines aridas, & febres acutas, diuturnos Catharros, pectoris compressionem, & atra bilis exuberantiam. In themate hyberno si aliquot diebus Auster & subsolanus promittitur, existentibus magnis nebulis sine pluvijs, in ipsa hyeme contagiorum semina sparguntur: Et erit magna ex Catharris molestia. Haecenus de morbis.

Pestis causae annotantur in medicorum libris: In primis vero ex historijs & experientia pesendum est, quibus periodis ad tuam regionem pestis veniat, & videndum, in quo signo fuerit & auctor pestis, quando aut vehementior aut remissior fuerit: Quod & Pencerus monet in lib. de divinatione.

CAPVT IX.

De bellis, incendijs, terrae motu & inundationibus.

Bellorum scientia nulla prorsus est inquit Cardan: Idem tamen saepe monet in suis libris Astrologicis, quod Eclipses in signis igneis & Cometae bella significant. Bonatus refert: Annos quibus & dominatur, esse annos, quibus excitantur bellorum motus, seditiones & similes calamitates. Simul autem diligenter considerandum est, num effectus alicuius magne & in propositum annum incidat. Nam si & fuerit dominus illius &, affirmant communiter Astrologi, etiam bellorum motus eo anno metuendos esse hominibus. Unde Albumasar inquit: Scientia bellorum & praeliorum est ex dominio &, item ex eius coniunctione, & & ad & radio, si in primis Mars constitutus sit in Asterismis humanis. Tum enim maxime metuenda sunt neces, caedes, interfectiones & vastationes igne & gladio. Contra: Iupiter generaliter est pacis significator, & auctor concordiae ac tranquillitatis, quae fit compositione discordiarum & bellorum. Almanfor dicit: Si duo in fortuna conjunguntur, & Luna Saturno in latitudine, erit fames & mortalitas. Sin vero Marti jungitur, mutabuntur reges, & erit multa sanguinis effusio, & praelia in eo loco, qui significabitur ab isto signo, in quod conjunctio incidit. Item ex & & & in signis mobilibus cognoscitur commutatio status mundi: Similiter ex coruam & in fixis signis.

V 3

Cum

Cum verò conjunguntur dua fortuna, & Luna Iovi in latitudine, significatur pax, justitia & quies in terra. Si Veneri, erit alacritas, gaudium & prosperitas. Hinc si in anno quodam significator belli ☿ & pacis ♃ simul dominium obsinuerint, significant pacis unionem & bellorum compositionem.

Hali Arabs considerat partem interfectionis à Marte in Solem, proiectam à gradu Solis, h. e. Martem primo subtrahit à Sole, postea producto rursus addit Solem: Et statuit: Si cadat pars illa in locum Martis, vel in eius radium malignum, vel in Asterismum igneum; quod eo anno significentur bella. Sed ut alia Arabum sic hoc ipsum preceptum Hali commentitium & vanum est.

De incendijs; Incendia eo anno multa futura iudicant Astrologi, in quem inciderit aliqua magna Eclipsis, aut effectus eius, praesertim ☉, ejuſq; praecipuus dominus sit ☿, maxime constitutus in Asterismo igneo.

Almansor: ☿ in anno habens dominium & fortis existens, incendia civitatum & villarum significat, & hoc maxime timendum erit, cum Luna in revolutione anni, aut preventionali figura, Marti radio inimico copulata fuerit. Erit autem effectus maximo in his locis, quae subijciuntur signis, in quibus ☿ deprehenditur.

De terræmotu & inundationibus; Terræmotus & inundationes Astrologi perissimum ex ☿ venantur. Nam ☿ in aliqua & magna, aut loco Ecliptico solus dominus, fortis, in signis terreis Luna tum impedita significat particularia deluvia.

Albunasar in lib. magnar. & dicit: Scientia terræmotus & submersionis est ex ☿, cum radius eius in signo terreo fuerit, & sit infortunata Luna. Tunc enim sunt diluvia, & multa humiditates oriuntur. Bonatus in lib. Revol. dicit: Coniunctio Planetarum superiorum, accedente testimonio ♀ & ♃ in signis trigoni aquae, ac in primis in ☉ inusitatae inundationes portendit.

CAPUT V.

DE STATU HOMINUM.

Statu hominum quomodo in genere cognoscatur. Infra in doctrina Nativitatum cap: 17, monstratur quae persona & artificia, quibus Planetis usitate tribuantur. Hic verò in generali iudicio status & successus hominum, considerant Astrologi, quinam Planetarum in revolutionibus quartarum anni, & Lunationibus felix vel infelix sit: Et ex eius situ de significatis cuiusque pronunciant. Veluti si ☿ alicujus quartae anni aut Lunationis, de qua quaritur, dominus fuerit, sitq; felix & dignitate essentiali & loco, promittit felicitatem Saturninis, Melancholicis fullombus, Cariatibus, sutoribus, Agricolis: Si verò ♃ dominus, fuerit felix, & in do-

mo sua, excitabuntur Iuuentutis ingenia ad exercitia ingeniosa, & artes liberales. Si ☿ felix & fortunatus, omnium rerum, quae sunt de natura Martis, felicitas promittitur: sed male constitutus, combustus, Retrogradus, aut alioquin impeditus, malum minatur. ☿ in 8 in reuolutione anni, multa suspendia significat: In 12 domo multorum carceres, ♀ & ♂, multa adulteria, libidines, & sic de alijs. Caterum in specie status religionum sive sectarum considerando: Significat ☿ Iudaeos: unde de eorum felicitate iudicatur ex ☿ cui coniungitur Mercurius: unde & maxime sunt industrij, loquaces, & paranda rei pecuniariae dediti. Conueniunt autem pro felicitate huius sectae, Saturno signa aërea ♀, ☿ & ♁. Christianos significat ♃ cui jungitur ☉: Illiusq; diem colunt Christiani, ut Iudaei Sabbatum propter ☿. Conuenit ☿ his trigonus igneus ♁, ♁ & ♃: unde & magis iusticiam ac veritatem colunt, quam alia secta. Turcas & Tartaros similesq; Tyrannicas gentes significat Mars, cui adiungitur ♀ vel ☾. Luna quidem quod laboriosissimi sint atq; vagi, ejuq; in vexillis imaginem referant. Venus verò quia libidinosi sunt. Conuenit his trigonus aqueus ♁, ♁ & ♃. Aethiopes & similes gentes Idololatrias significat ♀, cui jungitur ☽ Orientalis: Ob id multos quoq; DEOS multasq; illorum formas fingunt, pro varietate formarum ☽: Trigonus illis conuenit terreus continens ♁, ♁ & ♃. Principum & nobilium familiarum significator est ☉. Hic feliciter positus significat felicem ipsis conditionem, sed Eclipsi alijsq; malis impeditus significat ipsis infelicitatem.

Status hominum in specie.

Iudeorum.

Christianorum.

Turcarum & Tartarorum.

Aethiopum.

Principum.

Pertinet autem ad fidem & diligentiam Astrologorum, omnium quantum fieri potest Principum, Ducum, Comitum, Nobilium, Consulium, praecipuorum quoq; Theologorum, Episcoporum, Consiliariorum, Medicorum genituras inquirere. Non enim magna solummodo laus est, priori consulta experientia de ipsis in specie aliquid dicere, sed publica quoque fata ex eorum salute pendent. Quicquid enim delirant reges plectuntur A chivi, &c.

Status civitatis ex Planeta & signo illius scitur. Si enim Planeta civitatis bene dispositus fuerit, homines illius loci felicem & prosperum habebunt in rebus agendis successum. Quod si contra significator ejus debilis fuerit, & male affectus, contrarium statuendum est.

Status civitatis unde cognoscatur.

Sic si in signum vel urbis vel regionis, malorum inciderit coniunctio, aut Cometa eo in loco apparuerit, aut etiam Eclipsis, calamitas illi significatur, nisi bonorum radio aliquid mitigetur. Contra ubi benefici Planeta vel corporaliter fuerint in eo signo constituti, vel saltem bono radio illud collustraverint, significabitur status felix. Quae verò civitates & regiones signis subsint in 1 cap. huius membri exposuimus.

Literatorum
conditio.

Vulgi condi-
tio.

Mulierum
conditio.

Conditio
pregnan-
tium.

Propnosti-
cum itine-
rum.

Virorum doctorum & literatorum significator est ♄. Hic felix & fortis in bono radio Iovis & ♀ felicem statum literatorum significat: Sed male affectus contrarium: in 6 domo morbos: In 12 carceres: In 8 mortem & pericula mortis. In domo ♄ fortunatus & liber, significat bonam fortunam per annum vel quartam anni cuius est thema. Si Marti jungatur feliciter, radio * vel ♄ significat felicitatem prudentiam & calliditatem augeri. Vulgus Luna significatur. Luna igitur in revolutione & quartis, in thematis loco bono, h. e. in aliquo angulorum bene affecta & salva significat felicem populi statum. In 7 multa conjugia: In 5 crebros & felices partus. In 8 infirmitates & morbos populares. Ad extremum mulierum significatrix est ♀. Hec infelix significat feminis infelicitatem. Felix contrarium. Qualitas vel boni vel mali significati, iudicatur ex domo in qua est ♀. Nam in revolutione anni in 8 male affecta significat multa mala femineo sexui. Luna quoque observanda est, quia hæc quoque bene affecta in themate revolutionis benefacit feminis.

Status pregnantium iudicatur ex domo 5 revolutionis & domino eius quem Almuten vocant Arabes. Item ex habitudine reliquorum Planetarum ad domum & dominum quintæ.

Quando enim quinta domus malis malorum sine bonis bonorum fuerit radijs, ac dominus eius male affectus significantur gravidia pericula. In primis si ♄ sit dominus 5, aut corporaliter in quinta, aut malo radio aspexerit quintam.

CAPITULUM X.

De itineribus, Metallis & Cometis.

Itinerum significatores sunt 3 & 9 domus. Videndum itaque in quartis anni & revolutionibus, quinam aserism 3 & 9 domos occupent: quis item ex Planetis sit dominus, beneficus ne an maleficus: Quique Planetarum dicta loca & eorum dominos occupent, bonus ne an malus. Quod si loca nominata & eorum domini bene affecti fuerint, significant itinera illo anno, & illa quarta quam consideras, futura felicia. De contrarijs contrarium pronuntiandum.

In primis vero mala significantur, cum ♄ in revolutione anni aut quarta proposita, corporaliter tertiam aut 9 domum occupaverit: Luna quoque generalis significatrix est itinerum: unde male affecta aut malis coniuncta, significat infelicia itinera. Contra felix & fortunata omnia felicia promittit.

Metallos

Metallorum conditionem hoc modo venantur Astrologi. De statu Metallorum. plumbi & ejus lucro judicant ex positu ♄. Nam fortunatus bonum, infortunatus malum proventum denotat. Sic de statu auri ex ☉ affectione. De argento ex ♃. De Cupro ex love. De ferro & sulphure ex ♁. De stanno ex Venere. De argento ex ♁ pronunciant. Vnde & Alchymista his metallis hæc Planetarum nomina imposuerunt.

Cometarum & Chasmatum, aliorumq; ignitorum Meteororum apparentiam, prædicunt Astrologi cum ♁ est Dominus anni, in primis si Corporaliter consistat in signis trigoni aerei, aut ea etiam radio collustret. Idem quoq; prædicunt, si Mars sit in signis terreis, ita ut Luna simul sit impedita. Item si ♁ in Eclipsi præcedente, aut magna aliqua ☉, dominium sortiatur, & effectus incidat in eundem annum. Porro eventus à Cometis sumuntur duplici ratione.

Primo si positus eorum ad Solem spectetur. Si enim matutinus fuerit, h. e. si mane ante Solis ortum conspiciatur, in mundi plaga Orientali; dicunt Astrologi eum regis aut principis mortem significare, eius regionis, quæ subiecta est signo Cometae. Si deprehensus fuerit in 12. cæli domo, eo tempore, in quo primum apparet, tum portendere statuunt contagia morborum popularium. Si vespertinus fuerit, & in occasu apparuerit post Solem occidentem, eodem modo regis alicuius mortem prædicant. In 8. cæli domo conspectum primo volunt mutare administrationes publicas & magistratus illius populi in cuius signo conspicitur.

Secundo significatio sumitur ex motu, si scilicet qualitas motus perpendatur. Nam si feratur motu ab occasu in ortum, contra motum primi mobilis, dicunt significari hostem externum & peregrinum. Si contra ab ortu in occasum, clandestinos motus & bella civilia significari existimant. Sed de ea re passim aliorum scripta legi possunt, Nos hoc in loco hisce generalibus præceptis contenti sumus.

CAPVT XI. DE ELECTIONIBVS.

CUM præter hætenus exposita, Calendarijs etiam certa electionum signa inseri soleant, quibus tempora ad has vel illas actiones obeundas convenientia notantur: Nos ne quid inexcussum relinquamus, quod ad Calendariorum compositionem pertinere videtur, breuiter hic de Electionibus agemus. Iudicatur autem tempus electionis in genere: Primum quidem ex usu & experientia vulgari, cui tanquam regie viæ insistendum est. Deinde ex generali temporum constitutione. Neq; enim in Ianuario satio aut diebus festis balnearia instituenda sunt. Ac ut primum de Phlebotomia præcipiamus, De Phlebotomia

Tempus electionis quomodo in genere colligatur.

V 5

sunt, mia.

sunt in hujus usu ante omnia signa, quibus vel bona vel mala est: Postea aspectus: Hinc ipsa hominis complexio: Et ad extremum atas consideranda.

At mala quidem signa ad missionem sanguinis, sunt omnium sententia Π , Ω & M : quibus nonnulli addunt Σ , NY & L , quae tamen alij sanguineis congrua esse scribunt. Bona vero sunt V , Z & X exceptis postremis 10 gradibus. Mediocrina tandem statuuntur D & H exceptis primis 10 grad. P quoque ut plurimum negligitur, ut per quem via combusta procedit. Ex aspectibus mali ad sanguinis missionem statuuntur 1. Luna coniuncta, \square ta vel P Soli, quia tum mutatur totus status naturae. 2. Luna C , \square vel P Saturno F vel G . Alij addunt C & Q . 3. Luna etiam in signis malis constituta ad sanguinis evacuationem mala censetur. 4. Sol coniunctus curi H vel F : Item C , \square vel P H , Z vel F inter sese, sanguinis missionem impediunt. Bona autem censetur sanguinis missio, si Luna in bono signo fuerit: Ac tum si sine omni aspectu fuerit bono vel malo vel in mediocri signo non impeditur. postulat simplicem crucem K . Similiter simplicem crucem exigit si D in aspectu felici mediocrium aut etiam malorum, vel in malo aspectu Z vel Q , i. \square vel P bonorum fuerit. Duplici vero cruce notabitur K is dies, quo D coniungitur Iovi vel Veneri non combustis: aut etiam K vel Δ ex signis bonis aut medijs eosdem intuetur. Impedit autem P D & C per duos integros dies ante & post, \square & P per horas 12 ante & post. Sic D cum H vel F coniuncta \square aut P per 12 horas impedit ante & post. Denique H Marti coniunctus, aut \square vel P radio eundem intuens per biduum ante & post sanguinis missionem impedit.

Porro sanguineis terrea: Phlegmaticis ignea: Cholericis aquea: Et Melancholicis aerea signa conveniunt: Atque ita contraria semper signa naturae eius qui vacuare vult sanguinem inquirenda sunt. Est & hoc observandum, ut & die sereno, & hora illa sanguis mittatur, quae ascendens habet signum idoneum, dominusque ascendens & Luna non in sexta vel 8 domo reperiantur, neque ullum cum Domino 8 domus aspectum habeant, quaque malefica ab angulis longissime removeantur. Aliis facile in phlebotomatore cadet error. In primis vero cavendum ex sententia Ptol: Aph: 20 centiloquij, ne membrum ferro percutiatur, cum D signum tenuerit, quod membro illi dominatur. Nam D auget humorem eius membri in cuius signo reperitur. Sic cavendum ne Luna in V existente caput tangatur, tum praecipue, cum infortuna H vel F , radium suum eo direxerit. Utque Luna quatuor habet quadrantes; quorum primus est a C in primam \square , alter a prima \square ad P , tertius ab P ad alteram \square , quartus ab altera \square ad C : Ita videndum est, quibus nam quadrantibus sanguinem mittere singulis maxime conveniat. Prodest autem primus quadrans tantum etati juvenili: Secundus juvenili & Virili: Tertius Virili & senili: Et quartus senili tantum. Necessitas tamen non habet legem, quandoquidem in magnis & periculosis morbis, ut cum quis laborat pleuritide non semper est inspiciendum Calendarium. Videre etiam debent iuvenes bene sani, non plethorici, ne temere venam secent. Temperamentum enim quod habent optimum, ista sanguinis missione nunquam graviter ledunt, & spiritum vitalem erocant.

Ex 4 Quadrantibus qui nam singulis etatibus conveniant.
Cautela.

Balnea

Balnea & scarificationes, quae signo exsuctionis sanguinis per caurbitulas notari solent, ijs in genere diebus maxime conveniunt, quibus & vena sectio salutaris est. Caveatur verò ne die festo notetur, ne fiat tumultus in populo, sed pridie potissimum festi.

In primis verò considerandum est, num mundicie & ornamenti, num verò valetudinis causa balneo uti velit. Nam si quis mundicie causa balneum ingredi voluerit, faciet id Luna ☾ aut ♁ occupante, & Veneri fausto aliquo radio applicante. Quod si verò sanitatis recuperandae causa balneo uti voluerit, videbit ut in exsiccatione Lunae locum in signis igneis, & aspectibus ☿ & ☽ felicibus. In humectatione verò Lunam in aqueis signis & fortunatis configurationibus ♀ & ♃ observet. Ceterum balnea impediunt dies, quibus ☽ in signis terreis versatur, & aspectus ☿ & ♁ mali sese offerunt.

In medicamentorum electione potissimum quid in vere & autumno conveniat, videndum est. In Canicularibus enim & circa brumum atq; in omni gelu ac aestu, extra casum necessitatis, abstinendū est à pharmacis. Ac licet in genere tempus sectioni venae destinatum commodissimum sit ad pharmaca. Signa tamen in specie ad purgationes instituendas bona censentur humida, ♄, ♃ & ♁.

Similia enim similibus addita vires augent. Ac ☽ quidem in ♄ cum aspectu trino vel ✱ ♀ adiuvat virtutem expulsivam pro evacuanda cholera per Electuarium, cum aspectu eodem ☽ vel ☿ adiuvat virtutem expulsivam pro evacuando phlegmate. Cum Iove tandem pro purganda melancholia. Sic ☽ in ♃ in ♃ vel ✱ ♀ exiit at expulsivam virtutem pro cholera evacuanda cum potione: In ♃ vel ✱ ☽ & ☿, pro purgando phlegmate. Iovis pro melancholia. Luna tandem in signo ♁ per pillulas evacuationem suadet, cum ♃ & ✱ ♀ cholera: ☽ vero vel ☿ phlegmatis. Sed melancholia cum ♃ vel ✱ ♄.

Cavendum vero in primis, ne in sumptione pharmaci Luna ruminantia signa, ut ♃, ♄, & ♁ percurrat, quando quidem nauseam & vomitum facile movent. Leonis quoq; signum licet non sit ruminans rejicitur. Cum enim membrum in cuius signo ☽ est non sit ledendum: patet ☽ in ♃ existente, qui praest ventriculo, non commode exhiberi pharmacum. Nam & tum nausea & vomitus cietur. Sic fugienda quoq; sunt pharmaca tum, cum Luna quovis radio ♄ vel ☿ intuetur, in primis si ☽ vel ☿ radio id fiat. Luna quoq; felicissime Iovi juncta impedit purgationes naturae confortatione. Hac enim medicinae operationem & effectum prorsus cohibet.

Ceterum Luna decrescens ad purgationes instituendas melior est quam crescens, praesertim si sine malis radijs, cum Iovis & ♀ retrogradorum radijs sit, non propinqua

Soli

De Balneo

De medica-
mentu.Cautela in
exhibendis
purgantibus.

Soli, nec sociata maleficis: Nec plane negligenda videntur esse signa ♄ & ♃ si felicibus radijs ☉, ☽ aut ♀ collustrentur, quandoquidem & hæc expulsivam virtutem adiuvant, & dies purgandis humoribus viciosis idoneos offerunt.

De capillo-
rum tonsura.

In capillorum tonsura hoc in primis attendendum est, nam crines citò renasci velimus, num tardè.

Nam si citò & cum decore renasci exoptemus, tondendi erunt ☽ crescente & felicissime posita, in aspectu ☽ vel ♃ aut ♀, in signis pilosis, ☽, ♃ & ♄. Et fugiendæ sunt aspectus & fortitudines maleficorum, cum Planetarum tum aspectuum signumq; ♃ si in capite tondendum est. Nam Luna in ☽ decrescens damnata, id est malo aspectu maiorum Planetarum lesa, calvos facit. Si vero capillos non renasci, aut saltem tardius crescere velimus, observanda erit ☽ decrescens in ♄, ♃, ♃ & cauda ☽ in aspectu ☽ & ☉ bono. Hæc enim a pilis aliena sunt. Quod si forte alia quædam cedenda carpenda vel tondenda sunt ut à putrefactione conserventur, quemadmodum ligna in sylvis cedere, verres iuvenos, arietes, hédos castrare, sues mactare &c: id totum ut Plinius ait innocentius decrescente ☽ quam crescente fiet. Oves quoq; melius tonduntur crescente ☽ quam decrescente, quandoquidem crescente ☽ crescunt capilli.

De unguium
resectione. Experientia quoq; notum est nonnullis ex improvida unguium re-
sectione. sectione ungues difformes factos esse, aut apostemata circa eos esse enata.

Notarunt igitur Astrologi, in abscissione unguium observandam esse Lunam auctam lumine & motu, & in aliqua domorum Veneris vel etiam ☽ aut ♃ Venerem aspicientem, vel Solem radio amicabilem intuentem. ♃ vero & ♃ præ cæteris signis tum pro loco ☽ tum pro ascendente rejiciuntur.

De ablaetatione
infantiū. In ablaetatione infantum hoc potissimum considerandum est, num
quis infantem suum delicatum, num carniū, leguminū, radicū fru-
ctuumve è terra nascentium comestorem esse desideret. Plerumq; enim
pro natura signi Luna & Planetarum, ablaetati infantis appetitum in-
clinabitur.

Ideoq; si delicatos infantes esse voluerimus, signum ☽ humanum constituamus, benevolo ♀ aspectu accedente: Si carniū avidos, ♃ Martemq;: Si Piscium, Cancrum, ♃ & ☽ caudam: Si leguminū radicū fructuum ac similium è terra nascentium, terrea signa, præcipue autem ☽ & felicem ☽ assulsiōem eligamus. In primis verò commendatur Luna feralis, id est sine omni aspectu. Nam hæc facit oblivisci nutrices. Luna quoq; quò longius distat à Sole & vicinior est plenilunio, eo magis convenit ablaetationi. Impedit autem ablaetationem domus ♀ ut ♄ vel ♃ si in aliqua earum ☽ constituta reperiat. Tum enim naturaliter infantes manere desiderant apud nutrices.

De Satione.

Tempus sationi instituenda accommodatum, est in primis inquirendum est à peritis agricolis & hortulanis propositi loci, ne id turpissime
annoteiuy

annotetur ad brumam & Caniculares: tamen & Astrologi praecepta nonnulla tradunt, juxta quae satio instituenda venit.

Lunam igitur scriptores pro tempore ad sationem & plantationem idoneo observandam esse tradiderunt: Ac si in terram humidam, aut semen humidum seminare aut plantare quis voluerit, faciet id commodissime teste Plinio sub interlunio decrescente Luna. Si verò in terram aridam, aut semen aridum serere animus est, sit Luna crescens prope plenilunium. In primis autem prospiciendum est, quod sese frigida H stella receperit. Nam H dominatur terrae. Hinc ille feliciter configuratus D , aspirante simul Iove & Venere, adiuvat culturam terrae. Impediunt verò eandem aspectus J ad Lunam. Seminatio quoque fieri solet die ante vel post novam Lunam: Post tamen melius est, motu velox, in signis mobilibus. At sunt signa ad seminandum idonea V , S , M , C , B & X : ad plantandum verò S & C . In genere quoque melior est satio & plantatio, quando mox subsequutura est pluvia. Vites si putaveris Luna plena in S , Q , M vel J volucres uvae non infestabunt.

Sponsaliorum tempora, etsi optimè ex personarum, quae conjugium appetunt, genituris deprehenduntur: generaliter tamen Astrologi pro felici desponsatione mariti, radios D & Q inter se felices ac conjunctos, pro femelle verò connubio C cum J radios felices considerant: Iovis quoque beneficis addictos significatores aspectus, non parum felicitatis ei rei affert. In universum verò pro assequenda prole Luna sit in signis multorum liberorum S , M & X , & in benignis aspectibus J & Q .

De nuptiarum tempore.

Præceptoribus pueri tradendi sunt tum, cum Luna aucta lumine in signo humano cum J constituitur, aut etiam Mercurium fortunato radio intuetur.

De tradendis pueris præceptoribus.

Ligna ad extremum ad adificationem cadenda sunt decrescente Luna, a Martino ad Fabianum, seu ut quidam volunt ad Calendas Ianuarij tantum. Neque eligenda sunt ligna quae ventus deiecit, quia ventis consistens talia moventur. Eligendi quoque sunt sereni & non humidi ac ventosi dies. Ligna enim humectata tempore sectionis facilius carie corrumpuntur.

De refectione lignorum.

Cardan. sect. 2 Aph. 158 inquit: Frumenta & Ceduam sylvam ad opus decresciente Luna metes aut secabis. Si diligentius, ad opera egregia, ultima quarta: Melius autem longe, si interlanij die: Optimum omnium, & ad eternitatem faciens, si is in novissimum biurae diem simul incidat, Saturnusque respiciat Lunam, Luna verò sub terra sit. Cariem enim non solum non sentiunt, sed & durissima redduntur. Ad ignis autem materiam sylvas ac lucos, & quaecumque celeriter crescere denuo cupis nulla resecti habita cura, Luna supra terram in prima quarta Q aut Iovi coniuncta, cedes, sicut Cardan sequenti 159 Aph. seg. 2 affirmat.

Exempli

Exempli verò loco, quod brevitatis studio hic omisimus, aspiciant studiosi Calendaria diligenter scripta, eaque cum regulis & Ephemeridibus suis conferant. Hoc cum per annum atque alterum fecerint, omnia facillime assequentur.

TERTIVM MEMBRVM.

DE IVDICIO GENETHIALOGICO.

Absolutis illis quae pertinent ad iudicium commune, quod καθολικὸν προγνωστικὸν Ptolomaeus appellat, quandoquidem continet praedictiones ex astris, quae pluribus gentibus & urbibus conveniunt: Reliquum nunc est, ut ad speciem transeamus, & singulis propria iudicia texere ostendamus, quae γενεθλιαλόγια vocantur, ut quae ex cuiusvis genitura, de iis, quae nato respectu effectricis causae caeli expectanda sint, ostendunt. Etsi verò utrumq; iudicium supponit caelestium corporum quandam διάθεσιν, ex qua conijcienda sunt species eventuum, quas ex proprietate sua caelestia significare per experientiam est deprehensum: tamen aliqua occurrit differentia: 1. quod universalium προγνωστικὸν per se sit perfectum, etiamsi hoc particularium subjectorum iudicium non subijciatur. Deinde quod diversa sint in utroq; principia. Nam in universali quod circa regiones & urbes versatur, cum unum esse initium nequeat, multa statuenda sunt principia, quibus caelestium διαθέσεων accommodantur. In particularium verò praedictione unum est principale initium, illud nimirum, quod generationis est hominis, quod quidem speciem rei determinat, eaque quae cuiusque natura sunt propria. Reliqua initia, quae sunt quaedam secundum aetatis gradus & tempora distinctiones, huic principali, ut subjecto cuidam accidunt, ejusque proprietates tantum augent aut minuunt. Est autem generationis principium tempore duplex: unum conceptionis, alterum partus, cum in lucem editur. Si conceptionis principium constet, vel casu vel per observationem, magis convenit ipsum sequi quam alterum, nimirum considerando quam vim & efficaciam habeat in agendo ὁματισμὸς caeli, qui illo accidit momento. Nam hoc tempore αἰθέρα, ex dispositione circumfusi aëris, primum fit certi cujusdam temperamenti & peculiarem induit naturam, quae quidem licet succedentibus temporibus, quibus in corpus vivum mutatur & conformatur, non nihil fiat in temperamento diversa: tamen eam ut plurimum, quae prima est imbuta

Differunt iudicium generale gentium & urbium, & iudicium γενεθλιαλόγια.

Generationis principium duplex unum conceptionis.

imbuta, proprietatem retinet, & materiam, ex qua incrementum accipit, sic vi sua attemperat secernitq., quemadmodum haec prima exigit impressio. Idcirco ex hoc principio proprietates animi & corporis maxime poterunt haberi. Quod si verò ipsum non constet, ut ferè perpetuo nescitur: tum ad illud momentum attendendum est, quo in lucem quis prodit. Nam & maxima huius principij est vis, & à priori tantum differt, quod non monstrat, qua ante partum accidant: Alioqui aequalis est potentia, imò ut tempore posterius est, sic re ipsa perfectius habetur. Momentum enim conceptionis principium tantum est seminis in humana generatione, & quadam quasi inchoatio: Partus verò hora principium est hominis, & principale vitae exordium, quo quae desunt extreme absoluntur. Quod si quis obijciat hominem prius esse ex omni parte perfectum quam in lucem prodeat, & thema caeli ad tempus partus constructum nihil conferre ad peculiarem cuiusq. naturam: Huic respondendum est: Naturam quam fetus ex caelesti impressione prima acquisiuit, ut reliqua sibi proprie attemperat, sic post maturitatem & absolutionem suo impetu ferri, ut sub tali constitutione caeli prodeat, qualis fuit ea, quae prius factum efformauit. Congruit enim, ut patet ex sermone 51 Centilo: Ptol: & Regula Herm: Trisme: locus) in partu, cum loco in conceptu; & viceversa. Quamvis igitur constitutio caeli tempore partus non efficiat, quae tum in genito sunt effecta: tamen vim habet potentia sua & efficiendi, & etiam significandi talia. In genethliologica itaq. theoria, si principium conceptionis non habeatur, alterum hoc inquirendum est, & eo assumpto reliqua ordine suo inde deducenda sunt. Hinc si de statu alicujus nati iudicium ex astris ferendum est, cum tempus conceptionis vix dari possit, de tempore partus queritur: Eoq. dato, thema caeli juxta praeccepta capituli penultimi partis 2 constituitur, ad quod iudicium accommodare oportet.

Alterum partus.

Momentum partus in iudicio natiuitatum, maximam virium est.

CAPVT I.

De collectione dignitatum singulorum Planetarum, eorundemq. & donorum gubernatione.

In iudiciorum Genethliologicorum inquisitione hoc ante omnia spectandum est, ut fortitudines & debilitates Planetarum examinentur, qui & quibus in locis, naturaliter effectus suos vehementius exerant, & rursus quando & ubi sint imbecilliores.

Examen fortitudinis & debilitatis planetarum.

Quo-

Quotiescunq; enim aliquid de nati conditionibus, ut pote de vita, dignitate, conjugio, aut similibus pronuntiandum est, inspiciendi sunt certi loci, quos usitate appellamus significatores, ac juxta eorum constitutionem, mutuam convenientiam in ejusdem eventus significationem, naturam, positum in mundo & in themate, motum, & cum alijs benignis & malignis stellis congressum, & configurationem, judicia de proposita questione sunt ferenda.

Sex accidentia in Planetis præcipue considerantur.

Considerantur autem in Planetis hæc sex potissimum accidentia: 1. Num Planeta in aliqua suarum dignitatum essentialium constituatur, vel num peregrinus, cadens, aut in detrimento suo sit. Atq; hæc consideratio fit juxta tabulam dignitatum essentialium supra cap. 2 præcedentis & cap. 4, 1 membrum hujus 3 partis declaratam.

2. Quomodo constitutus sit Planeta in figura natiuitatis, num in angulo, succedente, vel cadente domo, qua de re egimus cap. 5, 1 membrum. 3. Num directus, velox, tardus vel retrogradus sit. 4. Num Orientalis vel Occidentalis. 5. Num combustus, sub radijs, in Cazimi, vel liber, &c. 6. An beneficis Planetis benigno aspectu associatus, aut maleficis inimico aspectu configuratus sit. De quibus vide cap. ultimum 1 membrum.

Qui Planete fortes & fortunati: qui debiles & infortunati censentur.

Porro consideratio horum accidentium hoc modo instituitur: Primo scribuntur fortitudines & debilitates singulorum Planetarum ordine cum suis numeris, & postea colligitur utrorumq; numerorum summa. Inde enim emergunt tituli dignitatis aut indignitatis pro eo numero, qui vincit: Siquidem 1. quicumq; habuerit essentiales dignitates præcipuas duas aut tres, utpote domum exaltationem, triplicitatem, aspectum fortunatum; fueritq; liber à Sole, fortunatus vocabitur. Contra infortunatus. 2. Si velox fuerit in domo felici, lumine auctus, & Orientalis ex superioribus, Occidentalis vero ex inferioribus, dicetur fortis. Contra debilis. 3. Si nec fortunati nec fortes dici possunt, & vincunt tamen fortitudinis testimonia, vocantur felices tantum. Contra infelices si vincunt testimonia debilitatis. Postremo ubi paria sunt fortitudinum & debilitatum testimonia, appellantur mediocres. Notandum verò non adeò opus esse curiosa sollicitudine de titulorum differentia, quia sine periculo istis solummodo vocabulis contenti esse possumus, fortis, debilis & mediocris. Ex huiusmodi Planetarum examine & dignitatum collectione, certus ordo Planetarum constituitur, iuxta dignitatem & potentiam cuiusq;, qui ordo sumitur ex subtractione debilitatum à fortitudinibus. Is enim Planetarum qui plura fortitudinis testimonia habet, præferendus est illi, qui pauciora habet. Quod si tamen paria duorum vel plurium sese offerant, præfertur is, qui pluribus est dignitatibus essentialibus ornatus. Porro in hoc fortitudinum & debilitatum examine, Ptolomæus non minus ✠, quam Planetam aliquem considerat, hoc tamen discrimine, quod

quod parti fortuna non tribuat aspectus, nisi quatenus a Planetis ipsa aspicitur. Est quoque ex-
 enim tantum locus caeli in quo ☉ & ☽ radij concurrunt. Eius autem fortitudi-
 nes & debilitates hoc modo examinantur. Primum considerantur signa, in quibus con-
 stituitur: Ac iudicantur felicia, quae sunt fortunarum: Infelicia quae sunt infortunarum
 domus. Secundo aspectus Planetarum, qui si felices fuerint, augent vires partis fortu-
 nae, si infelices minuunt. Tertio locus figura caelestis in quo est: Et quarto stella fixa
 regia vel violenta quibus cum versatur. Tandem numeris hac ratione fortitudines di-
 stinguuntur.

pag. 162

Fortitudines habet		Debilitates habet.	
In signis	♈ & ♀ 5 ♉, ♀, ♁ & ♃ 4 ♊ 3 ♋ 2	♈ licet sit domus ♀: Nihil tamen adimit vel addit siquidem ☉ in eo exaltatur. 5	
In aspectu	♄ ♀ vel ♁ 5 ♄ ♁ 3 ♃ ♀ vel ♁ 4 * ♀ vel ♁ 3	♄ ♀ vel ♁ 5 ♄ ♁ 3 ♃ ♀ vel ♁ 4 ♃ ♀ vel ♁ 3	
In domo	1 vel 10 5 7, 4 vel 11 4 2 vel 5 3 9 2 3 1	12. 5 8, 6. 4	
Sic ♁ cum Regulo coniuncta affert dignitates	6	Cum capite Algol 4 Combusta 5	
Cum spica ♋	5		
Non combusta neq. sub radijs	5		

Examinatis hac ratione fortitudinibus & debilitatibus Planetarum, proximum De inquisi-
 est, ut gubernatores Planetarum & domorum inquiramus, quandoquidem & horum rione guber-
 magna vis est in iudicio Genethliologico. Discernendum autem initio est inter dominum uatorum
 eius signi, quod inchoat domum, & inter dominum gradus eius signi, qui vel cuspidem planetarum
 alicuius domus inchoat, vel in quo planeta aliquis consistit. & domorum.

Nam Dominus signi vocatur Graecis διοκοδωτορε vel Dominus domus. Asi do-
 minus gradus eius signi, qui vel in cuspidem est alicuius domus vel Planetam recipit, appel-
 latur *διοκοδωτορε*, id est dispositor, victor & Arabibus Almuten, quod vocabulum ab gradus signi
 Hebraeo Madon procul dubio deductum est, quod contentionem significat in iudicio. Dici-
 tur enim Almuten quasi Almadon victor in iudicio dignitatum: Estq. u qui in gradu
 proposito plurimas dignitates essentiales habet.

X

Quarunt

Nota.

Quærentur autem gubernatores singulorum Planetarum & domorum ex tabula dignitatum essentialium cap. 2 præced. membri proposita. Sed notandum ut plurimum non adeo scrupulose inquire in dominos gradus signi, quos vel Planeta, vel cuspides domorum occupant: Verum Astrologos plerumq; contentos esse dominu signorum, quandoquidem maxima ex parte conveniunt.

CAPVT II,

De generali iudicio vitæ, & Electione Aphetæ seu hylech
& Alcochodon.

Quandoquidem ut Ptol: rectè monet lib 3 cap. 10, frustra de reliquis nati accidentibus, ut ingenio, moribus, divitijs, conjugio, itineribus, &c. aliquid pronunciat, quando prius non constat, an vita hominis ad ætatem talibus actionibus convenientem sit duratura: Idcirco ut justo ordine progrediamur, primum de vita nati in genere agemus. Etsi verò exactius de vita spacio longiore vel breviorè iudicium, ex directionum doctrina desumi possit: tamen generalis etiam hæc consideratio non est omittenda, imò semper ea directionibus est præmittenda. Si enim vitam nato prolixam astra decernere, per hoc generale prognosticon, animadvertimus: rectè per speciales directiones numerum annorum ejus ætatis inquiremus. Si verò vitam ejus debilem futuram agnoscimus & brevem, adeo ut nutritionis annos natus vix, vel etiam omnino non superaverit, multo minus ad ætatem perfectam devenurus, speciale iudicium omittimus. Ac primum quidem, in hac generali consideratione vitæ, videndum est in parentum genituris, quales sint liberorum significatores.

Sicut enim fructuum firmitas pendet à temperamento radicis: sic liberi, quorum parentes infelices habent liberorum significatores, leviter de causa moriuntur: nisi admodum fortunata sit, pro vita propria, liberorum nativitas. Significant autem liberos, quinta & undecima domus. Hinc qui ♃ vel ♆ in illis domibus conjunctum habet, huic ut plurimum moriuntur liberi.

II. Considerantur horoscopus, qui propriissimus est significator vitæ, an sit felix vel infelix. Felix quidem est, felici & benefici Planeta signo, ac termino, vel etiam beneficorum Planetarum radijs vel presentia. Veluti vitæ valide statuuntur, quibus vel ♄ ascendit, & ☉ est in 9, 10, 11 vel 7 domo, vel ♃ aut ♆ & ☉ in his existit. Infelix autem est; vel termino malo quando videlicet horoscopi gradus est terminus malefici, præcipue domini mortis; vel aspectu, aut presentia mali, quando scilicet horoscopus incidit in malignum aspectum malefici, præcipue interfectoris, vel etiam maleficius corpore obsidet horoscopus.

Interfectores in omni nativitate statuuntur: Primo qui corpore occupat

occupat octavam domum, non praeul ab initio, intra 25 gradum. 2 do- Intersector
 minus 8 domus. 3 qui conjungitur domino octava. 4 Almureu seu dispo- in nativitate
 sitor Planeta in 8 domo. 5 Almuren seu disposito Domini octava domus, quis statua-
 Notandum vero 1 quod ♄ dexter, & ♃ sinister, in signis longarum ascensionum, ha- tur.
 beantur quoque pro aspectibus malignis, etiamsi boni sunt malorum. 2 quod maleficorum
 & intersectorum termini lethales sint, in primis tamen primi ordinis intersector, qui
 omnium potentissimus est.

III. In generali judicio vitae, consideranda sunt luminaria ☉ & ☽.

Luna enim naturalem, Sol vitalem potentiam gubernat.

Luminaria
 qui feliciter
 ponantur,

Quandocumque, igitur haec in nativitate feliciter ponuntur, promittant vitam,
 quando infeliciter, denegant vitam. Ponuntur autem feliciter, 1. cum in angulis,
 praecipue prima & 10. domo, a malis libera, in configuratione fortunarum, ponuntur.
 Et observatum est, quod ☽ in ascendente felix, semper significavit longam vitam: Ex-
 exemplo nobis esse potest Lutherus, cuius genesin talem nobis proposuit Cardanus.




X 2

Nam

Nam & hic ☽ in ascendente habet felicem in propria domo, & ad 6³ annum etatis pervenit, quandoquidem mortuus est Anno 1546, ipso die Concordia, Februarii 18.

II. Feliciter ponuntur, si ☉ cum Venere ex angulo aliquo Lunam felici radio intueatur, aut viceversa Luna in dignitate & angulo constituta Solem benefico radio aspiciat. Tum enim natum bene sanum & longae vitae promittunt. Exemplo nobis esse potest $\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\sigma\iota\varsigma$ Pauli Tertij Pontificis, qui Solem in χ domo Iovis constitutum habet, quem proxime antecedit Q naturam beneficam Z & Q referens, sequitur vero Q : Ac aspicit Sol Lunam, in sua exaltatione Z & domo Q constitutam X radio. Cum igitur domini luminaria sint planeta benigni, & ☉ in prima domo consistat, Vixit annos 81 & 8 menses.



Luminaria Infeliciter verò constituuntur luminaria. i. Cum pariter coniunguntur vel opponuntur cum aspectu maleficorum, praesertim H . Nati enim in novilunio aut plenilunio raro sunt durabiles, aut prospera valetudine utuntur, hi quidem propter nimiam humiditatem.

ditatem, illi propter nimiam siccitatem. Actalis fuit constitutio cuiusdam puella nata Anno 1504 die Martij 16, Hora 5 P. M. Habuit enim in occiduo caeli cardine partiliter copulata luminaria, quae maleficorum ☐ radijs ex medij caeli angulo sunt afflicta: Unde & mortua est altero post nativitatem die.



2. Cum utrumq; luminare ☉ & ☽, aut unum eorum in angulo aliquo à maleficis maligno radio ladicur. Leditur autem iuxta Gaurici observationem, in ☉ insigniter Sol à Marte, & ☽ à Saturno. In ☽ verò leditur ☉ à ♄, ☽ verò à ♃. Atque hoc malum gravius & periculosius statuitur, si dominus ascendentis etiam sit afflictus, aut combustus. Impossibile enim tunc erit natum vivere, aut si vivit, infeliciter vivit. Veluti in themate Alexandri filij Electoris Saxonie Augusti, ☉ peregrinus, & in cadente caeli loco, à maleficis utring; partiliter obsessus: Horoscopus quoq; quadratis radijs enormiter afflictus fuit: Sola ☽ in forti caeli loco à maleficorum lesionibus libera extitit. Hinc quoq; constitutio hęc vitam quidem ipsi largita est, nutritionis annos excedentem, ad expulsum vero non perdurantem. Mortuus enim est anno 12 etatis.

X 3

3. Quando

*Emissarius, Arabibus verò Hylech ambulator, ab Hebræo Helech abijt, Prorogatur
dicitur; Est ex cuius digressione seu directione de longitudine vita seu hy-
vitæ iudicant Astrologi. Invenitur autem is hoc modo, 1. In diur- lech quid.
na nativitate videatur Sol: In nocturna verò ☽. Si enim fuerint in Quomodo in-
locis hylegialibus h. e. dignitati hylech convenientibus, erunt Hylech. veniatur hy-
Conveniunt autem ejus dignitati tantum felices domus supra horizon- lech.
tem existentes: I, IO, II, 7 & 9, quarum qualibet habet 30 gradus aqua-
toris, quinq; ante initium domus & 25 gradus proximos cuspidem domus
sequentes. Omnia vero loca quæ sub terra sunt exceptis grad: 25 horo-
scopi rejiciuntur. Ac ratio est, quia stella sub terra tempore nati-
vitatæ harentes, in superius hemispherium minus efficaces esse credun-
tur. Sic domus quoq; 8 & 12 licet supra terram existant: tamen cum
nullo aspectu cum horoscopo cohæreant & malos eventus etiam signifi-
cent, ad hanc rem inutiles esse censentur.*

*I. I. Si Sol in diurna ☽ in nocturna genesi non sint in locis idoneis,
consulatur ☽ in diurna, ☉ vero in nocturna genesi.*

*III. Quod si neutrum luminare hylech esse possit, alius Planeta pro
hylech queritur hoc modo: 1. In diurna genitura sumit Ptol: & praece-
dentem ante nativitatem: In nocturna vero ☽ & ☽ precedentem,
consideratq; quis in illis locis dominetur. 2. Locum ☽ & 3 ascendens qui-
bus in nocturna additur locus ✚. Qui nunc Planetarum in his locis plus
rimas dignitates habuerit, & q. Almuten & Victor omnium fuerit, si-
quidem in nativitate obtinuerit domum hylegialem, salutarur hylech.
4. Si ☽ Planeta hoc modo inventus in tali domo non sit, consulitur
numero proximus, qui ad minimum tres habet dignitates essentielles.
5. Vbi nec hoc procedit, habebitur ascendens pro vita prorogatore: Et hoc
postremum de ascendente in omnibus nativitatibus existimant exerci-
tati Astrologi pro valetud:ne & vita tutissimum esse.*

*Alcochodon Arabico vocabulo dicitur primarius iudex vitæ, quem
& Almuten seu dispositorem hylegij appellare possumus. De quo, licet Alcochodon
& Almuten seu dispositorem hylegij appellare possumus. De quo, licet
usus ejus exiguus sit, & a Neotericis parum curetur, hoc tamen pro ple-
nium intelligendis Astrologicis praeceptis quæ & a superstitionis Aegyptijs
tradi solent notandum est. Si luminaria hylech, sint in domicilio pro-
prio aut exaltatione, ea & hylech & Alcochodon statui.*

*Usus autem ejus est, ut ex fortitudine & debilitate ejus judicetur de vitæ
nati annis. Primo namq; si fuerit fortis & fortunatus in angulo, dabit nato suos annos
maiores: Secundo in succedenti domo dabit annos suos medios: Tertio in cadenti dat an-
nos minores juxta tabulam,*

Porro assumuntur quoque aspectus ad Alcochodon in eodem signo contingentes: quia ♃ & ♀ quocumque aspectu: Item ☉, ☽, ♁ bono aspectu addunt annis Alcochodei annos suos minores. ☿ intra 12 gradum ab Alcochodone dat quartam partem annorum Alcochodei. ♃ & ♀ bonis aspectibus nihil dant: Malis minores annos adimunt. Idem faciunt mali radij ☉, ☽ & ♁.

Anni Alcochodon

	Maiores	Medii	Minores
♃	57	43½	30
♄	79	45½	12
♅	66	40½	15
☉	120	69½	19
♀	82	45	8
♁	76	48	20
☽	108	66½	25

Cautio.

Observanda autem est Cautela: Neminem in hac natura imbecillitate debere nato promittere 100 aut plures annos ex preceptis veterum, quae florentissimo mundi tempore scripta sunt, & hominibus viventibus sub temperatissimo caelo: sed longevam tantummodo vitam, ubi caetera consenserint. Nulla enim regula tam firma est quae non admittat exceptionem. Memor quoque sit Astrologus regulae Moisis ex Psal: 90: Dies annorum nostrorum sunt 70 anni, aut ad summum 80: E quibus quod optimum est, est molestia & labor. Transitus enim celer est, & avolamus.

CAPVT III.

De domino geniturae, & horae Planetariae.

Dominus geniturae quis.

Dominus geniturae Graecis κὸ γιγνησθεως vel una voce ὀκωδέ-
αὐθης dicitur: Estque is Planeta, cui potiores in tota genitura inter caeteros ascribuntur partes, quicquid in temperamento & moribus qui temperamento respondent, maximam vim habet, imo totius vitae specialis significator existit. Hanc autoritatem in genitura summam cui tribuere velint Planetae, nondum decreverunt Astrologi. Placet verò nobis hoc in negotio Cardani Apho: 18 ex seg: 5 supplementi cum inquit: Vera via nondum nota est in arte, ille recte agit, qui antiquorum dicta fideliter recitat: Nos igitur quoque de modo eligendi dominum geniturae diversas Astrologorum sententias recitabimus, & quod nos ratio maxime deducat, videbimus. Ac si quidem Firmicus, qui apud Latinos solus Astrologicas praedictiones conscripsit ex veteribus, qui ad nostram aetatem pervenerunt, pronunciat lib. 4. cap. 12 eum Planetam geniturae dominum, qui praestit signo quod Luna proxime post natiuitatem ingreditur ☿ & ☽ exceptis, quibus luminaria praesunt.

Sententia Firmici de geniturae domino.

Veluti si ☽ alicuius natiuitatis tempore sit in ♋, tum ♀ quae praestit & proximo signo, Domina erit geniturae: Sic si Luna sit in ♌, dominus geniturae erit ♃, quia Luna proxime ex ♌ in ♍ signum Iovis transit. At si ☽ sit in ♌, non Luna quae praestit ☽,

aut

aut ☉, qui præest ♄, sed ꝯ cui accommodatur signum ☿ genitura dominus erit. Luminaria enim peculiari privilegio ad dominium geniturarum non adhibentur, præsertim cum de vitæ statu, de corporis forma, de professione & alijs iudicium ferendum est: siquidem aliàs maxima luminarium est vis, ita ut pro sua qualitate decretis splendorem vel addant vel detrahant. Cum verò de vitali virtutis durabilitate, de dignitate, de coniugio, & alijs quibusdam pronuncian- dum est, tum & ipsa luminaria attenduntur.

II. *Vulgus Astrologorum dominum genitura existimat illum esse, qui Vulgi opinio & Dominus seu almuten est horoscopi.*

III. *Recentiores pleriq; Ptolomæum sequuntur, qui lib. 3 quadrip^o Ptolemæi eligit Dominum genitura ex quinque locis hylegialibus seu Apheticis. Qui sententia, enim plurimas dignitates essentielles habuerit in ascendente, Medio cæli, loco ☉, loco ♃, & loco ☿ is genitura Dominus constituendus erit. Pars riceps autem dominij erit qui proximas dignitates possederit. Quod si duo aut tres pari numero dignitates habeant, hi omnes Domini nativitatatis dicentur.*

IV. *Cyprianus Leonicius eum Planetam dominio genitura præficit, Cypriani do- qui & respectu essentialium dignitatum reliquis potentior est, & simul trina de locum in figura dignissimum obtinet. Genitura domino.*

Quod si verò uni alicui Planete hæc duo simul non accidant, ut videlicet & valo- re ex dignitatibus essentialibus contracto, reliquos vincat & superet, & simul cæli lo- cum potentiozem occupet, præferendus quidem reliquis omnibus erit, qui essentialibus di- gnitatibus alios antecellit: sed tamen ipsi in hoc munere associandus est, qui respectu loci figura cælestis potentior existit. Probabile est enim, & omnino verisimile, eum qui in pluribus locis viribus plus valet, & dignitate præferendam esse ei, qui unica tantum præ- rogativa ceteros anteit: ubi fieri potest, ut alijs dignitatibus & dispositionibus ceteris planetis longe sit inferior. Qui enim reliquis potentissimus est in radice, & optime con- stitutus, manifestius suas vires in natum exerit, quam alius, cuius vires debiliores sunt. Quis autem Planeta sit in themate potentissimus, cognoscitur ex collectione testimonio- rum singulorum Planetarum, de qua præcedenti capite monuimus. Ordo verò loco Ordo domici- rum, unde qui Planeta respectu loci figuræ cælestis potentior sit, cognoscitur, liorum. hic est: 10, 1, 11, 7, 4, 5, 2, 9, 3, 8, 6, 12. Præfertur enim domus 10 primæ, prima undecimæ, &c.

V. *Nos in hac opinionum diversitate, tutissimum esse iudicamus, si duos nativitatatis dominos eligamus: Primo quidem dominum horoscopi, juxta modum vulgarem. Alterum felicissimum & fortunatissimum in nativitate juxta modum Cypriani.*

Dominus ho-
re planeta-
rie.

Dominus hora Planetaria, qui & aliàs Dominus orbis dicitur in quavis genitura appellatur is Planeta, cuius ex sententia Arabum & Aegyptiorum vis maxima esse videtur, eo temporis momento, quo natus prodit in lucem. Cum enim dies omnis, sicut & nox, tribuatur in duodecim horas, quas nonnulli temporarias vocant: Et singulis horis singuli Planeta assignentur, sumto initio ob ortu ☉, & eo Planeta à quo dies denominatur: Constat quavis hora temporaria peculiarem Planetam dominium exercere. Etsi verò diversa de his horis apud autores reperitur opinio, dum alij horas cuiusvis diei in 12 aequales partes dividunt, facta in 12 partes aequali divisione ejus arcus, qui vel per diem vel noctem ascendit de aequatore; alij inaequales, facta divisione medietatis Zodiaci, per diem & noctem ascendentis, in 12 aequales partes. Nos tamen, cum ratio harum horarum non ab ascensione graduum aequatoris, sed potius ascensione graduum Eclipticae sumta esse videatur, quemvis diem in 12 horas inaequales juxta 15 graduum Eclipticae ascensionem distribuimus.

Ratio inqui-
quirendi Do-
minum horae
Planetariae.

In inquisitione igitur Domini horae Planetariae, consulatur Canon ascensionum, conveniens loco in quo genitura facta est. Ac primum quidem cum loco ☉ ingressu facto, loci ☉ ascensio inde petatur. Postea & loci oppositi. Tandem si datur tempus diurnum, ascensio loci ☉ ab ascensione loci oppositi auferatur, adiecto integro circulo, si subtractio fieri nequit: Vel si datur tempus nocturnum, subtrahatur ascensio loci oppositi ab ascensione loci ☉, adiecto itidem integro circulo, si subtractio institui non potest. Et remanet arcus aequatoris, ascendens de die vel de nocte, cum medietate Zodiaci coorientes. Qui arcus si in tempus mutatur, exurgit quantitas diei vel noctis in horis & minutis horarum numerata, cuius dimidium monstrat occasum Solis, dimidium verò à 12 horis ablatum, ostendit ortum. Si nunc proponitur tempus diurnum, numerantur ordine horae diei, incipiendo ab ortu, & tribuendo horae primae illum Planetam, à quo dies denominatur, & singulis horis 15 gradus Eclipticae: donec deveniatur ad horam nativitatis propositam: Eiq; hora assignatur Planeta is, qui descendendo à superioribus ad inferiores, & redeundo ab infimo ad supremam, in ordine sese offert: Similiter procedendum, si tempus nocturnum detur.

CAPVT IV,

DE NVTRITIONE.

Genesi oblata, & expeditis illis de quibus in praecedentibus capitibus egimus, prima cura erit, ut diligenter consideretur, an natus nutrir, & annos nutritionis, qui sunt 4 priores, complere possit.

110

Illo enim tempore maxime casibus & morbis exposita est vita nostra, propter imbecillitatem, & corporis non satis confirmati teneritudinem. Sunt autem in nutritione consideranda: I. Horoscopus, id est signum in quod ascendens cuspis incidit, & ejusdem affectio, quoniam corpus nati significat. II. Luna ejusque status, qui gubernat potentiam naturalem. III. Sol, qui vitali potentia praest. IV. Geniturae dominus. V. Duo benefici ♀ & ☿. Nam si significatores dicti vel omnes, vel major pars eorum debiles & infortunati fuerint, non est quod dubites, Astrorum significationem nato insignem imbecillitatem portendere. Si vero vel omnes, vel major pars eorum bene dispositi fuerint, natum facile & optime nutriri posse denotant. Quod si pars eorum afflictata fuerit, pars contra salva & fortunata, natum nutriri quidem posse, at crebris conflaturum aegritudinibus significatur.

In nutritione qui significatores praecipue considerandi sint.

Primum igitur si ascendens sit in termino malefici, aut hostilibus maleficorum radijs affligatur, natus vix evadet, praesertim si & reliqua loca hylegialia ☉, ☽ & M. Ascendens ipsum. C. male sese habeant: Vix mensis spacio vivere posse statuunt Astrologi natum, cui affligitur ascendens, Marte ☿ domum occupante: Similiter vel post partum mori statim, vel etiam in ipso partu interire censent natum illum, cui in ascendente ☽ cum Marte constituitur, Saturno ♄ domum tenente. Cui quoque ascendens Dominus infeliciter positus est, ita ut dignitatibus essentialibus omnibus destituatur, & vel cadens vel peregrinus sit, locumque caeli infelicem in genitura occupet, diu vivere non potest.

Secundo Luna in ascendente feliciter posita, libera a maleficorum presentia & radijs, vitam promittit nato longiorem. Afflicta vero maleficorum presentia vel radijs, vitam denegat. Luna quoque Soli vel coniuncta vel opposita natum brevioris vitae facit, maxime si infasti Planetarum maleficorum radij accedant: vide caput 2 huius membri Albohali dicit: Si Luna in 4. domo in ☐ vel ☿ maleficorum Planetarum existat, difficilem innui partum & matri maxima pericula significari.

Tertio Sol in ascendente feliciter positus, vel etiam in alia aliqua angulari domo, in sua exaltatione, aut domo constitutus, non laesus infortunarum presentia aut radijs, vitam longiorem pollicetur. Afflictus vero vitam brevioris, si caetera, quae consideranda sunt, consenserint, denotat. In genere de luminariis certum est, quod si ea feliciter in figura constituentur, in configuratione fortunarum, quod non solum ad valetudinem & corporis robur, sed & ad elegantiam formae plurimum adiuventi adferant. Contrarium minantur, si infeliciter ponantur. Si quoque alterum luminarium in aliquo angulo constituerit, & coniunctum habuerit partiliter alterutrum in elevorum, vel secundum longitudinem & latitudinem, vel etiam secundum longitudinem tantum, & nullus beneficorum locum luminis aspexerit: Praeterea Dominus luminis fuerit in loco malefico-

maleficorum, natus non nutrietur, sed statim morietur. Cum quoque luminare in occasu constitutum est, & malefici supra id elevantur, foetus diu vivere non potest.

Geniture do- Quarto, Genitura dominus extreme afflictus, languentibus etiam luminaribus, & praecipue luminari conditionario, nato vitam in primo exortu adimit. Aliquantulum autem vite conceditur illis, quibus Dominus nativitatis cadit ab angulo, Luna infecta praesentia vel radio mai.

Benefici duo
♃ & ♀.

Quinto, Fortuna fortunata, & in bona configuratione ascendens & luminarium felicitum, dant vitam etiam invisis triplicitatum Dominis. Fortuna autem luminaria solum respicientes & infortune ascendens affligentes, vitam eò usque, nato promittunt, donec ☉ aut ☽ ad malignos radios perveniant. Huc referenda sunt ea, quae cap. 2 sunt dicta. Arabes pueritiae annos 4 in tres classes distribuunt, quas gubernandas hac ratione tribus Dominis triplicitatum ascendens tradunt: ut primum annum & 4 menses, primus, postea ordine reliqui duo gubernent. Quod si primus Dominus triplicitatum fortis sit & fortunatus, bonam: si debilis & infortunatus, malam futuram primam tertiam partem nutritionis indicabit. Idem de reliquis pronuntiandum erit.

CAPVT V.

DE TEMPERAMENTO.

Temperamentum
quid
Quatuor
principalia
temperamenta.

Temperamentum Physici vocant congenitam mixturam 4 primarum qualitatatum, & 4 naturalium humorum, sanguinis, pituitae, flavae & atrae bilis; & harmoniam horum factam ea ratione, ut certa speciei conveniat. Quamvis verò infinita sit temperamentorum varietas: tamen ut 4 sunt principales humores in corporibus animantium, ita 4 his respondent principales *κράσεις*. 1. Sanguinea, quae est calida & humida temperatè. 2. Phlegmatica, quae est humida & frigida. 3. Cholericæ, quae est calida & sicca. Et 4. Melancholica, quae est frigida & sicca. Quae *κράσεις*, cum ex proprijs qualitatibus & naturis significatorum temperamentorum colligantur, sanè generalis doctrina qualitatatum signorum, juxta 4 trigonos, & Planetarum: Item quatuor anni quartarum ex superioribus huc revocanda erit.

Significato-
res tempera-
mentorum
10.

Cognita natura significatorum, videndum secundo loco est, qui nam significatores in iudicio temperamentorum adhibendi sint, nempe hi 10. 1. Signum horoscopi. 2. Dominus horoscopi. 3. Planeta unus vel plures in horoscopo, ita tamen ut 5 gradus ante cuspidem & 25 post cuspidem numerentur pro horoscopo: Quibus quoque junguntur ☉ vel ☽ in horoscopo. 4. Planetarum aspectus in horoscopum incidentes. 5. Luna quae proprie humoribus imperat, 6. Planeta medietate suorum orbium Lunam

nam

nam afficientes. 7. Quarta anni, qua cognoscitur ex signo quod Sol tenet.
8. Dominus genitura Cypriani. 9. Particeps Domini Cypriani. Et 10.
Stelle fixae insigniores horoscopus occupantes.

Tertio antequam testimoniorum collectio instituat, uniuscuiusque
Planetae qualitates, quas habet cum ratione signi in quo est, tum ratio-
ne positus ad Solem, examinentur, ascriptis qualitatibus, tam Planetae
quam signo. Cumque juxta vincitium numerum pronuntiandum sit de
qualitate complexionis, attendendum unice erit, quanam qualitates in-
ter se pugnent & sese mutuo tollant, quae non pugnent. Nam si unum
testimonium sit calidi alterum frigidi, unum sicci, alterum humidi, ni-
hil reliquum manebit Planetae, sed tollent sese mutuo qualitates: Illae
verò solummodo qualitates retinenda erunt, quae non pugnant inter se,
seu non eliduntur à contrarijs.

Quarto collectio testimoniorum hoc modo fiat, ut singulis tempera-
menti significatoribus ordine ascribantur suae qualitates, & toties idem
significatum repetatur, quoties significatur idem in ordine recurrit. Collectio te-
stimoniorum
Fieri enim potest, ut idem Planeta sit & Dominus genitura, & horo-
scopi, & simul etiam in horoscopus corpore incidat: Quod cum sit ter
in testimoniorum collectione est adhibendus: Sic cum Luna in horo-
scopo constituitur, bis adhibetur.

CAPVT VI.

De forma statura & habitu corporis.

ET si de his ipsis corporis accidentibus iudicia ex themate admodum
obscura sumi possunt, propterea quod in constitutione formarum
major interdum sit vis causarum propinquarum & particularium
quam remotarum. Multum enim ad corporis conformationem faciunt
educatio, ratio victus & vita, in tenera aetate, in qua obstetricum im-
peritia aut negligentia, tenella infantum corpora à naturali figura non-
nunquam dimoventur & depravantur. Multum quoque facit similitudo
parentum, quae interdum diutissime in familijs durat, & ad posteros
propagatur: Multum & regio seu loci natalis natura. Nam documenta
damus, quae sumus origine nati. Quia tamen certum est & experientia
comprobatum, faustos siderum positus, corporum formis nonnunquam
insignere

Quing, prin-
cipalia mem-
bra huius ca-
pitis.

1. De simili-
tudine nati
cum paren-
tibus.

Cautio.

CC

Signorum
natura.

✓

8

II

8

Q

in signem venustatē addere: E contrario verò infastos positus, corporum formas evidenter depravare: Monstrabimus solummodo hic in genere, quomodo de formis corporum ex themate pronuntiandum sit, cum & Ptolom: hanc considerationem non omittat, sed cum iudicio de temperamento coniungat. Ac primum quidem de similitudine nati ad parentes hic agemus: Postea de proportione membrorum: Tertio de colore faciei & capillorum. Quarto de statura: Et quinto de habitudine corporis. Ad similitudinem igitur quod attinet, duobus ea modis iudicatur. 1. Ex positu Planetarum, qui parentes significant in horoscopo. Patri enim similes facit ☉ in diurna, ☿ in nocturna nativitate in cuspide horoscopi, ☽ enim de die, ☿ de nocte patrem significat. Matri verò similes facit ♀ in diurna, ☽ in nocturna nativitate, in cuspide horoscopi, Venus enim de die: ☽ de nocte matrem significat. 2. Iudicatur similitudo nati ad parentes ex facie ascendentis signi in horoscopo. Si enim ☉ fuerit dominus faciei, natus patri erit similis: similiter de ☿ pronuntiandum. Si Luna fuerit domina faciei, erit natus matri similis. Idem de ♀ dicendum. Si dominus faciei ascendentis fuerit, dominus quarta domus, & natus filius fuerit, natus erit similis patri. Si filia fuerit erit similis matri. Sic si facies erit Planeta Masculini, natus patri: si feminini, natus matri assimilabitur. Rursus si Dominus faciei ascendentis fuerit Dominus loci ☉, natus erit similis patrio. Si verò fuerit Dominus loci ☽, erit similis avunculo. Notandum tamen satius esse pronuntiare in genere natum ad paternam aut maternam familiam inclinare, quam specialiter aut avunculum aut patrem vocare, quod rarissima nati-
vitates habeant verum horoscopi gradum.

Ad reliqua antequam accedamus, de signorum & Planetarum significatis quo ad formam, quaedam afferenda sunt. In signorum igitur naturis hæc considerentur:

✓ significat collum oblongum, crura parva, multos & crispes capillos ad albedinem tendentes: Figuram tamen alias facit benam & convenientem, faciem inclutam, cutem duram: Et staturam innuit mediocrem, longiorem tamen.

8 longam & elevatam frontem designat, nares amplorum foraminum, oculos patentes & magnos, collum grossum & pingue, supercilia magna: Amplum pectus, Capillos rufos & erectos, vocem raucam, staturam mediocrem, longiorem nonnihil.

II exhibent corpus bene proportionatum omnibus, membris atq; insuper formosum, staturam, mediocrem capillos mixtos.

8 efficit natos stature brevis & humilis, superiora membra, crassiora inferioribus, ventrem magnum, oculos parvos, magna supercilia, capillos crispes, ad nigredinem tendentes, humeros amplos, vocem submissam & humilem.

Q corpus largitur magnum, flavum, amplum pectus, membra superiora crassiora inferioribus, oculos grandes & quodammodo lynceos, nasum acutum, staturam proceram,

py pollio

¶ pollicetur corpus bene proportionatum, mediocre quo ad crassiciem, faciem item mediocrem & decentem staturam proceram.

♁ formosos facit, pulcros & bene proportionatos, mediocres in carne & statura, longiores tamen, elbos in facie & nigros in reliquo corpore.

♂ parvos denotat oculos, faciem parvam, multos & densos capillos, membra inconvenienter proportionata, crura longa & magnos pedes, staturam mediocrem, longiorem tamen.

♆ magnum & debile corpus flavi coloris significat & staturam proceram, crura crassa, faciem longam, barbam promissam, subtilium tamen capillorum, vocem pulcram.

♁ corpus siccum & parve stature affert, crura subtilia, longam & subtilem faciem, ad similitudinem capre, magnam capillorum copiam, & barbam longam ac nigram, vocem mediam.

♁ formosos efficit, bene proportionatis membris ornatis, mediocri stature brevioris tamen, suavi & grata voce, subnigris capillis & quandoque unum ex cruribus altero maius.

♁ magnam faciem indicant, parvum caput & staturam brevem, amplum pectus, oculos rotundos & decoros, pulcram item barbam & capillos albos, & plerumque maculam faciem deformantem, vocem subtilem. Atque hec signorum qualitates precipue considerantur in ascendente, & loco in quo horet heroscopi dominus & Luna.

Planetarum autem proprietates & effectus hi sunt.

♄ forme significator & stature corporis, efficit oculos nigros, atque in uno eorum maculam, vel unum altero minorem; faciem longam, aspectum truculentum, capillos Planetarum nigros densos & crispatos, pedes incurvatos & fissuras habentes. Orientalis facit homines subfuscis, subnigris, pallidos, sed bene proportionatos, & mediocri stature, declinantes ad brevitatem in quorum complexione frigiditas & humiditas vincit.

Occidentalis autem nigros & brevis stature, in quorum complexione frigiditas & siccitas dominatur, rarosque habent capillos.

♃ Orientalis, efficit candidos, & elegantis stature homines, vincente humiditate: unde procerioris stature existunt Occidentalis vero, candidos quidem, sed stature brevioris. In genere vero capillos mediocres denotat, barbam crispam, & bonum statum in qualitate & quantitate corporis.

♁ Orientalis, candidos & rubedine perfusos, proceros, bene proportionatos, oculos ceruleos, & capillicio mediocri pollicetur. Occidentalis rufos, statura mediocres, parvorum oculorum, capillo raro, cum quadam flavedine, facie rotunda, cum quibusdam maculis, magnis naribus, & dentibus longis.

♁ exornat corpus quadam magnificentia, colorem aliquomodo candentem ac lucentem largitur, caput magnum, faciem rotundam, oculos magnos, capillos extensos, ad extremum calvescentes, vocem subraucam & corporis staturam mediocrem.

♀ faciem pulcram, gratam, & venustam, ac ad muliebrem elegantiam proximè accedentem, succulentam, teneram & delicatam prestat. Peculiariter autem oculos colore subnigro, cum quadam venustate imbuunt, capillos aliquantulum crispas, & crura crassiora efficit. Sed hec omnia Orientalis magis prestat quam Occidentalis.

♁ Oriens

♄

♁

♂

♆

♁

♁

♁

♄

♃

♁

♁

♀

♄ Orientalis efficit colorem bonum, magnitudinem moderatam, membrorum proportionem convenientem, oculos parvos, capillitium meliocrè & flavescens, Occidentali pallidos, macilentos, gracilibus membris, vocis acuta & acuminis ingenij non vulgaris homines pollicetur.

♃ Albicantes facie & aspectu promittit, barbam decoram, & corpus bene sanum, nisi fuerit in ♄ vel ♁. Bonos præterea & elegantes mores, staturam proceram, propter humorem & alimenti abundantiam. Atq; hæc sunt proprietates, quæ vel à signis in horoscopo constitutis, vel Planetis formæ significatoribus natis decernuntur.

Admonitio
necessaria.

Oportet autem Astrologum in iudicijs pronunciandis à medici officio nullo modo discedere, sed signorum & significatorum significationes ita miscere, ac temperare, ut convenientia in unum colligantur, ex ijsq; collectis sententia dicatur: Contraria verò sibi opponantur, ex ijsq; medium accipiatur, ac ita prædictio texatur.

De propor-
tione faciei.

Porro proportionem faciei, de qua nunc agendum nobis est, regunt signum ascendens & eius Dominus, Planeta item & radij in ascendente, luminaria, quarta anni, & stelle in horoscopo constituta. In primis verò venustatem dant, & pulcros faciunt, signa humana ascendentia ♃, ♄, ♁, ♂, ♆, aut etiam ♃ & dominus horoscopi in eis: Item priores partes ♃ & ♄. Inter Planetas optimam proportionem dant ♃ & ♄, & alia quæcumq; felix constellatio in ascendente, sine malignorum interventu. Proximas verò tenent ♁ & ♂, qui tamen Planeta cum malis mali sunt. ♁ quoq; & ♂ muliebrem quandam formam conciliant. ☉ proportionem quidem, sed non venustatem concedit.

Quarta anni
quid in fa-
ciei propor-
tione largi-
antur.

Quid faciant
stelle fixe.

De Colore
nati,

Quarta anni verna, pulcritudinem formæ & constitutionem sanguineam affert. Aestiva, membra grossiora, & cholericam complexionem largitur. Autumnalis macilentos facit, mediocris sed decentis stature & complexionis melancholica. Hyberna decentem quidem nati formam, sed constitutionis phlegmaticæ efficit.

Stelle fixe Ioviales & Venereæ in cuspide ascendenti liberalem formam dant. Deformitatem autem efficiunt. 1. Signa deformia ♄, ♁, ♂, ♆ & ♃. Item posteriores partes ♃ & ♄. Ac via lactea in ascendente. 2. Infelix constellatio ad ascendens præsertim ♂, ♁ & ♃. Almansor dicit Aph: 14. Cuiuscumq; fuerint in ascendente infortune, turpem notam in facie patietur. 3. Luminaria damnata in signis obliquis item cum obscuris stellis. Idem Almansor inquit Aph. 15. Non poterunt oculi eius evadere ab impedimento gravi, cuius in nativitate ambo luminaria fuerint impedita, id est male posita cum infortunis. 4. Quando malefici inter se aut cum luminariis coniunguntur in ♄ vel ♁; aut quando ipsi in suis caudis, aut etiam ventribus Draconis fuerint, tum gibbus, strumis & claudicatione corpus deformant. Veluti in nativitate Pauli Eberi, ♁ & ♂ cum ♁ coniunguntur, nec juvit eum ♃ ascendens.

Color

Color etsi in genere de toto corpore, tamen potissimum de faciei colore accipitur. Deinde de oculis & capillo. Mirum enim hoc est, quod cum omnes homines simus, alius tamen alios oculos & pilos habeat.

De colore nati.

Iudicatur autem color faciei, quem hic potissimum consideramus: 1. ex Planetis in ascendente: 2. ex signo horoscopante. 3. ex eius signi domino. 4. ex Planeta qui partiliter aspiciat gradum, aut Dominum horoscopi. 5. ex stellis fixis simul orientibus, que retinent colores suorum Planetarum quorum habent naturam: Et 6. ex temperamento. Sanguineum enim temperamentum candidos: Plegmaticum pallidos: Cholericum flavos & rufos: Melancholicum nigros efficit. In primis verò benefici & beneficorum radij in ascendente, dant colorem bonum & gratum: ut mali malum & ingratum: Signa quoque æstiva & fortunarum domus: ut ♃ ♄, faciunt colorem letum: hyemalia verò & domus infortunarum, tristem. Caterum colores precipui sunt: Albus, niger, flavus & rufus. Nam ceteri ex his miscentur. In iudicio igitur de colore faciei & crinium, hoc modo procedendum est. In initio significatoribus accommodati colores assignentur. Postea similes singulis colores in unam summam colligantur. Ac tandem iuxta numerum vincentium pronūciatur: Sunt qui ex domino horæ colorem nati inquirunt. Nam ♄ afferre dicitur pallorem. Iupiter orientalis nigredinem, Occidentalis albedinem. ♃ ruborem. ♀ gratam albedinem. ♁ flavedinem. ☉ fuscenedinem. Et ♃ albedinem maculolam.

Colores temperamento- rum.

Ex domino horæ color quomodo iudicetur.

De statura sic iudicium juxta has tres Regulas: Primo enim iudicatur ea, ex Planeta dominum horoscopi partiliter aspiciente, & si plures aspiciant, fortiore.

De statura nati.


Secundo: Quod si nullus Planeta partiliter aspiciat Dominum horoscopi, sumitur iudicium ex ipso Domino horoscopi, non considerato signo, siquidem directus fuerit. Si verò retrogradus fuerit, aut in casu suo, tunc iudicium fertur, non ex natura Planeta, sed potius signi quod occupat.

Tertio luminaria dominantia horoscopo, tribuunt solummodo staturam pro natura signi, in quo sunt. Quod & de Mercurio observandum. Is enim decernit staturam pro natura sui dispositoris seu Almuten.

Veluti in Genesi Domini Philippi Melanchthonis Dominum horoscopi ♁, nullus Planeta partiliter aspiciat; quare juxta regulam secundam ex natura ipsius ♁ domini horoscopi, iudicium de statura erat conformandum. Cum verò is per se nihil decernat, juxta regulam tertiam ipsius dispositori ♄ est aspiciendus, qui cum Occidentalis sit à Sole, brevem ipsi staturam, & siccus corpus denotavit.

T

Notandum



Notandum autem quod duo inferiores ♀ vel ♄, ex domicilijs vel altitudinibus suis aspicientes horoscopi dominum, decernant longam staturam. Contra si in casu aut detrimento constituentur, brevem. Superiores vero ♃, ♄ & ♃, si sunt in casu, aut detrimento suo retrogradi, decernunt quidem staturam mediocrem vel brevioram; Sed si in casu vel detrimento suo non retrogradi existant, non mutant staturam quidquam, sed pronuntiandum est iuxta proprietates Planetarum supra propositas.

De crassitie
vel macie
nati.

Tandem ad habitum corporis quod attinet, intelligimus per eum crassiciem vel maciem, quae post aetate seu consistentem aetatem, hoc est tricesimum annum, aut paulo post naturaliter corporibus accidit. Sumitur autem hujus judicium, secundum Cyprianum, tantum ex illis signis, in quibus aut horoscopus, aut etiam Dominus horoscopi reperitur, neglecta Planetarum qualitate, ad quam Ptolomaica praecpta respiciunt.
Ac

Ac signorum quidem hæ sunt proprietates: ν , δ & Ω prior medietas, obesitatem seu crassiciem; posterior maciem affert. Π , μ & Φ priores partes maciem, posteriores crassiciem largiuntur. Θ & I prior medietas, mediocritatem, vel potius maciem; posterior mediocritatem, tendentem magis ad crassiciem decernit. III , II , XX & X mediocrem corporis proportionem designant. Pars tamen posterior XX magis ad maciem declinat.

Iudicaturus nunc nati alicujus habitudinem corporis: Primo intueri *Requisita* horoscopi signum. Postea & ejus Almuten: nec negligere Planetarum illorum *iudicij*, aut stellarum fixarum qualitates, quæ vel horoscopum obsident, vel etiam cum Almuten horoscopi conjuguntur. Primo enim si horoscopus à suo Almuten partiliter aspiciatur, fer iudicium pro natura signi horoscopantis. Secundo si non, fer iudicium pro natura signi, quod horoscopi Almuten occupat, modo is ab aliquo partiliter aspiciatur. Tertio si Almuten à nullo partiliter aspiciatur, iudica ex medietate signi, quam Almuten non occupat, Notabis verò, quod Dominus domus, vel exaltationis, horoscopantis signi, coniunctus Soli medietate sui orbis, absente Marte, corpus grande decernat; presertim si accesserit consensus horoscopi, vel eius Almuten: Sed Marte presente maciem afferat, etiam dissentiente horoscopo vel eius Almuten. Similiter notabis, quod si bini Planeta sint Almuten horoscopi, preferendus sit is, qui partiliter aspicitur, vel etiam qui domum obtinet, illi, qui in exaltatione constituitur, etiam si & ipse aspiciatur. Prol: 53 Aphor: Centiloquij sui dicit: Quod domini genitura macilentorum hominum, latitudinem non habeant: ac si Australis sit eorum latitudo, agiles erunt, licet sint carnosi: Sin Borealis, inagiles & graves. Frequentia quoque illustrium stellarum fixarum in horoscopo, robur addit corpori. Sic Lutherus natus est regulo existente in horoscopo. Nec negligenda videtur in hac consideratione complexio & natura parentum: quandoquidem Natura sequitur semina quisq, sua. Ac Melancholici & cholericici semper sunt macilenti, Phlegmatici crassi: Sanguinei carnosi.

CAPVT VII.

De moribus & ingenio nati.

ADhuc, quomodo, de insignioribus corporis accidentibus, iudicium, ex natura & constitutione certarum figura partium, formandum sit, ostendimus. Proximum nunc est, ut & anime accidentia, eorumq, qualitates, ex domo prima, & Planetis in hac hærentibus prænoscere doceamus. Sunt autem anime accidentia duplicia: Alia ad rationalem anime partem seu intellectum pertinent, & ingenij appellatione vulgo notantur, Alia vero irrationalis anime partis sunt propria, hoc est vegetative ac sensitive potentia, ac morum appellatione usitate intelliguntur.

Anime accidentia duplicia.

T 2

Dispositio

Dispositio animæ rationalis per Mercurii locum, Vegetativæ verò & sensitivæ ex qualitatibus loci cognoscitur. Si igitur in genere & bene in themate fuerint affecti, & se mutuo benigno & amico radio aspexerint, convenientia quadam inter rationalem animam, & potentias reliquas inferiores, efficietur. Si verò male affecti fuerint, vel in signis separatis, nullo prorsus aspectu sese mutuo contuentibus, extiterint, discordia naturalis, & pugna inter rationem & vires inferiores excitabitur; in qua tamen vel ratio inferioribus potentijs dominabitur, & affectus reliquasq; potentiarum inferiorum actiones cohibere & frenare poterit, vel contra, affectus inferiorumq; potentiarum impetus rationem vincent, nec ipsi recta monenti, obtemperabunt. Namq; Mercurius fortior in signis imperantibus & longarum ascensionū; verò debiliior in obedientibus & brevium ascensionum signis, denotat rationem dominari affectibus. Luna verò hoc modo fortior Mercurio, ostendit hominem pravis appetitionibus multum indulsum, quas cohibere & reprimere ratio debiliior non poterit.

De moribus
nati quomo-
do iudicetur.

Nos ut de singulis seorsim & ordine præcipiamus: Primum quidem quomodo de qualitatibus anima vegetativa & sensitiva, hoc est, de moribus nati, ex certorum significatorum consideratione, judicandum sit, monstrabimus. Postea & de ingenio agemus. Ac licet mores in hominibus, alias quasdam propinquiores habeant causas, ut temperamentum, Naturam patrum, Patriam, Doctrinam, consuetudinem. Est tamen & in stellis vis quadam, qua quales sint futuri mores nati ostendit.

Si Planeta
unus sit in
horoscopo.

Eruuntur autem morum significatores hisce regulis: Prima: Quando Planeta aliqui in horoscopo constituitur sive in signo ascendente, sive in intercepto fuerit, tum is principalis morum significator existit. Particeps verò significatoris erit eius dispositio, h. e. Planeta, qui in signo eius domicilium obtinet. Hinc secundum naturam istius Planeta & dispositio eius, iudicium de moribus formandum erit. 1. Enim significator beneficius Planeta, potens ac fortis, & beneficiis configuratus, honestos, bonos, & laudabiles mores, pro natura Planeta decernit. 2. Significator, beneficus quidem natura & beneficiis configuratus, sed debilis, mores quidem specie laudabiles efficit, sed obscuros & dilutos, aut fucatos & simplices. 3. Maleficus fortis & felix, etsi bonos, rectos nempe & severos mores facit: tamen semper aliquid veneni miscet, aliquaq; improbitatis vestigia imprimat. 4. Maleficus debilis, & maleficorum radijs infectus, mores tribuit malos, & distortos pro sua natura. Notandum verò Mercurium illius Planeta mores assumere, cum quo proximè coniungitur, aut in cuius signo est. Sic luminaria felicia faciunt persona autoritatem, & moribus naturalem quandam superbiam conferunt. Veluti



Veluti ut hanc primam regulam exemplis illustremus: In Genesi Hermolai Barbari nati anno 1453, 20 die Maij, Hora 12, 50 min: Post Merid: ♄ solus in Horosco-
po mediocriter fortis constituitur, ac morum significator existit: Participem vero ♃ as-
sumit, in cuius dignitate essentiali versatur. Mores itaq; huic Viro denotarunt hi Pla-
netæ admodum elegantes & laudabiles: Iupiter enim in ipso excitavit amorem erga res
honestas & studia arrium: ♃ acumen ingenij addidit, ardentioresq; in animo impetus
excitavit, quos tamen gravitate & venustate mira ac conveniente temperavit, & orna-
vit principalis significator ♄. Fuit igitur in omnibus ferme scientiarum generibus do-
ctissimus, & elegantissimus, ab omni barbarie alienissimus, modestus, gravis, prudens,
generosus, aperius, propter quas natura dotes etiam Patriarcha Aquileia creatus est.
Sic in genitura Angeli Politiani Oratoris & Poeta celeberrimi, nati Anno 1454, Die
14 Iulij, Hora 1, 28 min. P. M. ♄ solus in Oriente constituitur, peregrinus, ac debi-
lis. Eius dispositio est alter maleficus ♃, radio simul opposito partili ferme ex angulo oc-
cidentis eum ferientis, itidem debilis, & peregrinus, attamen ♄ partiliter iunctus.



Hi igitur duo malefici hostiliter se mutuo aspicientes, debiles, cum significatores morum existant, non admodum laudabiles in ipso mores pepererunt. Et quidem, cum a vicino Iove corrigatur, ingenij acumen ac impetum ad facultatem oratoriam concitavit. H vero morositatem adiunxit, infidilitatem, importunam gravitatem, ita ut sibipso etiam fidelis esse non potuerit: Nam veneno sumto sibipso violentam mortem conscivit.

Si plures horoscopus te-
neant.
Secunda: Quando plures Planetae horoscopus occupant, tum omnes sunt significatores morum, & varietatem morum efficiunt: Fortissimus tamen inter eos, mores excitat magis durabiles per totum vitae curriculum, & plerisque actionibus adherentes: Reliqui minus durabiles excitant, & qui ad tempus tantum durant. Qui vero mores, quo potissimum tempore in nato sese sint exercituri, & quam diu duraturi, directiones ostendunt & horoscopi: Quando enim ad ♃ pertinent, Venereos mores ut leticiam, honestatem, suavitatem, hilaritatem, &c: Quando ad ♄ aut radios eius offendunt, Saturninos mores ut gravitatem, taciturnitatem, morositatem, &c: excitant, & sic de ceteris.

Si nullus horoscopus oc-
cupat.
Tertia: Quando nullus Planeta in horoscopo aut signo intercepto versatur, tum videndum est, num Luna vel Mercurio aliquis Planetarum iungatur, & secundum naturam eius mores nati dijudicentur. Veluti in genitura Georgij Trapezontij, nati anno 1396, Die 4 Aprilis, Hora 12, 20 min. P. M. Mars Mercurio iungitur. Quare in ea genitura solus significator existens, mores ipsi de sua natura significavit. Cumq; debilis



debilis sit & infortunatus, propter combustionem, & quia peregrinus & coniunctus est Marti, moribus non omnino laudabilibus fuit praeditus. Fuit enim subdolos, vaser, inconstans, callidus, non admodum sincerus, polipragmaticus, fraudulentus, rixosus.

Quarta. Cum plures Planetae ☽ aut ☿ iunguntur, aut cum utriq; h. e. ☽ & ☿ Si plures simul aliqui Planetae iunguntur, omnes sunt morum significatores, perinde ut cum plures Planetae in horoscopo constituuntur: Sed tamen inter eos fortissimus moris maxime evidentes & durabiles: reliqui vero minus conspicuos, qui interdum tantum sese exerunt & ad tempus aliquod durant, non autem per totam vitam natum comitantur, efficiunt.

Quinta. Quando nullus Planeta in horoscopo versatur, neq; ☽ aut ☿ iungitur aliquis, tum Dominus horoscopi morum significator constituitur, ac iuxta naturam & conditionem eius, de qualitate morum pronunciat: hac tamen conditione si dispositus eius aliquo aspectu eum partiliter intueatur.

Sexta. Si dispositus domini horoscopi nullo aspectu eum intueatur, videndum erit, quinam Lunam aut ☿ partiliter aspiciat, & secundum eius naturam, qualitates morum dydicande erunt.

¶ 4

Septima.

Septima: Cum plures Planetae Lunam aut ☿, vel utrumque simul afficiunt, perinde est, ac si plures Planetae simul in horoscopo constituerentur. Morum enim varietatem efficiunt omnes, talem tamen, in qua maxime conspicui erunt mores ab ipso Planeta denotati, qui inter eos fortissimus est, & maxime partem radio vel Lunam vel ☿ ferit. Qualitas etiam radij consideranda est, an videlicet benignus sit vel hostilis.

Octava. Quando secundum nullam harum regularum, quod tamen raro accidit, significator morum erui potest: sumatur Almuten locorum ☽ & ☿, h. e. Planeta qui in dictis duobus locis ☽ & ☿ plurimas dignitates essentielles obtinet, isque significator morum constituatur.

Quae in morum iudicio praeter Planetas sint adhibenda.

Atque iuxta has sane regulas significantes morum colliguntur, & secundum naturam eorum, iudicium de moribus nati conformatur. Adhibenda tamen simul quoque in considerationem sunt signa, in quibus illi significantes versantur: In primis horoscopi signum: Nec negligendae sunt stellae fixae, in horoscopo, aut cum morum significantibus constitutae, quandoquidem magnam in discernendis moribus vim obtinent, & Planetarum vires excitant ac augent. Cor enim ☽, cum Domino horoscopi, aut significantibus morum, magnanimitatem tribuit, & mores graves ac generosos. Spica ☿ morum suavitatem, sedulitatem, & gravitatem. Cor ☿ magnanimitatem, temerarios impetus & audaciam. Notandum autem luminaria ab hoc officio excipi: Ea enim per se in morum iudicio nihil certi determinare possunt. Quare cum ea in locis huius significationi destinatis reperiuntur, h. e. cum in horoscopo versantur, vel ☽ aut ☿ iunguntur, vel domini sunt horoscopi, mores discernunt pro natura suorum dispositorum. Quando dispositibus carent, h. e. quando in proprijs versantur domicilijs, aliquid quidem discernere possunt, sed valde generaliter. Adhibendi igitur tunc erunt ad hoc iudicium, & reliqui significantes, iuxta regulas ultimas 6, 7 & 8. Quando tamen cum principali significantore morum convenientiam aliquam habent, significationes eius mirum in modum adiuvant & augent. Ut cum ☽ significantori iungitur, aut alias per aspectum benignum aut receptionem mutuam cum ipso convenit, si lumine crescit, mores istius principalis significantoris magis apertos & sinceros, si decrescit, fucatos efficit. In latitudine maxima vel Septentrionali vel meridionali existens, varietatem moribus addit & inconstantiam, cum in hac cito situm suum in Zodiaco commutat. Sol habens convenientiam cum principali significantore morum, vel etiam particeps significationis existens, fortis, gravitatem addit cum splendore & gravitate coniunctam. Debilis vero principalis significantoris bonitatem immittit, & mores ab ipso significatos quasi diluit ac imperfectiores reddit. Cumque iudicium de moribus multo facilius sit, si quales mores à singulis Planetis in specie significantur in promptu habeatur, nos ut hac in parte discipulorum studia juvemus, singulorum significata ex Ptolom: cap. 17. lib. 3 Quadrip: enumerabimus.

Planetarum significatio- nes in iudicio morum.

☽

☽ igitur solus significator morum, fortis, ac bene affectus, facit graves, cum quadam autoritate, profunda cogitantes, graviter de rebus disputantes, amantes occultatum

tum

ram rerum, taciturnos, solitarios, laboriosos, patientes laborum & molestiarum, cumulatōres opum, parcos, cupidos pecuniae, & proprii commodi studiosos, Zelotypos, corporis sui curam gerentes, in promissionibus non semper veraces (Nunquam enim ita bene constitutus est, ut naturalem suam maliciam prorsus exuat) amantem agriculturam. Debilis verò & infeliciter positus, abiectos, squalidos, humilia cogitantes, querulos, negligentes, timidos, fugientes lucem & amantes solitudines, tristes, invidiosos, pertinaces, suspicaces, lividos, obreclatores. *ἄρχαίγενάνας*, supersticiosos, incultos, malignos, insidiantes suis, & metuentes insidias, avaros, austeros, pigros, deceptores, mendaces.

¶ solus significator morum, fortis & bene affectus, facit honestos, religiosos, iustos, beneficos, magnanimos, fideles, verecundos, benevolos, humanos, gubernatores splendidos, magna curantes, graves cum quadam moderacione, negocijs suis deditos, prudentes, ordinatè viventes, amantes sui & cognatorum, candidos, apertos, liberales. Imbecillis & infeliciter positus, mores ferè similes facit prioribus, sed obscuriores & magis dilutos, utpote fastum animi, superbiam, superstitionem, timiditatem, simulatum & fucatum candorem, negligentiam & prodigalitatem.

¶ solus significator morum fortis, & bene affectus, efficit generosos, gubernationi idoneos, animosos, fortes, iracundos, praeliatores, arma appetentes, vehementes manu, promptos, apertos, cum quadam temeritate pericula non metuentes, vindictæ cupidos, impatientes servitutis & iniuriarum, iactabundos, divitias parum curantes. Debilis verò & infortunatus, crudeles, iniustos rixosos, tyrannicos, truculentos, Thrasones, temerarios, inverecundos, sumptuosos, ebriosos, turbulentos, effusores sanguinis, feroces in laceffendo, & ubi ad rem ventum est timidos, authores discordiarum, prædones, arrogantes, seditiosos.

¶ sola significatrix morum, fortis & bene constituta, facit blandos, bonos, deliciarum amantes, idoneos ad concilianda hominum studia, lates, hilares, formosos, venustos in gestibus, elegantes, beneficos, misericordes, pacificos, & ad voluptates prontos, mundiciæ & choreis deditos, deliciarum amantes, laborum impatientes, naturalem erga suos benevolentiam exercentes, sociabiles, DEVM religiose colentes. Debilis verò & infortunata, mulierosos, timidos, amatores puellarum, multumq; in eo amore dissipandi facientes, negligentes famæ aut infamiæ, imbelles, ignavos, procos, pronos ad libidinem Zelotypos.

¶ solus morum significator, fortis & bene dispositus, facit ingenij acumine excellentes, studiosos, doctrinarum capaces, dociles, sagaces, vafros, solertes, cautos, bene coniectantes, & cum dexteritate omnia facientes, Poetas, Geometras, Mathematicos, sine doctore facile & multa discentes, disertos, de rebus eleganter disputantes, moribus compositos, quibusvis personis & tempori se accommodantes, bonos imitatores. Imbecillis verò & infortunatus instabiles, malevolos, maliciosos, vafros, perfidos, mendaces, præsertim cum *8*, in essentiali dignitate maleficorum, atq; ab ijs afflictus, cuiusvis rei simulator & dissimulator, clam struentes insidias & fraudes, ac periculosa consilia, falsarios, ubiq; se ingerentes, obliviosos, stolidos, infames hallucinantes, &c.

Cum plures
Planetae mo-
rum signifi-
catores sunt,
quomodo mi-
xtio institu-
enda.

Ex quibus omnibus facile quidem nunc intelligi potest, quales mores quilibet
Planeta, solus significator existens, discernere soleat. Cum verò rarò accidat, ut
unus Planeta solus morum significator sit, ostendendum quoq; nunc erit, quo-
modo plurium Planetarum significationes inter se commiscendæ sint: In qua
certè commixtione, non mediocri diligentia & iudicio opus est. Primo enim
videndum est, qui sint morum significatores, & quis eorum sit principalis,
quis verò minus principalis & particeps. Secundo considerandum est an u-
terque fortis sit vel debilis, an verò alter tantum fortis, alter debilis existat,
& utrum principalis significator fortis sit, minus verò principalis debilis, vel
contra. Cum enim, ut & ante dictum, principalis morum significator primas
partes in discernendis moribus obtinens, mores largiatur evidentiores, & per
totam vitam nati durantes. Minus principalis seu particeps secundas partes
tenens, mores discernat obscuriores nec ita durabiles. Idcirco si mores inter
se pugnantes significant, talis instituatur mixtio, in qua principalis significa-
toris qualitates superent & vincant, præsertim quando uterque simul fortis
vel simul debilis existit. Quando vero principalis significator fortis est, alter
vero particeps debilis, iudicium de moribus ex natura principalis significato-
ris constituendum est, ita tamen ut istis significatis aliquid adimat debilitas
participis. Quando denique particeps fortis est & principalis debilis, mores
nati discernuntur de natura principalis significatoris, fucati & obscuri, quos
quidem emendare & corrigere natus propter participantem fortem sæpe co-
nabitur: attamen in plerisque vitæ actionibus hic conatus irritus erit, & si-
gnificatoris principalis mores recurrent. Sed ut ratio commiscendi inter se plu-
rium Planetarum significationes in moribus rectius percipiatur, unum atq; alterum ex-
emplum istius mixtionis proponam.

De H & Z.

Quando H & Z fuerint morum significatores, & uterq; fortis fuerit ac bene af-
fectus, facient mores maxime laudabiles. Nam gravitati & modestie, quam H efficit,
Iupiter addet convenientiam, moderationem, & elegantiam. Tales igitur homines mo-
desti erunt, probi, verecundi in conversationibus & consuetudine familiari, suaves &
grati, colent iusticiam, & amabunt honestatem & equitatem, in consilijs graves, in ele-
ctionibus & administrationibus mensuram & rationem adhibebunt, amicos & domesti-
cos prosequuntur affectu benevolò, mansuetudinem, lenitatem & equabilitatem ubique
præ se ferent. Z enim benignitas naturam maligni H temperabit, & diluet. Erit in
animis talium etiam singularis observantia & reverentia erga senes, magistratus, præ-
ceptores, & in universum eos, in quibus signa sapientiæ & virtutis deprehendent. Cum
Iupiter iudicij rectitudinem tribuat: H verò contemplationem amet, exultabitur in ta-
libus studium honestarum artium, cupiditas investigandi abstrusas & abditas res, vitæ
gravitas, in docendo & discendo veritatis indagatio prudentia, amor erga rem rusticam.
H enim terre præest: Z verò affluentiam amat & efficit. Prælia igitur amabunt, cul-
turam agrorum, hortorum, &c.

Quando

Quando uterq; debilis est ac male affectus, animum nati ab amicicijs & familiaritate hominum alienum faciunt, malevolum, sui & suorum negligentem, amantem solitudines, quibus mirifice delectabitur, suspicacem, simulatorem suorum consiliorum, zelatorem, sacrilegum, inertem, susurronem, sine delectu aut iudicio confuse negotia administrantem, ineptum, infidelem, pietatem simulantem, ambitiosum, sub pretextu boni multa scelera perpetrantem, iniustum, &c. Quando alter eorum fortis est alter debilis, fortis quidem mores decernit pro sua natura, dilutos tamen & obscuriores. Remittit enim de natura sua aliquid fortis propter alterius debilitatem.

Cum ♃ & ♄ sunt significatores morum, simul fortes, efficiunt homines ingeniosos, rerum multarum scientiam, ac morum præstantiam & integritatem vehementer appetentes, pios, religiosos, beneficos, civiles, rem familiarem sedulo augentes, aliorum etiam patrocinia & procuraciones suscipientes, eloquentia deditos, atq; ex hac existimationem sibi comparantes, elegantes & disertos, in habendis orationibus & concionibus publicis doctos, claros, in consilijs dandis prudentes, & mediocriter graves. ♃ enim ingenij acumen, caloremq; & acutæ rationandi vim: ♄ verò moderationem efficit. Hinc ♃ Mercurio in hac significatione copulatus, Mercurij præcipitem vim, nimiamq; in actionibus festinationem, vel etiam levitatem & inconstantiam, gravitate quadam moderatur, & perversitatem quasi freno quodam cohibet: unde tales homines non solum acuta ingenij vi præditi sunt, sed convenientem etiam gravitatem actionibus addere, easq; autoritate quadam munire possunt. Consilia itaq; acuta & prompta, ratione Mercurij, sed fidelia, matura, gravia ac autoritatis plena, ratione Iovis promere possunt: unde & gloriam assequuntur, honores, divitias, &c. Sed debiles & abiecti simul si fuerint, horum omnium contraria eveniunt. Erunt enim tales stulti, insipientes, nugatores, irrisores, sapientiam ac virtutem simulatam præ se ferentes, multa sibi arrogantes, fallaces, circulatores, qui intrivjs multarum rerum peritiam iactitant & profitentur. Eodem modo qualitates morum in reliquis Planetis, cum simul significatores fuerint, inter se commiscenda sunt, quarum commixtionem exempla plura ex 17 cap. 3 lib. quadrip. Ptolom. studiosi requirant: Item 6 lib. Pontani de rebus cælestibus. Prodest etiam, cum plures sunt morum significatores, considerare, an aliquo Aspectus in aspectu inter se copulentur, an verò in signis separatis hæreant. Quando eorum iudicium benigno se mutuo contuentur radio, magis laudabiles mores efficiunt, quando verò in inimico sese affigunt radio, vel omnino se invicem non intuentur, obscurior fit & imperfectior qualitatum commixtio, ex qua minus laudabiles mores oriuntur. Cumq; ♃ significet voluptatem: Idcirco in primis quoq; considerandum erit quomodo in genitura ♃ sit posita: Ea enim honestè posita, honestos & laudabiles, inhonestè turpes mores significat cum voluptate. Honestè autem ponitur, quando feliciter ponitur cum Iove, ♄, ☉ aut ☽ in aspectu *, △, aut etiam coniunctione. Contra inhonestè ponitur cum ☿ in ☐ & ♁. Item cum ♃ & ♄.

Convenit autem præter Planetarum significationes enumeratas, etiam signorum Zodiaci, in quibus morum significatores hærent, & stellarum fixarum

rum

Signa Zodia-
ci quoque at-
tendenda
sunt.
Signorum
naturæ,

Fixarum
stellarum
natura.
Tempera-
mentorum
efficacia.

Ingenium
iudicatur.

1 Ex Mer-
curio.

rum quibus junguntur, in primis earum, quæ ab Ecliptica non procul distant, & vel primæ, vel secundæ magnitudinis existunt, naturas & temperamento- rum effectus, ad hanc considerationem adhibere: De quibus & hic quædam dice- mus. Ac quod ad signorum naturas attinet, certum est Humana signa, ut Π , III , II , I & II , si sint in ascendente, aut hospitium præbeant Domino ascendenti, efficere hu- manos, mansuetos: Ferina verò ut V , X , VI , VII , VIII , IX & X inhumanos. Sic Tro- pica signa faciunt inconstantes: Fixa constantes, ita ut si omnes Planeta in fixis signis sint, pertinacissimos efficiant. Bicornorea versipelles, astutos Imperantia signa seu Septentrionalia faciunt cordatos: Obedientia verò seu Meridionalia, pusillanimes. Masculina viriles: Fœminina muliebres. Trigonus terreus tardos ad iram facit, sed qui conceptam perpetuo retinent. Aëreus trigonus facile irascentes, sed breviter. Igne- us non diu servantes iram, sed subito vindicantes. Aqueus facit ad omnia tardos. Tri- buuntur etiam signis ascendentibus specialia quædam, quæ & lectione, & experientia ob- servant studiosi: V enim facit ingeniosum: X laboriosum: II fraudulentum, amato- rem artium: VI inconstantem: VII Gravem, tristi facie, fortem, crudelem: III aman- tem artes, rapacem, crudelem tamen minus: IV inconstantem, versutum, contemptorem artium: VIII malorum morum. I audacem, militarem: IX salacem: X humanum: XI blesum, fallacem.

Ad fixas stellas quod attinet, operantur illæ iuxta Planetarum naturas quas re- ferunt. Temperamentorum hi sunt effectus: Sanguineum temperamentum efficit ho- mines liberales, fideles, hilares, affabiles, apertos, pacificos, veraces, modestos, religio- sos, mites, placabiles, iucundos, ac in conversatione præiores ad voluptates, & studio- rum tristitiam, disciplinæq; morositatem effugientes. Cholericum iracundos facit, contentiosos, vindictæ cupidos, ambitiosos, impertunos, imperiosos, temerarios, multis periculis se exponentes, ingeniosos tamen, apertos, & facile mutabiles. Melancholi- cum tardiores facit ad agendum, fraudulentos, occultantes sua consilia, prudentes, seve- ros, tenaces, offensionum diu memores, inexorabiles, ambitiosos, aliorum contemptores. Phlegmaticum pusillanimes facit, muliebres, inconstantes, revelatores arcanorum, in- credulos, tardos in actionibus. Hactenus de moribus: Nunc de Ingenio.

Ingenium vocamus cerebri facultatem, qua naturali sagacitate res cognoscit, iudicat, & memoria tenet. Significatores ejus sunt, I primarius, & II secundarius. Hac enim substantiam, ille spiritum cere- bri gubernat. Nodi quoque III & IV his configurati, ingenium faciunt

Primum verò hoc in genere de I notandum est, quod I feliciter positus, largia- tur felix ingenium. Infeliciter constitutus, nullum aut exiguum. Ponitur autem felici- ter. 1. In domibus suis, aut signis aëreis, II , III & IV . 2. Aut solus, aut cum felici aspectu, vel assimilatione I . 3. Extra VI & VII domum: Nam in I & II iudicatur felix ab Almanfore Aph: 34. 4. Sine presentia aut malis radiis malignorum. 5. Cum bo- nis radiis, aut corpore bonorum.

Deinde

H cum ♃
 ♃ cum ♃
 ♃ cum ♃
 ☉ cum ♃
 ♁ cum ♃
 ♄ cum ♃

De ♃ cum
 stellis fixis.

Specialia de
 singulis Pla-
 netis.

De H.

De ♃.

De ♁.

De ☉.

Significat autem H perseverantiam & pertinaciam, & efficit cautos. ♃ probitatem & simplicitatem & facit eruditos. ♃ fortitudinem & iram ac facit efficaces. ☉ gloria & morem & superbiam & efficit graves. ♁ libidinem & luxum, & facit facundos, & prudentiam & vafriciem, & facit promptos. ♄ inconstantiam, & comos facit.

Quarto de ♃ cum stellis fixis notetur: 1. Quod stella fixa parva & lucide ingenium praestent, Vt enim magnum lumen nos impedit in studijs, sic & sidera magna, nunquam ingenium perspicuum decernunt. 2. Fixa Mercurio proportionata ex illius natura, aut benefica ei coniuncta, natum ingenio & eruditione illustrem efficit. 3. Fixa quae ingenium largiuntur, sunt tres parva in rictu ♃, quae pertinent nunc temporis ad initium ♃. Praecedens in dextro pede Serpentarij ad 15 grad: ♃: Caput Serpentarij ad 16 grad ♃. 4. Fixa Saturnina & Ioviales cum ♃, faciunt studiosos, sapientes, & industrios. Ioviales & Martia cum ♃, faciunt medicos insignes. 5. Ex clarioribus stellis praefertur spica ♃ cum ♃ aut ♄: Item cum Domino horoscopi. Vis dicendi singulari suavitate coniuncta conferetur illi, inquit Carda:, qui vel Lunam in ascendente, vel Dominum geniturae cum spica habuerit. 6. Mercurius delectatur signis aëreis & sicis: ut sunt ♃, ♁, ♃ & ♃, non humidis. 7. In domibus H, ♃ & ♃: Item ♃, & cum stellis Saturninis, memoriam adiuvat, raro eloquentiam. 8. Luna quoque cum spica, vel Arcturo, hominem amœnum, facundum & omnis generis Musica refertum, decernit.

Notanda & hic sunt specialia quaedam de singulis Planetis.

De H quidem. 1. H memoriam praecipue adiuvat, & ideo felix eius constellatio, felicem facit memoriam, infelix infelicem. 2. H cum Orionis aut aurigae humero dextro in 23 grad. ♃, magnam diligentiam & sedulitatem praestat. 3. H Dominus ascendens, cum ♁, callidum, catum valde, & consilio recte utentem in discendo: cum Mercurio quoque infidelem & avarum efficit. 4. H cum ala Pegasi, insignem facit memoriam. 5. H cum Antare, & in ♃ Mercurius, memoriam & ingenium profundum Vesalio dederunt, ut ostendit Cardan. Genit. 93. p. 178.

De Iove. 1. ♃ habet sapientiam, prudentiam, & humanitatem. Ideo ♃ in locis ingenij 1, 3, 2, 5, 11 domo feliciter positus, tales efficit. 2. ♃ cum Orionis humero Mercurio iunctus, facit artifices praestantissimos, ingenio docilimo, Astrologos divinos. 3. ♃ Dominus ascendens solitarius & feliciter positus, facit ut natus diligat disciplinas. 4. ♃ in ♃ ascendens, mellistuum scribendi modum dedit Bembo: Cardan: gen. 79. 5. ♃ cum Sole in ♃, facit Catonem, memoria insignem.

De Marte. Mars significat audaciam ad laborem, & contentiones. Non bene iungitur Mercurio, nisi radio felici: Et tunc si Iovis testimonium accedit, facit acutos disputatores, cum ♃ autem fraudulentos deceptores.

De Sole. ☉ in ascendente cum ♁ vel ♃, acutissimum praestantissimumque ingenium largitur, non fallaci regula: Card: genit: 20. ☉ cum Mercurio combusto, artes quidem negat, historiam & eloquentiam non prohibet, Iurisperiti enim & scribae plerumque habent ♃ combustum, coniunctum Soli.

De

De Venere. Veneris donum est venustas: Ideo cum Mercurio feliciter configu- De ♀
rata, praesertim in prima domo, praestat alacritatem & gratiam sermonis & morum.
Sic habuit constitutam Erasmus. 2. ♀ cum stellis pedum II, vel in collo ♂, Poetas fa-
cit; Cum corde ♀ Musicos & Poetas. 3. ♀ spica iuncta in horoscopo, magnam dicen-
di suavitatem & cum felici radio ♀ musicos instrumentales insignes affert.

De stellis fixis per se. 1. Cingulum Orionis ascendens, acuit ingenium & De stellis
facit industrios. 2. Spica ♀ in ascendente, leporem & religionem praestat Cardan: fixis.
Gen: 80. 3. Nati a 12 ad 20 grad: ♄, ingeniosi, & subdoli sunt, propter triangu-
lum in ascendente. 4. Triangulum in occasu, vastos & callidos facit. 5. Eruditio
plerumq; ascendunt haec signa, ♂, ♄, ♃, ♀, ♁ & ♀. Libra quoq; multorum docto-
rum virorum est, propter spicam ♀ orientem.

De domibus. Domus quoq; caeli pro ingenio considerari solent, praecipue 1, 3, De domicilijs
9, 5, 11. Tertia enim & 9 religionem, 11 & 5 conversationem, & 1 animam signi-
ficant. In his domibus quando ingenij significatores ♄, ♃, ♀ vel ♂ fuerint, augent
ingenij significatum; ut ♄ in 9, aut 3 dat acutius ingenium, ac si esset in 7 vel 12 aut
alibi. Signa quoq; in his domibus ingenio fauentia sunt: 1. Saturnina ♄, ♁. 2. Iu-
vialia ♃ & ♀. Prima tamen pars signi ♄ ad 12 usq; grad: impedit ingenium, ob stel-
las fixas Saturninas. 3. Venerea ♀ & ♂. Libra tamen melior est. Cardanus quoq; in
ascendente ♃ ingenium augere existimat. Planetae etiam reliqui in domibus ingenij 1,
3, 9, 5, 11, feliciter constituti ingenium augent. Felices Planetae in his domibus, sine
felici positu ♄, aut ♃, aut ♀, & ♂, opinionem quidem & honorem eruditionis largiun-
tur, sed solidam cognitionem non admittunt.

De temperamentis. Phlegmaticum temperamentum inimicum est studijs, De tempera-
& facit tarda ingenia. idem facit Melancholia asinina. Sanguinei raro in studijs ramentis.
perdurant, propter alacritatem naturalem, quae non patitur frenum disciplinae; sicut &
Cholera. Optima vero studiorum temperamenta sunt, quae ex sanguinea ad
Melancholiam declinant. Unde & Aristot. dixit Bona ingenia esse Melancholica;
Cholerici quoq; si accedat aliquid melancholia ingeniosissimi sunt.

De imbecillitati ingenij. ♄ infelix hoc est Retrogradus, peregrinus, cadens, De imbecilli-
in domo abiecta, combustus, sub radijs, motu tardus, laesus pariter à Marte, aut ♄ tate ingenij.
radio ☐ vel ♄, significat exile & stolidum ingenium, tardum in actionibus. ♃ celer mo-
tu promptitudinem, Retrogradus tarditatem facit. ♄ à Sole, & ♄ egregie afflictus,
stultos facit; praesertim in ♂, ♄ & ♃. ♄ coniunctus ♄ industrios quidem, sed infideles
& contumaces efficit cum corde ♄ crudeles, & in 3 domo fratricidas Stadio significat.
Sed tamen idem ♄ Mercurio coniunctus, cum felici testimonio ♄, Sophistas acutos, &
militaria ingenia felicissima efficit Cardan. 7 Aph: 151. Si ♄ in Martis constellatione
h. e. signo vel aspectu fuerit, natus erit mali intellectus ob nimiam siccitatem ♄ pror-
sus à ♄ separatus, ut nullo eam aspectu intueatur, vocat imbecille ingenium, nisi alio
modo sit felix.

De Mercurio
in signis.

De γ in signis. 1. γ in humidis signis praesertim κ , sine ζ , aut radijs felicibus alijs, Item cum cervice α , stupidos & ignavos facit. 2. γ etiam in κ , cum Iovis aut ϵ felici testimonio, non deterret a studijs literarum, licet propter varia impedimenta raro concedat solidam eruditionem. 3. Ne laudes ingenium γ in δ , Item virgine occidentali, sine Iove, ν , ζ , aut fixa ex horum natura. Card: 6 Apb: 6. 4. γ in δ , Retrograd: aut combustus, vel in ν , in 12 loco, a malignis partiliter damnatus, simplices & rudes efficit, quamvis eum ν aspiciat. 5. γ in α Marti coniunctus in 8 domo, mirifice laedit ingenium, adeo ut rude & simplex plane ingenium significetur.

De Mercurio
in domibus.

De Mercurio in domibus. γ in 7 significat studium praeposterum, nisi sit Dominus ascendentis. In 8, stultos, tardos & maliciosos facit. In 11, studiosos voluptatum. In 12, latrones, Cardano praesertim, quando ibi simul est ζ , cum mala constellatione β .

De Luna.

De Luna. Luna a Sole combusta, corpori & fortune nocet, sed si γ tamen feliciter ponitur, ingenio non officit: ut in genitura Erasmi Roterodami, qui fuit ingeniosissimus, sed valetudinarium. 2. ν a 4 grad: κ ad 10, & minuta lumine, & vicina combustioni, stultos facit Cardano. Idem efficit Stadio fixis stellis Saturninis iuncta, & lumine decrescens. 3. Lesa ν , natum facit declinare a communi consuetudine. Ideo tales dicuntur stulti. γ lesa dicuntur hebetes tantum.

CAPVT VIII.

De fortuna vel miseria nati in genere, & in specie de divitijs.

Hactenus eam doctrina Astrologica partem absolvimus, quae de accidentibus, ad ipsam nati essentiam, hoc est, corpus vel animam pertinentibus, iudicare docet: Nunc ostendemus, quae ratione iudicium conformandum sit, de reliquis accidentibus, quae extrinsecus accedunt, & separabilia sunt a nati substantia, qualia sunt divitiae, facultates, agnati, sorores, fratres, consanguinei, affines, matrimonium, liberi, valetudo corporis, religio, itinera, honores, dignitates, amicitiae & familiaritates, inimicitiae, carceres & similia. Observandum autem principio in genere est de his omnibus, cum extra nati substantiam existant, iudicium obscurius, minusque certum desumi posse ex themate, quam de plerisque precedentibus, quae hominem quam primum natum inseparabiliter comitantur, ipsaque ad finem usque vitae adherent, & in his ipsis quoque diversitatem quandam deprehendi. Quae enim ex his arctiore cum vita hominis vinculo copulata sunt, ut sunt divitiae, facultates, quibus sustentatur vita: Item morbi & corporis afflictiones, cum horum etiam seminaria in prima statim conformatione homo, partim ex vitio parentum & seminis, partim ex infaussto siderum positu, & causis propinquis oribus

Greg. Sabini Sabini
in 8 in α p
+ Holoscopi.
M. Wildig in p
pluribus γ in δ R.
Vide alios in Lander.
fuit. 75
cap. 1.



oribus alijs contrahat, de his certius iudicium colligi potest: quam quae extra substantiam nati, atq; ab hac separata prorsus seorsim subsistunt, ut sunt fratres, sorores, conjunx, liberi & similia. Primum verò de divitijs docebimus, cum prima domui secunda, gerens facultatum significationem, statim succedat, & vita humana conditio hunc ordinem monstrat, ut natus in lucem infans, statim de medijs quærat, quorum subsidio vitam sustentet, & aliquandiu protrahat. Ut verò à generalioribus ad specialiora progrediamur, primum quidem de felicitate, infelicitate & mediocritate in genere, postea de divitijs in specie docebimus.

Causa ordinis.

De felicitate. 1. Cum 4 aut plures Planeta constituti reperiuntur in domo propria, exaltatione, aut mutua receptione ex iisdem essentialibus dignitatibus, tum excellentem fortunam, & celeres ac prosperos successus significant. 2. Si luminaria & eorum dispositores felices sint, hoc est in domicilio, exaltatione, vel receptione mutua, in optimis cæli locis, id est 10, 11, 2 & 5 versentur, fortunam & successus secundos significant, sicut & ♃ & ♄ coniuncti in 1, 10, vel 2 domibus sine aspectu ☿ aut ☿ malo. 3. Stelle fixæ illustres, quæ sunt prima magnitudinis, ut Regulus, Spica ♀, Arcturus, Orionis humerus dexter, Syrius, Procyon, Pleiades, Oculus ♄, &c. apud Planetas vel in angulis constituti, felicitatem quoq; insignem asserunt. 4. Alij iudicant de fortuna bona, si ascendens, dominus eius, Almuten nativitatis, & luminaria felicia fuerint.

De felicitate.

Infelicitas iudicatur ex contrario. 1. Quatuor Planeta, aut plures, in suis detrimentis, casu, aut prorsus peregrini, absq; mutua receptione ex dignitatibus essentialibus, infinita significant impedimenta. Exemplum est in Genesi Ioannis Fridericus primi Saxonie Electoris, quam vide in Astrologico opere Ioan: Garcei pag: 115. 2. Luminaria & eorum almuten peregrina, in casu, detrimento, vel locis cæli calamitosi, ut 6, 8, 12. Item ♃ & ♄ infelices, infelicitatem significant. 3. Vbi nulla fixa splendida, neq; in angulis, neq; cum Planetis fuerit, sed omnes significatores fuerint in locis cæli tenebrosos & vacuos. 4. Vbi infelices sunt 4 significatores felicitatis, in 4 regula nominati, infelicitatem significant.

De infelicitate.

Cum verò rare sint nativitates excellenter vel felices vel infelices, mediocritas hinc iudicabitur. 1. Quando superiorum significatorum pars est in dignitatibus essentialibus, bene affecta, pars extra dignitates, malè affecta. 2. Cum significatores fuerint quidem in dignitatibus suis, verum in locis figurae cæli abiectis. 3. Cum fuerint Planeta sine dignitatibus essentialibus, & tamen in locis figurae felicibus. 4. Cum fixæ fuerint in angulis felicibus, sed non apud Planetas.

De mediocritate.

Mentione divitiarum, de quibus nunc agendum nobis est, Astrologi intelligunt in genere, omne id, quod vel à parentibus nato relictum sit, aut relinquatur, vel ab ipso nato conquistum deinceps conserva-

De divitijs.

Z

tur,

tur, augetur, aut dissipatur. De quibus Cardan: Gen: 42 sic inquit: Divitiae & casus fortuna praedici non possunt, nisi valde sint futurae insignes: Maxima enim divitiae, habent evidentes significationes. Est autem hac quaestio magni momenti. Nam quantum quisq; sua numerorum possidet arca, tantum habet & fidei. Et ex nativitate apparet, verum esse quod dicitur: Benedictio Domini divites facit. Caterum considerari solent circa hanc de divitijs quaestionem, plures circumstantiae, de quibus antequam agemus, significatores in genere ostendemus, quorum vulgò constituuntur novem.

Novem si-
gnificatores
divitiarum.

1. domus 2.

2. Dominus 2.

3. Planeta
in secunda.

4. Iupiter.

Primo domus secunda: In cuius examine consideratur primò signum, quod est in cuspide, Et postea etiam alterum, si adest: Item aspectus ad Planetas, & praesentia fixarum, eodem planè modo, quo supra cap: 1 partem fortunae examinandam esse docuimus. p. 321. 162.

Secundo dominus secundae: ubi primum queritur Dominus signi inchoantis secundam domum. Deinde dominus signi intercepti, seu inchoati in secunda: Et explorantur eius fortitudines & debilitates, secundum praeccepta cap: 1 proposita. Quando enim Dominus 2 loci, aut loci ♃, ad dominum ascendens pergit, & maxime si ille Dominus ascendens sit ♃, toto tempore vitae suae in divitijs acquirendis adeo felix erit natus, ut de eo homines admirentur. Cardan. 5 Aph. 53. Dives erit, cui idem Dominus est Ascendens & Quarta domus. Dominus secunda alienus à Domino prima, laborem inutilem significat.

Tertio Planetae in secunda. De quibus observentur haec Regulae: 1. Vbi Planeta in 2. domo fuerint, plurimum valent praesentia corporali: Plus autem potest, qui initio 2. domus est Vicinior. 2. Grandes divitias dant ♃, ☉, ♁. 3. Fortunae in 2, dant divitias & felicitatem, praecipue ♃. 4. Saturni cum Iove constitutio, propria est ad hereditates consequendas. 5. Iovis ac ♁ constitutio, ex sacerdotio divitias praestat. idem promittunt fixae, quae de natura horum Planetarum sunt. 6. Infortuna praesertim infelices, malum statum circa bona significant: Et paupertatem: Et dissipationem & profusionem. 7. ☉ in 2 ex liberalitate prodigum facit. 8. ☉ & ♁, Item ♁ in 2, peregrini, significant hominem effundere suam substantiam: Card: 3 Aph: 168. 9. Divitiarum profusio per ♁ fit sensim, repente per Martem, modice ex utroq;. 10. Qui Martem in 2 habet, caveat à mercatura. 6 Aph: 146. 11. ♁ in 2 malis artibus divitias largitur. 12. ♃ in 2 varie fluctuantes facultates & aquarum possessiones significat, praesertim si cum Iove feliciter sit posita.

Quarto Iupiter. Tantam enim divitiarum significationem habet, ut sine eius testimonio esse non possint. Ideo in primis aspiciendus est. 1 Regula. ♁ & ♃ fortunam administrant: Cui ambo hi fuerint infelices, vix habebit in vita dignum laboribus suis. Card: gen: 47.

2. ♃ Re-

2 ♃ Retrograd. non dat divitias nisi in fine vite. Quod si cum hoc fuerit impeditus cum suo Domino, nunquam. Card. 6 Aph: 153. 3 ♃ cum Iove nunquam ditat 2 Aph. 4. 4 ♃ in ♄ peregrinus & cadens in 12, paupertatem facit. Si vero Dominus eius validus extiterit, natus initio erit pauper, sed successu temporis ditabitur. 5 ♃ combustus in ♄ vir ille nunquam nec pauper, nec dives erit 6 Aph. 154. 6 ♃ & ♄ ex domibus suis, aut exaltatione, in angulis trino se respicientes, natum denotant divitem, & bonæ fortune. Idem de ♃ in ♄, & ♄ in ♃, ex nativitate diurna pronunciant Astrologi. 7 ♃ in ♃ & ☉ in ♄: aut ♃ in ♃ & ☉ in ♃; aut ☉ in ♃ & ♃ in ♄: aut ♃ in ♄, ♄ in ♄, que felix est receptio singulorum, aut ex domo, aut exaltatione, in iisdem partibus, natus erit ditissimus ex principibus vel publico exercitio. 8. Tres fortune in bono loco feliciter iunctæ ♃, ♄, ♁ magnum significant bonum. Genit. 30. 9. Proxima felicitas est ♃ cum fixa egregia, & illuminans Iovem. 10. Deinde ♃ cum ♁ Item cum ♃ aut cum ♄ in eadem parte. 11. Ad mediocres facultates sufficit solus ♃ in domo sua, & in angulo bene positus. 12 ♃ & ♄ etiam bona est Genit. 69 Card. 13 ♃ in 7 primis partibus ♃ prestat magna bona.

Quinto pars fortunæ. Hanc licet Cardan: fol: 26 supplementi prorsus reiciat, & divitiarum significationem tantum Iovi, & domino secunde domus tribuat: Ptolom: tamen magnificat, & experientia approbat usitata Ptol: præcepta. Examinatur autem ♃ eo modo quo supra in 1 cap. exposuimus. p. 321

Sexto Dominus ♃; seu signi in quo ♃ existit, qui instar aliorum Planetarum examinari solet. 1. Dominus ♃ fortunatus, ac in bono cæli loco 1, 9 vel 11 constitutus, feliciter aspiciens ♃, divitem & felicem facit, præsertim accedente Iovis felici radio. 2. Dominus ♃ receptus à luminaribus, altero eorum in 1 aut 2 existente, auget divitias.

Septimo stellæ fixæ egregiæ cum præcedentibus significatoribus. Nam 1 stellæ regiæ luminaribus ♃, ♄ & ♃ coniunctæ, divitias & honores insigniter augent. 2 Stellæ ad divitias & honores pertinentes præcipue sunt, Regulus, Spica, quæ religiosas divitias dat: Item Arcturus, Lyra, vultur volans, & caudâ Cygni cum Iove. 3 Stella regiæ natura ♃ & ♄, cum ☉ vel ♄, & ascendente aut medio cæli, facit ex fructu terræ divites: ut vult Alubater.

Octavo domus quarta. Hanc consideramus, quia significat terram communem matrem & parentes. Ideo patrimonium, fructus terræ & metalla simul significat. De qua est apud Alubaterem: unde & Cyprianus suas regulas de fortuna metallica descripsit. 1 ♄ Dominus quartæ, aut in 4 domo fortis & fortunatus, significat fortunam ex terra, metallis, & agricultura. Exceptio Cardani ♄ in 4, in fixo signo, maxime in ♄ & ♃, significat quidem firmam fortunam, sed malum plerumq; finem 4 Aph. 136. ♄ cum spica ♄, mendicantem minatur: Stadius in tab. Bergens: 2 Dominus quartæ domus, receptus ex dignitate essentiali ab alterutro luminari, vel eius disposito, itidem significat fortunam metallicam. 3 ♃ in 4 domo, auget patrimonium.

Z 2

9 Signi-

5 Pars fortunæ

6 Domus ♃

7 Stella fixæ

8 Domus ♄

9. Significatores dignitatis.

9. Significatores dignitatis, qui & divitias significant extraordinarie. Quia enim excellens dignitas raro est sine divitijs: ideo significatores qui per se magnos honores & generalem vite felicitatem denotant, divitias etiam, sed per accidens, significare videntur. Primo igitur cum apparet significatio, sine qua non possunt esse divitiae, ut regnum & magistratus, & sacerdotium, tunc praedices divitias, ut cum luminaria fortunatis fixis copulantur: Cardan: 2. Luminaria dant manifestas & splendidas divitias, Orientales Planetae celerius, & manifestius, serius & occultius Occidentales & Aph. 49. 3. Luna divitias & famam significat. Ea in ascendente felix, magnam & perpetuam felicitatem designat Genit. 43. 4. Luna cum nodo, in horoscopo, perpetuum fortunae augmentum facit. Genit. 12. 5. Iupiter in 2 & Luna in 1; aut in 1 & in sua dignitate, & ♃ in 2 in sua dignitate similiter, divitias praestant & Aph: 48. 6. ☉ in exaltatione sua existens, & Lunam Δ aspectu aspiciens, & ambo ab infortunis, liberi nati divitem denotant, ac bonis semper abundantem, nec non vitam ornatam ducentem, praesertim in nativitate diurna: Alubater. 7. Quando Saturnus in nativitate diurna in ♄ fuerit, & aliqua ex fortunis cum bono aspectu eum aspexerit, natus ex mortuis pecuniam consequetur. 8. Quando ♃ & ♀ infortunati in malis locis fuerint, infelicem & pauperem natum iudicare non dubitabis, nisi DEVS prohibuerit. Alubater. 9. Luna cum Saturno coniuncta in angulis, etiamsi rex fuerit ad inopiam redigetur. 10. Sic ☐ & ♁ & ♀ ad ♃ sunt infelices. 11. In genere coniungenda est questio de dignitate nati cum hoc loco, antequam definite pronuncietur de divitijs.

Collectio testimoniorum pro divitijs.

De collectione testimoniorum. Significatoribus omnibus consideratis sua singulis classis tribuatur, ut prima sit fortium regulariorum. 2. extraordinariorum fortium. 3. mediocrium tam regulariorum quam extraordinariorum. 4. imbecillium. Sic enim dextere & vere iudicabis. Collectis autem significatoribus, ad quinque quaestiones iudicium quaeritur: 1. An natus sit futurus dives, an pauper, an mediocris, item an splendidae sint futurae divitiae, an obscurae. 2. unde divitiae, paupertas vel splendor: 3. An licitae vel illicitae sint futurae divitiae. 4. An durabiles. 5. Et quo tempore divitiae illae vel paupertas nato contingent.

DE PRIMA QUESTIONE:

An natus sit futurus dives?

Regulae. 1. Divitias significant fortes significatores? Detrimenta vero & paupertatem imbecilles. Mediocres inclinant ad partem cui favent magis, nihil tamen donant peculiare. 2. Omnes significatores fortes, divites faciunt, & nullius rei egentis. 3. Omnes imbecilles extra controversiam faciunt paupertatem. 4. Mediocritas

eritas nec pauperes omnino, nec divites facit: Hoc est: ubi tot fuerint testimonia fortuna quot paupertatis mediocritas promittitur. 5. Vbi fortes vincunt imbecilles, ibi detrimenta quidem sentiunt nati, sed tamen respirant. 6. Vbi imbecillitatis testimonia vincunt, magis pauper est quam dives: & quanquam interdum aliquid lucratur; tamen nihil proficit. 7. Splendor divitiarum significatur, quando luminaria cum fixis regijs bene fuerint collocata, aut quando fortuna fuerint cum Regulo & Spica, aut ille ipse fortuna fuerint in bonis locis feliciter posita, fortunarum radijs illustrata aut coniuncta.

DE SECUNDA QVÆSTIONE:

Vnde?

Regulæ. 1. Divitias significant & conferunt nato, illi tantum Planeta, qui Vnde accipiunt fortes & fortunati, aliqua ex parte quoque mediocres. Paupertatem vero faciunt imbecilles, & qui mediocres oppugnant. 1. L. Accipitur significatio divitiarum & paupertatis. 1. A Planeta natura. 2. A domo in qua consistit. 3. A partili ad ipsum radio, vel bono, vel malo. 4. A fixa, cui iunctus est significator, natura. Spica enim in Ecclesiastica: Regulus politica magis significat. Sic Saturnine stelle terram significant. III. Planetae autem, signa, & domus, in divitiarum & egestatis iudicio duo semper significant, Res & Personas: Ideo hic quaeritur, à quibus rebus & personis expectanda sint divitiae aut paupertas. Quae ut ordine considerentur: Initio Planetarum naturam videbimus.

¶ igitur significat res terreas, ipsamque terram, & quae ex terra eruuntur ac crescunt. Hinc agriculturam, metallicas fodinas, & mortuorum bona denotat, hereditates scilicet & praebendas Ecclesiasticas, opificia terrestria, sordida, ex luto, calce, lapide, edificationes. Personas item quae haec tractant, nautas, architectos, rusticos, fossores, lapicidas, sutores, sigulos, coriarios, monachos, senes.

¶ significat res religiosas & iura; nempe officia Ecclesiastica & praeoria, aulica, commendationes, donationes. Personas item religiosas, doctas, ius dicentes, praefectos, senatores, Episcopos, & mares potius quam foeminas.

¶ significat ignem, iram, militiam, fabrilia, Chymica, bellum, Equos. Personas item quae ignita violenta & militaria tractant, ut fusores, fabros bombardarios, milites, Capitaneos, Alchimistas, latrones.

¶ significat publica officia, & vocationes in gubernatione politica, imperia & Magistratus, honores, stipendia publica: Personas item in magistratu existentes, honoris amantes. ¶ significat voluptuaria, muliebria, amorem, misericordiam, comitatem, dona à mulieribus, coniuga, dotes, ornamenta, res preciosas, Musicam quoque. Personas item letas, misericordes, mulierosas, matrem, coniugem, amicam, Musicos, Poetas, Pictores.

¶ significat studia liberalia, scripta, & numeros, divinationes, mercaturas, legationes. Personas item Politicas, doctas, numeros & scripturam tractantes, Oratores, Mercatores & artifices ingeniosos.

Z 3

) signo

De Planetarum natura in iudicio divitiarum.

B

Z

♂

☉

♀

♁

♂

♁

♂

♁

♂

♁

♂

♁

D) significat aquam & variè mobilia, ut piscationes, navigationes, cocturam cerevisie, aluminis, nitri, salis, legationes, peregrinationes. Personas inconstantes, aquas tractantes, reginas, viduas, plebem, nautas, cursores, legatos, piscatores. Significat quoq; matrem, matrisq; familiam interdum.

*Signorum
natura.*

Secundo signorum naturam perpendemus. Ignei Asterismi significant utilitatem ex iis quæ fiunt per ignem, aut per contentiones & rapinas. Terrei ex rerum è terra nascentium ubertate. Aerei ex molis ventorum, ex beneficiis magistratus & donationibus, quia hæc voce tanquam vento donantur. Aquatici ex aquis, molis aquaticis, piscinis, navigationibus.

*Domorum
natura.*

Tertio considerabimus & naturam domorum. Prima enim & 2 domus significant propriam nati industriam & laborem, 3 fratres, consanguineos & parentes & maiores, &c. Hæc sane omnia simul diligenter considerata & expensa cum origine, arte & dignitate nati, fontem paupertatis & divitiarum nobis aperiunt.

DE TERTIA QUÆSTIONE:

An licitè vel illicitè natus sit acquiraturus divitias.

Judicium hoc accipitur ex 4 locis: 1. Ex natura Planetae significatoris, qui aut beneficis aut maleficis est. 2. Ex signo quod occupat, aut malefico aut benefico. 3. Ex robore Planetae, qui aut firmus aut infirmus, combustus aut Retrogradus est. 4. Ex aspectu ad significatores bono vel malo.

Regulæ. 1. Benefici in signis beneficorum, significant licita media. 2. Malefici in maleficorum signis illicita. 3. Benefici in maleficorum, & contra malefici in beneficorum domo, miscent illicita licitis, & contra. Cardan: Maxima opes parantur si valide ac bene dispositi fuerint malefici, cum favore beneficorum: quia tum & iure & iniuria ditescunt. 4. Si beneficis aut maleficis simul retrogradus aut combustus fuerit, duplicatur malicia in hoc negotio. 5. Sic benefici in maleficorum & malefici in beneficorum radio participant cum eorum natura. 6. Videndum est, quorum testimonia vincant, & iuxta ea pronuntiandum est. 7. Mediocres iudicantur, secundum eos ad quorum naturam maxime inclinant.

DE QUARTA QUÆSTIONE:

An durabiles futuræ sint divitiæ?

*Principalis
divitiarum
significator
quomodo eli-
gatur.* *Hoc iudicium sumitur à principali significatore divitiarum. Ideo is pro hac quæstione primum eligendus. Dicitur autem principalis significator. 1. Qui in secunda domo hæret, & si plures adfuerint, qui fortior fuerit. 2. Si nullus est in secunda, accipitur qui plus dominij sibi vendicat in reliquos significatores, ita ut sapius ejus significatum repetatur:*

tur:

ur: Quod si si & secunda, & ♄, & ♃, & sic pluribus dominetur.
3. Si nullus saepius quam semel adhibetur: Quare Almuten omnium
significatorum simul.

Regulæ. 1. Si beneficus est & fortis significator, durant divitiæ perpetuo sine
impedimento. 2. Si debilis, durant cum difficultate, ut iam amittat, iam recupe-
ret. 3. Si maleficus & fortis, durant etsi cum difficultate. 4. Si maleficus & im-
becillis non durabunt, sed evertentur. Huc pertinent regulæ de maleficis in secunda
domo, de ♄ cum ♃ & similes. Item ha: 1. Si aliquis malorum aspexerit signifi-
catorum & ambo fuerint Retrogradi, cadentes, peregrini, in signis contrarie nature, natus
erit perpetuo pauper & egenus. 2. Dominus 2 in septima, si septimam domum oc-
cupaverint ♃, ♄, ♃, ♄ denotat nato bona ablatum iri per socios, amasiam, uxorem,
aliosq; amicos, nisi Dominus ascendens fuerit in ♃ vel ♄ radio cum Domino septimæ,
vel in alijs etiam aspectibus cum receptione. 3. ♄, ♃ & ☉ mali sunt in secunda.
Et peius erit Domino secunda combusto & ♄ damnata. Nam exilium & confiscatio-
nem bonorum significat. 4. Si sint luminaria in angulis, & applicent Planetis in an-
gulis, natus permanebit in divitijs ut genitus est. Si vero luminaria in angulis fuerint,
& applicent Planetis cadentibus, natus imminuet substantiam progenitorum. Quod si
luminaria cadant & applicent Planetis in angulis, natus ex humili loco ad altum extol-
letur. Avarus erit, qui ex infortunis vel ex domibus infortunarum significatum divi-
tiarum habuerit, aut qui habuerit ♄ & ♃ coniunctos in 7 vel 2. Aut ♄ cum ♄. Non
erit avarus, qui ex ☉ vel ♃ significatum divitiarum habuerit.

DE QUINTA QUESTIONE:

De tempore decrementi vel lucrementi divitiarum.

Hec questio aut in genere aut in specie solvitur. Generale tempus censetur Tempus divi-
ex positu significatorum præcipuorum in themate, pro domorum proprietate. tiarum quo-
Iuventus enim significatur à prima ad 10: Virilis etas à 10 ad 7. Quod spacium Car- modo in ge-
danus etiam senio tribuit. Senilis à 7 ad 4. Finis vite à 4 ad primam. Sed hoc spa- nere colliga-
cium Cardanus etiam pueritie tribuit: Infantie enim primam: Pueritie secundam, & tur.
Adolescentie tertiam domum assignat. Cardan: etiam in com: super Ptol: sic distribuit
tempora. Planete inquit in angulis, Iuventutem significant: Et in centrjs, id est cu-
spidibus angulorum, statim dant divitias. In succedentibus, media etate. In cadentibus,
serò & in senectute. Alia ratio. Significatores in parte Orientali in signis Orienta-
libus, Orientales à ☉, in angulis, pleni lumine cito & in Iuventute dant opes. Occi-
dentales à Sole, tardius & in senectæ. Veloces motu ac directi, veloces habent eventus:
Tardi & retrogradi tardos.

Ex his circumstantijs generale aliquod tempus decerni solet. Adhibenda au-
tem est prudentia. Quia divitiæ, quæ arte obvenire debent non decernuntur à pue-
ritia, sed ab etate Iuvenili. Ita divitiæ à dote non obveniunt in infantia, aut ultima
senectæ.

Quomodo
in specie.

Speciale tempus tutissime ex directionibus sumitur. Ptol: dirigit ☿: Alij ☿ ut generalem significatorem. Cardan: & Arabes secundam domum. Dirige enim inquit Card: 3 Aph: 39 Planetas & fixas & radios Planetarum ad 2 domum pro divitijs. Sed non negligendi sunt significatores honorum, & directiones Ascend: & ☾. Nam ex his omnibus diligenter per directionem consideratis: Si inciderint significatores in felices radios ☿, ♀, vel fixarum felicium, aut in corpora quoq; earundem, pronunciari poterit felix status nati, & incrementum divitiarum. ☽ etiam significare potest divitias. Nam felix & fortunatus corpore vel radio, divitias & reditus ex agris præstat. Sed infelices, infelicium radij, aut corpora, quando non sunt proprij significatores, detrimenta adferunt.

CAPVT IX.

De fratribus & sororibus nati.

Difficile quidem & incertum est iudicium, quod de fratribus & sororibus nati ex themate petitur, cum fratres ac sorores extra nati substantiam existant, atq; ab hac prorsus separari, substantia nati nihil decedenti, possint: Major tamen ejus iudicij certitudo tum est, cum ex primogeniti nativitate iudiciū sumitur. Nos ne omnia quæ passim Astrologi sine veris rationibus in conditione fratrum tradunt, persequamur, generaliter hic solummodo videbimus, utrum natus sit futurus sine fratribus vel sororibus, quæ sit conditio eorum, & utrum sint consensuri cum eo, an verò ab eodem dissensuri: Initio verò significatores considerandi sunt, quorum 4 constituuntur: I. Tertia domus, quæ à grad: 5 proxime antecedente hanc domum, usq; ad 5 grad: proxime antecedentem sequentem domum sese extendit. II. Dominus tertiae domus, non tantum qui emergenti signo, sed & intercepto dominatur. III. Mars qui semper generalis est significator fratrum ut Luna sororum. IV. Planeta vel Planetae in tertia domo collocati.

Significato-
res fratrum
& sororum
4.

Ut nunc sciatur, an natus sit habiturus fratres vel sorores, considerandum est initio in significatoribus: Num 1 sint fecundi vel steriles. 2. An constituantur in signis fecundis vel sterilibus. 3. An sint masculini vel faeminini, aut in signis masculinis vel faemininis. Sunt autem natura fecundi Planetæ ☿ & ♀, quibus addi potest ♃, cum sit de natura ☿ & ♀. Steriles vero sunt ☽ & ☿, quibus similiter iungi potest ☽. Luminaria mediocritatem quandam obtinent, ita ut ☽ magis ad sterilitatem accedat, propter siccitatis excessum: ☽ propter humiditatem magis sit fecunda, quam sterilis: ☽ indifferens est, fecundus cum fecundis, sterilis cum sterilibus.

Consi-

Consideratur autem eius conditio dupliciter: 1. & assumit eius Planeta naturam, cui aspectu configuratur, in quo semper potior aspectus preferendus est imbecilliori, ut & trigono, & hic ✱, sextilis vicissim □, & quadratus opposito. Praefertur quoque partilis aspectus platice. 2. & assumit naturam eius Planeta in cuius essentiali dignitate versatur. Cum ergo iam constet Mercurium duorum Planetarum naturas assumere posse. Primo quidem eius, cui sociatur per aspectum. 2. eius, in cuius dignitatibus essentialibus commoratur: sciendum in hoc casu coniunctionem plus valere dignitatibus essentialibus. Ipsas autem dignitates essentialis reliquos aspectus anteire.

Ad naturam signorum quod attinet: V ob domicilium ♂ & exaltationem magis sterilis est: & magis fecundus, quam sterilis. II steriles, ☿ fecundus, ♁ & ♃ se- De natura signorum. riles. ☽ mediocris, magis tamen fecunda quam sterilis. ♃ fecundus, quanquam aliquid detrahat ☿. ♃ & ♁ paucorum liberorum sunt, ♁ fecundum & multorum liberorum signum est.

Postea testimonia singulorum & Planetarum & signorum hoc modo colligenda sunt. Primum ad usum scribantur tituli sterilis, fecundus & mediocris: Deinde singulis subiiciantur sua testimonia, hac ratione. Fecundus Planeta in fecundo signo, bis ponitur. Primo enim eius signum, Secundo Planeta ponitur. Sic sterilis in sterili signo eodem modo bis repetitur. Fecundus autem in sterili, aut sterilis in fecundo, semel ponitur in mediocri classe. Aspectus in tertia domo Planeta naturam retinent. Signa per se aestimantur, ut factum est in iudicio temperamenti. Pronunciatur verò iuxta vincentem numerum. Si nunc omnes significatores, vel maior eorum pars, fecundi sunt, significant multos fratres & sorores. Contra omnes vel maior eorum pars sterilis, significant paucos fratres & sorores, aut nullos. Sic masculini Planetae & signa fratres: Fœminei sorores significant. Significat & ♃ in oriente maiores fratres, id est qui ante ipsum sunt nati: ♃ in occidente minores.

Pro fortuna fratrum dijudicanda consideranda & fortitudo significatorum, an fortes vel debiles sint. Si enim omnes significatores vel maior eorum pars fuerint potentes, felicem statum fratrum significant, ita ut longa ipsis vita, honores, gratia apud magnates, divitiæ &c. decernantur: unde & ad naturam commoditas sit perventura. Contra si imbecilles sint, significant obscuros, ignobiles, inglorios & infelices fratres &c. Si partim potentes, partim debiles sint, aliquibus fratribus mediocritas, aliquibus periculum portenditur.

Notandum autem, quod si Luna sit fortunatior Marte, maior fortuna sororibus. Marte vero fortunatior ipsa Luna, maior fortuna fratribus decernatur. Si aequales sint equalia utriusque sexui significantur. Sic si dominus tertiae sit coniunctus malis corpore, vel aspectu malo, significabitur mors fratrum. Dominus verò tertiae in societate fortunarum, dat fratribus gaudium & felicitatem. Sic si ♃ applicat Planeta in domo, vel exaltatione sua existenti, natus dignitatem habebit.

In concordia fratrum dijudicanda aspiciendus est Dominus ascendens, & conferendus

Collectio testimoniorum.

De conditione fratrum & sororum.

De concordia fratrum. *rendus cum Domino tertiæ domus.* Significat enim Dominus ascendenti nostrum natum. Ast Dominus tertiæ fratres eius. Ergo in genere si concordēs, coniuncti scilicet aut benefico radio sese intuentes fuerint, amicitiam & utilitatem à fratribus significant, si alieni à se, aut in malo aspectu invicem fuerint, inimicitiam & incommoda portendunt. In specie verò: 1. Si Dominus ascendenti afficit Martem Dominum tertiæ ex Δ cum receptione, consentiet natus fratribus etiam inter se litigantibus. 2. Natus habebit utilitatem à fratribus, si Dominus tertiæ iungitur corporaliter ☿ vel eius Dominus in locis bonis. 3. ☿ in ♀ vel ♂ facit discordiam inter fratres. 4. ☿ cum corde M in 3 domo Marti permixtus, significat fratricidas. 5. ♃ in 3 & Dominus secundæ combustus significat detrimenta facultatum propter fratres. 6. ♃ aut ♄ in prima, fratres facit aut viles aut inimicos. 7. ♄ aut ♃ in prima, fratres significat potentes sed nati hostes. 8. ♃ & ♄ in prima fratres significare solent aut morientes aut simultates alentes. 9. Consentiant fratres si Dominus tertiæ interdum cum ♃ nocte cum ♃ consenserit: Et si ijdem cum ☿ convenerint, alter alterum adiuvabit.

CAPVT X.

DE PARENTIBVS.

VT difficile & minus certum est iudicium quod de fratribus & sororibus nati, Astrologi texunt: Ita quoque in dubium vocari potest, quod de parentibus afferunt, cum parentes extra nati personam & actiones existant & plerumque ignorentur ab Astrologis. Neutiquam tamen plane negligendum est, cum cognationem occultam inter se habeant genitura filiorum & parentum, adeo ut ex filiorum genituris parentum conditio, & ex genesi parentum, qualitates & accidentia filiorum aliquomodo iudicari possint. In primis verò ex genitura primogeniti iudicia petenda sunt, siquidem primogenitus fortiolem habet significationem super esse patris, quam alius, ut loquitur Almanfor Aph: 95.

Ceterum patrem & patrimonium significant hæc quinque:

Significatores patres & patrimonij

1. Domus quarta.
2. Dominus eius.
3. Sol in diurna ☿ in nocturna genitura.
4. Planeta vel Planeta in domo quarta.
5. Dominatores horum locorum

Hi enim significantes si vel omnes vel majori ex parte potentes fuerint & fausti, in locis bonis figura, cum fortunis ☿ vel ♃, corpore, aut radio benefico Δ vel ex ✱ juncti, significant illustrem & splendidam fortunam, ac longævitatē patris post natiuitatem filij.

De

De statu enim ante genesin, nondum existente nato, iudicari non potest. Si debiles & impediti, in malis locis figura, decedentes ex angulis, extra bonos bonorum, & in malis malorum aspectibus, □ vel ♁ fuerint, humilem, abjectum, inglorium & infelicem patrem, valetudinarium, & brevis vita designant. Si partim potentes partim debiles fuerint, unde solet mediocritas colligi, iudicanda ea erit precipue ex concurrentibus testimonijs Planetarum in domo 4. Quod si unus domum 4 occupaverit, ex eius natura mediocritas vel intendenda vel remittenda erit. Si plures, potior dignitate reliquis anteferatur.

Notandum vero in specie, primo quod ☉ in domo vel exaltatione sua constitutus, ac in bono cœli loco, in nativitate diurna significet patrem alti nominis, ac magnæ vocis, De qualitate est fame, ut loquitur Alubater. 2. Quod Sol in angulo terra, ♄ & ♃ cum receptione quadam bono aspectu intuens, dignitatem patris in magistratu denotet. 3. Sol quoque ♃ & ♄ coniuncti, ut non plus una parte distent, præsertim in angulo, magnam parentum felicitatem significant. 4. Si ♃ & ♄ in figura quocumque modo & ex quacumque applicatione vel aspectu Soli aut Saturno associentur, aut ♃ associetur ♄, & sit inter Solem & ♄ apta societas, sicut aut coniungantur, aut ♄ vel * sese aspiciant, utroque existente forti, longam vitam fortunamque patri annunciant. 5. ☉ in termino fortune in diurna genitura, significat bonam valetudinem patris. Melior constitutio est, si Sol sit cum Iove, in termino eius. 6. Sol in undecima solus, parentes habebunt magnam fortunam, & ipse habebit nomen magnum in terris longinquis. 7. ☉ cum ♄ & ♃ in quarta dat patri nobilitatem, sed nato modicam vitam. 8. ☉ in meliori statu quam ♃, significat patrem nobiliorem matre. 9. ☉ vel alius significator præcipuus patris in 12 peregrinus, significat humilitatem. 10. ☉ & ♃ in locis abiectis vel coniunctim, vel separatim unus in 12 alter in 6, de die, patrem nati fuisse servum significat. 11. ☉ in domo ♄ in 6, patrem nati indicat servum. 12. ☉ cum ♄ cadens, humilitatem parentum significat.

An vero brevi moriturus sit pater, & qui sint patris futuri morbi, ex subsequentijs Aphorismis iudicatur. In diurna quidem genitura. 1. ☉ aut dominus signi in quo Sol est, in figura male positus, significat patrem brevi moriturum. 2. ☉ in 3 patri brevem vitam decernit. 3. ☉ & ♃ in signo masculino, significant dignitatem patris, sed mortem matris ante patrem. 4. ☉ & ♄ in cadentibus, adversam patri valetudinem, & malam mortem minatur. 5. ☉ in secunda in □ ♄, vel illi coniunctus, pater nati aut phthisi, aut dissenteria morietur. 6. ♄ infortunans Solem, mortem patri ex febre melancholica, vel ex nocivis humoribus adfert. 7. Si ♄ aspexerit Solem □ vel ♁, vel elevabitur super Solem, patri febres cum tremore, vel apostematia in gutture, & plures infirmitates, vix unquam curabiles, & debilitatem corporis denotabunt. 8. Quando ☉ & ♄ coniuncti radijs ♁ pulsantur, pater eo anno moritur. 9. Mars Solem aspiciens □ vel ♁ radio, pater magnam debilitatem incurrit, post nativitatem filij.

10. ☉ in 7, ☿ & ♃ in 4, sine fortunarum felici aspectu: pater tabe consumetur.
 11. ☿ ascendens post Solem, damnat virtutem patris, & male mortis facit indicium.
 12. Si ☿ fuerit in domo ☉, significabitur subita mors patri.

In nativitate verò nocturna, consideratur initio ♃ eodem modo, ut Solem in tribus prioribus Aphorismis in diurna consideravimus. Dicitur quoque est de eius aspectibus ad Solem. Lesus ♃ à Marte, ledit patrem Martialibus morbis & negotijs. Sic de quarta domo hi Aphorismi speciales observandi sunt. 1. Quando Dominus quarta fuerit impeditus à Domino ascendente, timebitur super patre nati: *Almansor Aph: 77.* 2. Quando filius nascitur alicui, & ☉ sit Dominus quarta: ♃ verò in bonis locis, adeo ut uterq; ☉ & ☿, fortunati sint, pater secunda fortuna eo anno utetur, donec alius nascatur filius. 3. ☉ in quarta, significat claritatem parentum. 4. Planeta significans patrem, in angulo vel succedente domo existens, aut etiam in propria domo vel exaltatione constitutus, significat honorem patris. *Alubater.* 5. ♃ in quarta domo, in proprio signo, vel exaltatione constitutus, significat patrem dignitate florentem & celebrem. 6. Si in genitura nati quartam domum occupaverint stelle fortes, & Domini locorum patris fuerint in angulis, vel succedentibus domibus, bene dispositi, sine aspectu infortunarum, tum indicant parentem nati esse laudabilem & fortunatum. 7. Quod si in cadentibus domicilijs aut infortunati fuerint, aut etiam quartam domum occupaverint infortunati, significant parentum miseriam & adversam fortunam. 8. ♃ aut ♃ in quarta, in ☐ ☉, patrem nati indicant esse servum. 9. ☉, ♃, ☿ & ♃ in quarta coniuncti, ostendunt patrem cito moriturum.

Judicium de matre. Nota. Cum videris quod decreta patris non eveniunt ei, qui nutrit filium, tanquam suum, certus esse debes, quod adulterinus ille sit: 3 Aphor: 144 *Cardanus.* Atque hæc de patre.

Matrem significant. 1. Decima domus. 2. Dominus eius. 3. Planeta feminini, ♀ in diurna, ☽ in nocturna genitura; sed tamen magis observanda est ☽, quia ☽ & Sol sunt mater & pater: Et experientia testatur mensium morbos accidere sexui feminino, ex ☽ constitutione ad Solem. 4. Planeta in decima domo. Hi enim significatores, si vel omnes, vel major pars eorum felices fuerint, sanitatem & felicitatem matris ostendunt; Contra male affecti, significant matrem agrotam & infelicem. Qualitas autem infortunij judicatur ex qualitate malefici, læantis Lunam aut ♀. Mars enim Martialia, ♃ Saturnina mala adfert. Consideratur quoque domus; Item Orientalitas & Occidentalitas ☽ & ☽. Quia Orientales magis vitæ, Occidentales fortune nocent. Feliciores hi significatores quam significatores patris, significant quoque matrem feliciorum patre & contra.

Specialia de qualitate & morte matris.

Notentur autem ad hanc generalem doctrinam speciales regulæ. Primo de ☽ quæ nocti præsidet. 1. ☽ si fuerit fortunata, quod sit domicilio, triplicitate, & exaltatione, in locis bonis. Et si ♀ eam adjuverit ☿, ♃, aut ☽ radio, aut etiam ♃ eam bene aspexerit, prolongabitur vita matris. 2. ☽ cum ♀ in loco abiecto,

vel pariter, vel separatim, una in 12, altera in 6 domo, ostendit matrem nati fuisse ancillam. 3. Dominus signi in quo D fuerit, si sit in suo casu, aut in locis abiectis, arguit matrem nati fuisse ancillam. 4. Maleficus sive D sive J, aspiciens Lunam hostiliter □ aut S, & ambo diminuti cursu, & ab angulo remoti, in morbos conyiciunt matrem. 5. Sed aucti cursu, & J & maleficus, & quidem si D, aut J in angulis fuerint Orientalibus vel succedentibus, ut prima, 10, 2, vel 11, abbreviabant vitam matri. 6. Contra si fuerint D vel J in Occidentalibus angulis, quarta, septima, vel succedentibus ipsorum, S vel S, a maleficis lesi, paupertatem faciunt. 7. Quod si D aspexerit Lunam sive S, sive □ radio, die vel nocte, mortem vel egritudines crebras matri generabit, maxime si D fuerit Orientalis. 8. D Orientalis afflicta a D, significat febres & mortem, quia frigidus est D. 9. Luna Occidentalis significat morbos & mortem ex apostematibus, in locis occultis, matrice, &c. 10. D in S D, significat mortem matri per adversam letudinem ventris. 11. Luna & Saturno, mater nati siccitate seu macie debilitatur. 12. D ascendens post Lunam, damnat matris virtutem. 13. D inter Saturnum & Martem sine benevolentium aspectu, matrem periculo vitae exponit, & ostendit natum non nutiri. 14. D cum Marte & D, mater nati infirmabitur. 15. J in domo D, significat mortem matris. 16. Si J Lunam hostiliter aspexerit, & D fuerit Orientalis, repentina mors matri, vel oculorum impedimentum denunciabitur, quod creberrime tam mater quam natus experientur. 17. D a Marte ex S pulsata, si Orientalis fuerit, morte repentina matrem occidit, vel maxima infirmitate affligit. 18. D occidentalis a Martis oppositione lesa, matri mortem denotat ex combustione, aut crebro abortu amittet liberos. 19. Luna cum J in ascendente, in signis alienis, matrem nati ancillam fuisse significat.

Secundo de Venerē quæ diurno tempore præficatur. Observandum autem quod omnia quæ de D diximus, etiam de J accipienda sint. Sive enim D, sive J eam afflexerit, idem malum quod diximus eveniet. Atque huc referantur sequentes Regulae: 1. J in 8 in X vel ♄; & J cum D in occasu, in suis finibus, vel domo, violentam matri mortem adfert. 2. J in □ aspectu infortunæ, morietur mater ante patrem. 3. J si Venerem aspexerit, erunt morbi matris febres, lésiones oculorum & faciei, dolores dentium per humores subito decedentes. 4. J ex diametro J aspiciens in occidente locatam, erit mors matris per febres aut visus debilitatem. Tertio de 10 domo. 1. D in 10 Retrogr: Marti coniunctus in II, matrem ex ruina occidit. 2. D vel J coniuncta Hno, S, J, in 4 vel 10 domo, significat matrem cito morituram.

In iudicio de matris conditione hoc quoque attendendum est, an facile vel difficulter mater pariat, & an post partum superstes esse possit. De partu
matris. Quæ de re notentur hi 4 Aphorismi. 1. Signa obliquarum ascensionum, ut ♄, ♃, ♀, ♁, & II in horoscopo, præsertim cum aspectu malo malefici, aut J, difficiles significant partus. 2. Tardum egressum ex utero significat D in aspectu infortunarum, similiter si fuerit in signo obliquo, cum Planeta retrogrado aut stationale. 3. Cum

3. Cum dominus 10 fuerit in 9, timebitur ne mater ex illo partu moriatur Almanf: Aph: 75. 4 Cardan: genit: 5 1 exemplum ponit, ubi mater hora 4 post partum mortua est. Luna enim fuit in opposito ☉ & ♀, & in ☐ ♃ & ♄, invicem oppositorum, atque existentium in ☐ ☉ & ♀, omnesq; ab angulis cadentes: Fuitq; ♀ cum ☉ in oppositione ☿. Cumq; utraq; significatrix matris afflicta fuerit, aperte ostenderunt matris mortem, ut apparet ex Genesi:



Explicatis generalibus judicijs parentum, quaestiones quasdam subijciemus, ex quibus quæ ad 4 domum pertinent judicia exactius determinabuntur.

An filius sit legitimus.

Sit igitur 9 Quæstio: An legitimus sit filius? De hac quaestione 4 observentur Aphorismi:

1. Spuriorum genitura habent ascendens cum ♃ alligatum, non cum significare patris ☉. Et Dominus quarta parum concors est cum Domino secunde. Quia quarta patrem, & secunda facultates significat. Denotatur igitur non habiturum ipsum facultates à patre, quia spurius non admittitur ad hereditatis successionem. Et ♃ aut ♀ cum Marte, vel cum ♄ conveniunt, quæ conditiones omnes consideranda sunt 3 Aph: 68 Card:

2. ♃ cum ☉ plerumq; significat matrem adulteram, ac puerum etiam adulterinum

virum, & malorum morum, sepius etiam infortunatum 3 Aph. 143. 3. Si ☿ Lunam de nocte, vel Venerem de die pulsauerit, plerumq; significat matrem impudicam. Vide igitur an significator patris h. e. Dominus quartæ fuerit alterius qualitatis quam pater. Tunc enim scias, quod ille non est filius eius, cuius creditur esse. 4. ♀ in ♀ & ☽ infortunata significat natum ex incestu conceptum. Nam matres spuriorum necessario sunt impudice Gen: 54 Card:

II. Questio. De concordia patris & matris. In huius questionis An pater & decisione considerentur significatores, de die ☉ & ♀, de nocte ☿ & ☽: mater con- Quod si hi bono & amico radio sese aspexerint, vel etiam conjuncti fuerint, rint, significant parentum amorem mutuum: Et quo magis partilis fuerit aspectus, eo major erit amor. 2. Si nullo radio sese aspexerint, erunt alieniores. Si verò sese oppugnauerint ☐ aut ☿, præsertim ex angulis, erunt etiam hostes.

III. Questio. De amore erga natum. In huius solutione. 1. Dominus horoscopi significat natum, vel eius personam: unde hoc modo pater vel mater affecti erunt erga natum, ut significator matris vel patris affectus est erga dominum horoscopi. Quicumq; enim meliori & partiliori radio aspicit Dominum horoscopi, ille magis natum amabit. 2. ☿ in die, ☿ in nocte ex signis nature eorum contrarijs, sine benevolentium aspectu luminaria oppugnantes, faciunt parentes à natu alieniores. Si ☉ oppugnatur, pater alienior erit: Si ☽, mater.

Arabes Astrologi in examine quartæ domus quæ significat parentes, quærent, ut docet Leup: part: 5 introduct: in diurna genitura partem patris subtrahito loco ☉ à loco Saturni, adjecto ad residuum ascendente. Est enim ☉ significator vitæ, & ☿ antiquitatis. In nocturna genitura verò partem patris quærent, subtrahito loco ☿ à loco ☉, adjecto ad residuum ascendente. Et hæc pars significat re n patris, & ejus nobilitate n, & Dominus domus substantiam, labores & fortunam patris. Quod si hæc pars fuerit fortunata, fortunatum significat patre n: Si infortunata contrarium.

Sic partem matris in diurna genitura quærent, subtrahito loco ♀ à loco ☽, & juncto ad residuum ascendente. In nocturna verò genitura partem matris investigant, subtrahito loco Lunæ à loco Veneris, adjecto ad residuum ascendente.

CAPVT XI.

DE LIBERIS.

ET si iudicium de liberis, ordine natura sequitur iudicium de conjugio, & ex utriusque conjugis genitura dependet, cum sint causse essentialiter copulate. Quia tamen singula genitura iudicia suis præbent, & ordo domiciliorum præcepta de liberis exigat, de ijs nunc agemus.

Sunt

In iudicio li-
berorum na-
tura signo-
rum & Pla-
netarum
consideretur.

Sunt autem in hac iudicij parte diligenter consideranda natura signo-
rum occupantium 5, 11, & 1 domos: Item natura & proprietates Plane-
tarum, qui in ipsis versantur. Fecundus enim Planeta in fecundo si-
gno, natum certo procreaturum liberos indicat, praesertim si 5 domum
occupaverit: undecima enim & 11 domus non eius sunt efficaciae. Ste-
rilis in signo sterili, certo sterilitatem portendit, praesertim si in 11 ha-
reat. Fecundus in signo sterili, mediocrem fecunditatem notat, eoque
majorem, si in quinta constituatur, ac reliquorum significatorum suffra-
gijs juvetur. E contrario vero sterilis in fecundo signo, parum ad fe-
cunditatem facere potest, sed magis sterilem natum futurum esse indi-
cat. Maior enim semper vis est Planetæ, quam signi in quo
constituitur,

Testimonia
pro liberis
qua ratione
colligantur.

In ferenda itaque sententia de nati liberis, ordine testimonia fec-
cunditatis, & sterilitatis colligenda sunt: Primo à natura Planetarum
in his tribus cæli locis harentium. Secundo à natura signorum, in quib-
us iidem in his domibus versantur: Et utra testimonia numero vice-
rint, secundum ea vel sterile vel fecundum conjugium nato est denun-
ciandum, Quando vero nullus Planeta in his tribus locis constituitur,
Dominus quinta aspiciendus est: Et Ordine ad has quaestiones respon-
dendum.

I. An natus sit habiturus liberos?

1. Fecundi in locis supra dictis, dant liberos, steriles negant.
2. Fecundus in fecundo signo, praesertim in 5 domo, auget vehe-
menter significatum liberorum, Sterilis in sterili, minuit vehementer.
Fecundus in sterili dat mediocritatem, Sterilis in fecundo parum pro-
dest.
3. Quinta domus praefertur undecima. Ideo pronuntiatur po-
tius juxta Planetam in quinta, quam in undecima, si in utraq; est ali-
quis. Ergo sterilis in 5 Fecundus in 11 minatur sterilitatem.
4. Si
in tribus his domibus non est Planeta corpore, pronuntiatur juxta des-
minum quinta Fecundus dat, sterilis negat.

Regulae speciales:

- Prima. Non dubitabis de liberis, si in quinta fuerit fortuna. 2. ♀ & ☽ in
quinta, praesertim in fecundo signo, multos bonos & sospites dat liberos. 3. ☽ in un-
decima, multos quidem dat liberos, sed de paucis gaudium. 4. ☽ cum Iove & Venere
significat liberos. Cardanus. 5. Iupiter in * ☽ dat filios & divitias, magis tamen
in humanis signis 3 Aph: 19 Card. 6. Omnes Planete in fecundo, dant multos
liberos. 7. Infortuna loci filiorum infesta, si parum fuerint debiles, habebit natus
filios,

filios, sed maxima ex parte morientur, si maximè fuerint debiles, erit sterilis 7 Aph. 12
 Cardan: 8. ♀ in quinta dat filios, sed malos, & omnia turbantes. 9. ♀ in unde-
 cima in M, in aspectu ♀ & ♀ dat multos filios. 10. ♀ in Oriente, vel potius in Occi-
 dente Saturno coniuncta, vel eundem quadrato aut opposito radio intuens, vel eti-
 am in commutata dignitate, ita ut ♀ sit in ♀, & in ♀, sterilitatem viris, fœminis ab-
 ortum significat. 11. ♀ cum Saturno in quinta, dat malos filios, & crebro etiam mo-
 riuntur. 12. ♀ Saturno iunctus in ♀ in quinta, in felici aspectu fœcundorum, dedit
 Carolo V multos spurios, & filios crudeles. 13. ♀ in quinta, & ☉ in quadrato Iovis,
 negat filios. Cardan: Gen: 70. 14. Luminaria impedita à malo, & facultates &
 liberos impediunt. 15. ☉ in quinta filios negat, sed datos servat, si forte filius datur
 ex felici nativitate coniugis. 16. Quando Sol existit in eadem parte cum ♀, vel cum
 ♀ & ♀ in undecima domo, aspiciens Lunam, natus sine liberis moritur, aut si nascuntur
 ipsi, intereunt. 17. ♀ ex cardine Saturno oppositus, significat sterilitatem. 18. Iu-
 piter Luna in ♀ cum stellis aquosis iunctus, significat divitias ex aquis, & multitudi-
 nem filiorum. 19. Sol aspiciens partem fortune, multos pollicetur filios. 20. Ma-
 ximum impedimentum in dandis filiis est, cum significator quinta retrogradus est, vel
 combustus, præsertim si sit infortuna.

I I. Quæstio: Quot natus sit habiturus liberos?

Et si numerum certum liberorum non definiunt docti, qui sciunt De numero
 cælum non esse unicam & sufficientem causam horum eventuum, sed liberorum.
 aut multos aut paucos ponunt: Sunt tamen hæc tradita Regula. 1. Signi-
 ficatores in signis bicorporeis duplicant, in fœcundis triplicant numerum
 liberorum. 2. Quo plures fuerint Planetae aut radij Planetarum in his
 signis, quæ suppeditant significatum liberorum, tanto plures significant
 liberos. Quo pauciores vel in sterilibus signis, tanto pauciores.

3. Quot signa sunt inter partem filiorum & Dominum eius, tot natus filios ha-
 bebis, ita tamen ut commune signum duos det. Quaritur autem pars filiorum in di-
 urna genitura subtracto ♀ à ♀ & adiecto ascendente. In nocturna subtracto ♀ à zove
 & addito ascendente. //

III. Quæstio. De sexu liberorum:

Masculos promittunt Planetae masculini ♀, ♄, ♃, ☉, Orientales De sexu libe-
 à Sole, in signis, domibus, & gradibus masculinis. Sunt autem Domus torum.
 masculina 4, 5, 6, 10, 11, 12. Faminas verò promittunt Planetae fœmi-
 nini ♀ & ♃ in signis, domibus, & gradibus fœmininis. Sunt autem Domus
 fœminina 1, 2, 3, 7, 8, 9, Colligenda itaque sunt testimonia masculorum
 & fœminarum ex Planetis signis & aspectibus in quinta, & juxta
 vincentem numerum pronuntiandum. Dominus quinta masculinus
 in

in masculino signo in * ♃ & ♀ conjunctorum ex undecima, indicat multos filios masculos.

An legitimi
sint liberi.

I V. Quæstio: An legitimi sint futuri liberi? Quando Dominus quinta & ♃, sunt sub radijs ☉, natus habet filios absconditos ac latentes. 6 Aph: 160 Cardan: Cum significatores liberorum à luminaribus proorsus removentur, tum natus habebit filios illegitimos.

De tempore
quando na-
tus liberos sit
habiturus.

V Quæstio: Quando habiturus sit liberos? Ad hanc quæstionem conferendum est tempus conjugij. De legitimis enim filiis hic potissimum loquimur. 1. Almuten ergo filiorum, aut ♃, aut Dominus domus filiorum Orientalis, dabit filios in juventute: Occidentalis in senectute. 2. Significator filiorum in parte Orientali, significat filios in adolescentia, si in medio cæli, habebit filios in juventute.

De fortuna
liberorum.

VI Quæstio: De fortuna liberorum. Significatores omnes aut major pars potentes, significant præclaram fortunam liberorum pro vita & successu. Imbecilles significant contrarium. In primis verò quando ☽, in nativitate diurna, Venerem ☽ aspectu cum receptione inætuetur, natus ex filiis latabitur, & causa eorum bonum & fortunam habebit. 2. Quando ♃ sic Venerem aspexerit, idem adhuc feliciter eveniet. 3. ♃ in medio cæli significat fortunam ex liberis. 4. ♀ in ascendente, & ♃ in occidente natus cum liberis vitam lætam ducet: Almuter.

De morte
liberorum.

VII Quæstio. De morte liberorum. 1. Iupiter elevatus ac mediocriter infortunatus, filios perimit, opes servat. Descendens & humilis sed non infortunatus, servat filios, & opes non largitur. 6 Aph: 167 Cardan. 2. Iupiter Martis ☽ vel opposito pulsatus, violenta morte tollit liberos: maxime si idem ☽ ledat Dominum quintæ 6 Aph: 164 Card. 3. ☽ & ♃ in domo filiorum, aut malo eam aspicientes aspectu, morientur filij. 4. Dominus undecimæ in quinta, & Dominus ♃ in 8, omnes filij nati morientur. 5. Dominus quintæ si separatur à Domino ascendente, moriuntur liberi, aut nascuntur mortui. 6. Sol iunctus infortune, ne unum quidem ex liberis relinquit. 7. ☽ & ♃ in medio cælo coniuncti & Lunam male aspicientes, interficiunt liberos.

8. ☽ Iovi oppositus maiorem filiorum partem tollit.

9. ♀ in ascendente & ☽ in Occidente, notant parum victuros liberos.

10. Dominus domus filiorum in 8, notat liberos ante patrem morituros.

11. ♃ & ♀ in Occidente vel M. C. coniuncti idem significant.

12. ♃ in 4 vel 7 combustus in ☽ vel malo aspectu infortune, idem significat.

13. Dominus domus filiorum coniunctus infortunis aut Domino octava, aut in malo aspectu infortunarum, interficit liberos.

VIII Quæ-

VIII. Quæstio. De concordia liberorum.

De concordia
liberorum.

1. Bonus aspectus in domo 1 & 5, significat amorem inter parentes & liberos: Malus contrarium. 2. ♃ Retrogradus vel peregrinus dat filios, sed inhumaniter sese tractantes.

CAPVT XII.

DE VALETVDINE.

IN iudicio valetudinis. 1. Videndum est, quibus ex significato-
ribus iudicium de valetudine sumatur. 2. An firma vel infir-
ma valetudine natus sit futurus. 3. Qui sint, & in quibus mem-
bris, morbi futuri. 4. Quo tempore: & 5. An curabiles.

De primo. *Significatores qui valetudinem decernunt, sunt:* Significato-
res valetu-
dinis qui
sunt.
1. Quidem horoscopus, qui corpus & vitam, item temperamentum si-
gnificat. 2. Dominus horoscopi. 3. Luminaria. De enim humores, Sol
spiritum vitalem significat. 4. Sexta domus: Hæc enim morbos deno-
tat. 5. Dominus sexta. 6. Planeta vel Planeta in domo sexta. Præter
hos est accersendus. 7 Dominus genitura Cypriani & 8 Temperamen-
tum.

Differunt autem morbi significatores, & morbi autores. Differunt si-
gnificato-
gnificator
borum sunt: 1. Malefici ♄ & ♃. 2. Infelices radij eorum, qui in 6 & autor
& 8 constituuntur, aut dominantur. 3. Possunt etiam malefici, & si-
gnificatores esse morborum interdum, quando locum nanciscuntur in
superiori Catalogo; Et autores, quando alios læserint.

*Vt nunc dextrè iudicemus, diligentissime examinandi sunt supe-
riores significatores omnes hoc modo, ut queramus.* De examine
significato-
tum.
Primo. An sint fortes aut debiles per se. Secundo an habeant bonos aut malos aspectus.
*Tertio. An sint cum fixis felicibus vel infelicibus. Quarto. An tem-
peramentum sit æquale vel inæquale. Postea colligenda sunt testimonia
eodem modo, quo temperamentum collegimus. Primo enim scribendi
sunt ordine significatores supra nominati, cum omnibus suis aspectibus
toties, quoties occurrunt. 2. Boni & felices aspectus seorsim, mali iti-
dem seorsim, mediocres quoque seorsim sunt collocandi, ut fiant tres classes.
Sic vocabula fortis & debilis suis scribantur locis: sub felicibus aspectibus
fortis, sub infelicibus debilis. Tandem numerentur singularum classum
testimonia, & numeri singulis subscribantur, aut etiam animo ponder-
rentur.*

Cuiusmodi,
bona ne vel
mala valetu-
do significetur.

De secundo. *An bona vel mala sit futura nati valetudo.*
Ex testimoniorum collectione in promptu est quid ad quaestionem respondendum sit. Primo enim, si nulla sint aut paucissima infirmitatis testimonia, significatoresq; omnes fortes & liberi à maleficorum oppugnatione, significatur firma valetudo, & nulli aut rarissimi morbi. 2. Contrarium vero aut mediocritas significatur, si vel omnes, vel aliqui male positi inveniuntur. 3. In genere si horoscopus modo, Dominus ejus, & salva sint, bene sperandum est. Sin infirmi, infirmitas significatur. 4. Planeta quoq; qui in 8 aut 12, item 7 infelicitate collocantur, à significatione morborum non sunt alieni. Atq; hæc pertinent ad iudicium generale & primum constellationis natalicia iudicium.

Ex his autem generalibus regulis multæ speciales extrahi possunt, præsertim de Domino horoscopi, de luminaribus, & de maleficis, considerata illorum fortitudine & debilitate. Primo enim Horoscopus & 7, ipsorumq; Domini infortunati, aut à maleficis infecti, morbosos faciunt. 2. Dominus horoscopi in 6 vel 12 infortunatus, aut etiam mediocritas, valetudinarios quoq; facit. 3. ♃ in 6 felix, si non sit Dominus horoscopi, dat bonam valetudinem. 4. ☉ fortunatus in angulo, præsertim in ♄, dat validam vitam. 5. ☉ in 6 aut 8, detrimenta facit, & morbos corporis plurimos, & cordis debilitatem. 6. ☉ in 6 vel 8, interdum etiam in 7 vel 12, morbos, mœrorem & brevem vitam significat. 7. ☉ & ☽ coniuncti, regulariter male coloratos, macilentos & egrotos faciunt. 8. ☿ à Saturno afflictus ☐ radio apud ♄ in angulo, præsertim in 1 aut 6 domibus, totam vitam morbis implicat. 9. Stella fixæ Saturninæ cum luminaribus, macilentos & morbosos faciunt. 10. Ager erit natus & debilis, quando ☿ supra ♄ fuerit elevatus. 11. ☽ in 6 aut 12, perpetuos morbos in membris signi quod tenet, aut perpetuum carcerem significat. 12. ☿ in 6, morbos repentinos revertentes facit: In 12 etiam deliliat corpus aliquo incidenti infortunio. 13. ☿ in ascendente vulnera faciei infligit: ☽ in medio cœli ex alto præcipitat, idem de honeribus deijcit. 14. Observetur etiam regula Ptolomæ Aph: 68. Malefica matutina casum, vespertina morbum significat. 15. Qui ascendens & Planetas omnes habuerit in signis unius & eiusdem trigoni, ex prædominantibus istius trigoni qualitatibus perpetuis torquebitur morbis: In aqueis pituita: In terreis Melancholia: In igneis furore & herpette: In aëreis sanguinis abundantia.

Quibus mem-
bris morbi
decernantur.

De tertio. *Quibus & quorum membrorum morbis affligetur.*
Singulis Planetis, & signis, singula membra & morbi corporis assignantur, ex quibus fit iudicium de genere morbi, juxta sequentes regulas. 1. Genus morbi speciatim cognoscatur ex significatore infelici, aut à maleficis laeso.

2. Ex

2. Ex signo, quod is significator obtinet.
3. Ex ipso malefico, qui ledit significatorem.
4. Ex signo, quod maleficus occupat.

In genere verò valida sunt membra corporis, quorum Planeta, qui significatores sunt eorum membrorum, validi existunt, debilia contra debiliū.

Sunt autem membra corporis humani à capite ad calcem iuxta ordinem signorum distributa hoc modo: ♃ præest capiti, faciei, & partibus capiti, oculis, auribus, dentibus. ♄ collo, cervici, gutturi, voci. ♀ humeris, brachijs, manibus, scapulis. ♁ pulmonibus, pectori, costis, mamillis, Epatis, spleni. ♁ Cordi, stomacho, dorso, lateribus, diaphragmati. ♃ ventri, intestinis, diaphragmati. ♄ lumbis, umbilico, renibus, femoribus, natibus, vesicæ, ano. ♁ Coxis, femoribus. ♃ genibus & popliti. ♁ tibijs & cruribus ♀ pedibus & talis. Ac admiratione dignum est prognostica respondere eventui, cum istius distributionis causa ignota sit. *Pontanus c. 4. l. 4. de reb. call. putat in d. factis, velut ab V. primo ita à capite per collum & descendit. sed h. insufficientis.*

Similiter & Planetis tribuuntur certa membra quibus præfunt, quorumque infirmitates ostendunt. ♃ enim significator vel autor egritudinum, significat aurem dextram, splenem, vesicam, ossa, dentes: Et horum membrorum infirmitates. Hinc omnes morbi frigidi, qui ex destluxu humorum oriuntur ad membra proposita, per ♃ significantur: ut Podagra, lepra, scabies, Cancer, Paralysis, tabes, Ictericæ nigra, quartana febris, iliaca passio, hydrops, perniciosi Catharri ad pulmones & pectus fluentes, tussis, auditus gravitas, dolor dentium, & similes Saturnini & Melancholici morbi. ♁ significat pulmonem, costas, cartilaginem, Epas, arterias, pulsum, semen: Et horum membrorum affectiones: ut Peripneumoniam, Apoplexiam, Pleurisin, Cardiacam, Anginam, Spasmodum, Inflammationes Epatis, Convulsionem & stupores, Passiones spine dorsæ. Præterea morbos, qui ex flatibus, fœtore, aut putrefactionibus oriuntur.

♄ significat auram sinistram, fel, renes, venas, pudenda; Et horum morbos, ut pestem, apostemata ferventia, acutas febres, Ictericam flavam, Carbunculos, fistulas, Epilepsiam, Dissenteriam, Febrem tertianam & quotidianam, & similes egritudines calidas & siccas, & vulnere præsertim in facie.

♁ significator vel autor egritudinum affligit hæc membra, Cerebrum, Cor, nervos, visum, oculum dextrum, & latus dextrum: Et hos ferme morbos affert, Syncopen, Cardiacam, Spasmodum, Ophthalmiam, Fluxum oculorum, Catarrhum, Frigiditatem Epatis & stomachi, pustulas matricis, & partium inferiorum.

♁ significat matricem, renes, genitalia, mamillas, guttur, lumbos, nates, Epas & æquæ: Et affectiones horum membrorum: Passiones matricis, suffocationem, Priapismum, Gonorrhæam, Epatis & stomachi imbecillitatem ex causa frigida & humida, Gallicam scabiem, Licentiam, & frigus stomachi.

Signa Zodia-
ci que mem-
bra signifi-
cent.

Hæc iudicia nituntur
certis præceptis longa
experientia conceptis &
comprobatis. Orig. in d. 1.
Signa Zodia-
ci quibus membris
dominantur.

♃

♄

♁

♁

♁

♄ significat cerebrum, spiritus, imaginationem, memoriam, linguam, manus & digitos, fel, ossa, crura & cerebri nervos. Et agritudines horum membrorum: ut Maniam, privationem sensus communis, lethargum, deliria omnia generis, balbuciem & lingue impedimenta, raucedinem, morbum caducum, tussim, abundantiam sputi, opilationem fellis, vomitum, Catharros ex abundantia humorum in capite, & omnes morbos Melancholicos.

♃ regit & significat cerebrum, oculum sinistrum, stomachum, ventriculum, latus sinistrum, intestina, vesicam, gustum, membra genitalia, & Epar in muliere. Et horum membrorum agritudines: ut Epilepsiam, Paralytin, Colicam, Catharros, menstrua, apostemata pblegmatica, & agritudines provenientes ex opilatione venarum. Atque hi sunt morbi, qui a quolibet Planeta significantur. De quibus tamen hoc notandum est, quod eos morbos omnes non asserat unus infirmitatum significator, sed sunt & alie circumstantie simul considerande, ut natura signorum, locus caeli, aspectus ad luminaria & Planetas maleficos.

Porro significat & prima domus Caput, oculos, aures, faciem, Polypum, oris fetorem. Secunda Collum, guttur, glandulas. Tertia humores, brachia, manus. Quarta pectus, pulmorem, esophagum & splenem. Quinta dorsum & scapulas, stomachum, Epar, Cor, nervos & latera. Sexta inferiorem ventrem, cum intestinis, ventriculum, Epar & renes. Septima femora cum ilijs, vesicam, matricem & membra genitalia. Octava spinam dorsu, inguina & anum. Nona coxarum partem inferiorem. Decima genua & poplites. Undecima Crura & tibias. Duodecima pedes & talos, cum podagra.

Ex horum omnium diligenti collatione de specie morbi conjectandum est, & in quo membro vitium hareat, videndum.

De Epileptico morbo.

In specie vero morbus caducus seu Epilepsia cognoscitur ex 4 causis. 1. Quando ♄ & ♃ sese non aspiciunt. 2. Quando neuter horoscopus aspiciat, & simul ipsi sunt in ♄ aut ♃. In illis enim ponuntur infelicitate ♄ & ♃. Item in 6, 8 & 12 domibus. 3. Quando ♄ aut ♃, hic in nocturna, ille in diurna nativitate, fortis, ex angulo, simul utrumque ♄ & ♃ oppugnat. 4. Quando dominator fuerit Mercurij & Luna, Saturnus de die, ♃ de nocte. Vbi enim haec quatuor causas simul concurrunt plerumque natus sit Epilepticus.

De fatuitate.

Fatuitas itidem ex his dispositioribus innotescit. 1. Quando ♄ & ♃ sese non aspiciunt. 2. Quando non aspiciunt ascendens. 3. Quando ♄ & ♃ Lunam vel radio malo aspiciunt, vel in locis ♄ & ♃ dignitates essentielles habent, praecipue in ♄, ♃ & ♃.

Querunt & Astrologi causas Melancholici morbi, cui mali spiritus se solent miscere. Est enim Melancholia balneum Diaboli. Et solent tales

ales fieri Daemoniaci. Cognoscitur autem hoc malum ex 4 causis. Prima & secunda causa conveniunt cum prioribus. Tertia est) quando conjuncta aut opposita est Soli. Quarta est ♄ vel ♃ dominus & vel ♁ luminarium nativitatem antecedentis, maxime si conjunctio aut ♁ incidit in domum ♄ vel ♃, ipsis maleficis existentibus in ♄ aut ♃.

Muti fiunt & Lingua impedimenta habent, quibus ♄ est infelici-
ter positus praesertim retrogradus, combustus, & à Saturno pariter
latus: Item quibus ascendens, Dominus eius, ♄, aut etiam omnes Pla-
netae in signis mutis ♄, m & ♄ fuerint.

De impedi-
mento lin-
guae.

De quarto nempe de tempore morborum. Tempus morbo-
rum judicatur in specie. Primo ex directionibus, quae plerumq; annum
morbi ostendunt. Secundo ex revolutionibus, quae idem confirmant aut
negant. Quando enim ad malam directionem accesserit mala revolu-
tio, tanto pejus erit malum. Si bona erit revolutio, erit mitius. Ter-
tio ex profectioe. Quarto ex transitu. Quinto ex Alfridijs: Item
Chronocratoribus.

Tempus mor-
bi quomodo
cognoscatur.

De quinto. De curatione morborum. 1 Quando significator
vel autor morbi fit à Planeta, qui in sua infelicitate prorsus relictus est,
morbus erit incurabilis. 2 Si vero significatorem vel autorem bene-
fico radio aspexerit bonus Planeta, morbus erit curabilis. 3 Bonus ille
aspectus si fuerit pariter facile curabitur, si platicus difficilius.

An morbi
curabiles
sint.

CAPVT XIII.

DE FAMILIA ET BESTIIS.

Significatores familiae sunt. Prima domus sexta. 2 Dominus
ejus. 3 Mercurius. Et 4 Planetae in sexta. Examinantur au-
tem, Domus quidem sexta cum felicitas vel infelicitas ejus perpendi-
tur: Dominus sextae, cum juxta examen Planetarum ejus fortitudo vel
debilitas attenditur. Sic & quia fuit nuncius DEORUM: Ideo hic quoq;
nuncios & servos significat.

Significato-
res familiae
quaratione
examinen-
tur.

Et exploratur ejus robur, ut Domini sextae. Semper autem Pla-
netae in domo gubernant significatum domus: Et sunt Planetae exami-
nandi, ut diximus saepe: Et si diversa natura fuerint, significata mi-
scenda erunt.

Primam igitur pro ferendo judicio consideretur natura significato-
rum, quae aut benefica aut malefica, fortis, aut infirma, aut mediocris
est.

4

2 Omnes

2. Omnes vel major pars benefica aut fortis, significat numerosam familiam & nato utilem. 3. Malefici, aut debiles, significant contrarium. 4. Si beneficus simul fortis fuerit, duplicat bonum. 5. Si alterutrum tantum reperitur, ut beneficus sit, sed non fortis, aut fortis quidem, sed maleficus dat mediocritatem. 6. Fæminini significant pres vincentes, significant magis fæminas, ancillas, Masculini mares, servos.

Ex his generalibus regulis varjæ extruuntur hinc inde speciales:

I. De Domino sextæ. 1. Dominus sextæ fortunatus significat multos servos. Infortunatus paucos. 2. Quando Dominus sextæ in aliquo angulorum fortunatus fuerit significat utilitatem ex servis, præsertim si Dominus is fuerit. 3. Dominus sextæ in 10, significat Dominum suos servos promovendum ad honores. 4. Dominus sextæ in 5 utetur filiis servorum aut filiorum servis, aut filiis & discipulis pro servis, qui quoque libenter ei servient. 5. Dominus sextæ in 7 aut etiam sub terra infortunatus, significat mortem servorum.

II. De Mercurio. Mercurius fortunatus in 1, 10, 6, 12 in communi aut mobili signo, cum aspectu fortunarum felix, significat multos & utiles servos. Contra infortunatus contrarium. Nam Retrograd aut combustus facit servos fures, infideles, proditores. Quod si simul cum malo aspectu Martis fuerit, denotat homicidas, veneficos.

III. De Planetis in sexta. Fortuna in 6 felix, significat bonum ex servis. Infortuna malum denotat & tristitiam, dolorem & damnum ex servis portendit.

De concordia Domini & servi. Concordiam servi & Domini judicamus ex principali significatore. Is enim si fuerit colligatus corpore vel radio amico cum Domino ascendens, concordiam significat. Contra si non fuerit colligatus, aut etiam malo radio dominum ascendens aspexerit, contrarium denotat.

De bestiarum iudicio. Bestiarum idem est significator qui servorum constituitur. Sexta igitur domus & 3 felix, significant felicitatem cum parvis animalibus, apibus, columbis, gallis, anseribus, ovibus & porcis. Item delicatis canibus, leporibus, cuniculis, & affert delectationem ex avium cantu.

Duodecima domus significat grandes bestias, sicut & 8, quod cum illis semper pugnandum sit, atque vi quadam domanda. Mars itaque & 12 felix significant felicitatem ex magnis bestiis, lumentis, Equis, bobus, ex Venatione, Equitatu, bellis, vectura, lacte, caseo, Butyro & quæ his cognata sunt. Contra infelix 8 & 12, significant contrarium.

CAPVT

Cum conjugium constet legitima maris & femina conjunctione, aliosq; significatores habeat mas, alios femina. Nos ut ordine singula persequamur, primum de virorum, post feminarum conjugio agemus. Significatores igitur primary conjugij in nativitate viri, sunt *Planeta feminini* ♀ & ☿. *Secundarij 7 domus*, & quae ad eam pertinent, ut *Dominus ejus & Planeta in ea*. In his autem significatoribus praesertim secundarijs, tria considerentur. Primo an steriles, fecundi, vel in signo duplici sint. 2. An sint benefici vel malefici. 3. An sint fortes vel imbecilles, aut laesi a maleficis praesertim Saturno. *Enim est hostis conjugij & sexus feminini.*

De significato-
ribus con-
jugij in nati-
vitate viri.

Ex his ad hasce quaestiones feratur iudicium. 1. An natus sit ducturus conjugem, an verò caelebs manurus?

Significant autem astra inclinationem marium erga feminas, & ostendant an natus sit conversaturus cum feminino sexu & liberos suscepturus, an verò femininum sexum prorsus sit abominaturus.

Ac negant conjugium sequentes constellationes. 1. Luna & ♀ simul in sterilibus signis ♀, ♁, & locis geniturae malis 6, 12 vel 8 domo, item in 9, praesertim si secundarij significatores quoq; steriles fuerint. 2. Luna vel ♀ sola potenti Saturno absq; aliorum Planetarum societate coniuncta, siquidem altera ex illis in sterili signo aut loco malo, aut alijs insigniter afflictis fuerit. Oportet autem Saturnum esse potentem, Lunam vero vel Venerem quae Saturno iungitur, debilem. Nam Luna aut ♀ potentiores Saturno, vincunt & malitiam. Deinde oportet Lunam coniunctam esse Saturno: ☐ enim & ☿ radius non impediunt conjugium.

Que constel-
lationes con-
jugium ne-
gent.

Ad Venerem quod attinet, non tantum eius cum ☿ coniunctio, sed ☿ ☐ & ☿ radius conjugium negant, praesertim si ☿ simul existat in sterili signo & mala domo. 3. Saturnus super Lunam & Venerem simul elevatus, nullo intercedente alio Planeta idem significat. 4. Luna a Sole combusta, & ♀ in 6 aut 12 negat uxorem. 5. Si reliquorum secundariorum significatorum testimonia accesserint, sic ut in sterili signo & mala domo sint, aut sint debiles & ☿ coniuncti tantò certiores reddens Astrologum in iudicio. Et ubi de caelibatu constat, ibi non est opus ulteriore quaestione.

Si vero haecenus propositi significatores in primis ♀ & ☿ sint in signis fecundis, & faustis figuris domibus, utpote vel in angulis vel in succedentibus, tunc nato certò conjugium decernunt. Actum ad secundam quaestionem sic processu, qua queritur, An facile natus sit impetraturus sponam?

An natus fa-
cile sit impe-
traturus
sponsam.

Judicatur hac quaestio ex qualitate significatorum, qui aut Luna aut Veneri junguntur, eamque aspiciunt, aut se prima domus ejusque domi-
no praesunt.

Primo igitur si significatores fortuna fuerint fortes, significant facilitatem. 2. Debiles significant difficultatem, eoque majorem quo plures fuerint debiles, si omnes debiles saepe excidet sua spe praesertim si ☽ quocumque & ♀ imbecilles fuerint: Non tamen prorsus negant, si benefici sunt. 3. Si significatores malefici fuerint, etsi fortes sint, non tamen largiuntur aliquid sine difficultate. Minuitur autem difficultas cum beneficiis junguntur. Major erit difficultas si fuerint imbecilles.

De tempore
conjugij.

Tertia quaestio est: Quando ducturus sit conjugem? Speciale quidem tempus judicatur ex directionibus 7 domus, Medij caeli, ☽, ♀, & ascendentis, si enim plures directiones inciderint in aspectus felices, ☽, ♀ aut domini septima, & praesertim annis Climactericis 21, 28, 35, conjugium significat. Sed generale judicatur ex his tribus circumstantiis. Prima: Num significatores Orientales sint à Sole, an verò Occidentales. 2. In quibus caeli quartis versentur. 3. Quem habeant motum proprium.

p. 256
Primo enim significatores Orientales à Sole, & in Orientalibus domibus, 10, 11, 12, ~~13, 14, 15~~. Item directi & veloces, significant velox conjugium, sed hac cum conditione, ut ducat uxorem vel adolescens ipse, vel valde adolescentulam. 2. Occidentales à Sole, & in domibus Occidentalibus, 9, 8, ~~7, 6, 5, 4, 3, 2, 1~~: Item tardi, Retrogradi, Stationarij, significant conjugium aut in etate proveciori, aut cum femina provecioris aetatis: Quo referenda sunt vidua, anus, &c. 3. Ubi diversitas accidit, pronuntiatur praecipue juxta Lunam. Deinde & juxta Venerem, pro ut fuerint Orientales & Occidentales, veloces aut tardi. 4. ☽ in oriente à prima ad decimam: ☽ verò in occidente, juvenis animum ducet, 6 Aph: 61. 5. ☽ aut ♀ in septima, semper tarde dant uxorem, quia stant in occidente. 6. ♀ in angulo, vel succedente directa, fortunata, non impedita, Et Domini triplicitatis ejus Orientales, in bonis caeli locis non impediti, significant conjugium in adolescentia, eritque fortunatus cum suis uxoribus. Si verò ♀ fuerit cadens & combusta, & Domini triplicitatis ejus in malis caeli locis, & in malorum aspectu, tarde copulabitur, & habebit decrementa per mulieres. 7. ♀ Retrograda, tarditatem desponsationis significat.

Quarta

Quarta quæstio est: Quot ducendæ sint uxores?

In hac quæstione considerentur primum hæc Regulae generales.

1. Significat ores omnes vel major eorum pars fecundi, aut in duplicibus signis, significant plerumq; plures uxores, aut libidines: Contra steriles significant paucitatem. 2. ♄ in 7, significat tres uxores, duas virgines, & unam viduam; Schonero. Antequam verò ex sententia hujus Aphorismi pronuncietur, diligenter considerentur circumstantia, num in signo fecundo, vel duplici sit, ac fortunatus existat, & an congruant reliqui significatores, de quibus postea dicitur. Item an in adolescentia sit inchoaturus conjugium, qua de re videatur quæstio præcedens.

3. Saturnus Veneri junctus in eodem signo, unam tantum significat uxorem, si ♄ plures habeat partes. Ut si Venere existente in 2 gradu, ♄ in 5, 6 vel 7 constituatur. Si verò à Venere plures partes possederit, plures quoq; uxores natum habiturum dicitur, ex sententia Schoneri, quia tum ♄ exijt ex malitia Saturni. 4. ♄ in duplicibus vel Tropicis signis, & Domini loci ♄ similiter in duplicibus, significant plures uxores. 5. Sol in 10, in ♄ , cum testimonio aliarum stellarum, unam tantummodo significat uxorem: Schonero. 6. ♄ in 7 domo, propter fecunditatem fere semper plures uxores decernit, nisi sit insigniter à ♄ & radijs ♄ impedita. 7. ♄ in signo unius figura, uni Planetæ applicata, uno conjugio contentum esse demonstrat. Si verò in bicorporeo aut multiformi signo, pluribus stellis, sive sint Planetæ, sive fixæ regie, in eadem latitudine & longitudine applicata fuerit, sæpius conjugium iteraturum denotat. Atq; hæc sola regula contentus est Ptolomæus, quam Cyprianus sequentibus regulis specialibus explicavit.

1. Quot Planetis Luna coniungitur corpore sive partiliter sive plaitè, tot significat uxores, excluso Sole. 2. Si ♄ nulli iungitur corpore, vide quot Planetæ fortes in eodem signo eam partiliter aspiciant, sicut ♄ ad eos accedat. Tot enim designantur nato uxores. Planetæ imbecilles, significant amicas, aut de quibus est spes coniugij, sed sine eventu. Notabis autem circa hunc Aphorismum: Primo, quod Planetæ fortes hoc loco dicantur qui sunt directi, liberi à radijs ♄ nec in derimento, vel casu. 2. Quod si idem Planetæ, cuius est aspectus, fuerit in fecundo aut bicorporeo signo, duplicat numerum uxorum. 3. Luna applicans Planetæ, qui est in communi, id est bicorporeo signo, significat duo conjugia. 4. Iudicatur etiam numerus ex numero fixarum regiarum, cum quibus Luna in eodem signo & gradu, & in eadem latitudine coniungitur. 3. Si nihil occurrit eiusmodi, ubi nec Planetæ nec aspectus est sub ♄ , tot natus habebit uxores, quot fortes

De numero
uxorum.

Regula gene-
rales.

Regula sp. Goelmit simpli-
cialis. In partibus aspectus
ad Dan numerus, in
Luna ad eos accedat, sive
non accedat.
Alj. Sibilitate hujus non
attendunt.

fortes Planeta fuerint inter medium caeli & Venerem, progrediendo versus ortum. Annumerantur autem hic foribus etiam Retrogradi & Combusti, si fuerint in essentialibus dignitatibus, domo, exaltatione, triplicitate, vel receptione ex eadem dignitate.

4. Si neque hoc inveneris, habebis tot uxores, quot Planeta dominum septima partiliter aspiciunt, qualescunq; illi sint. 5. Ad speciales regulas semper conferenda sunt generalia supra tradita, & secundum vincentia testimonia pronuntiandum.

V. Quæstio ubi ducturus sit. An in patria vel alibi?

De loco ubi uxorem ducturus est natus.

De hac quæstione notentur hi Aphorismi. 1. Significatores in locis itinerum 9 vel 3, aut peregrini ipsi, significant uxorem peregrinam non natam in patria. 2. Dominus 7 in 9 significat natum ducturam peregrinam, sed tamen bonam & religiosam. 3. ♀ domina nona in 1 vel 10 domo, dat nato uxorem in terra aliena. 4. ☉ & ♀ in 7, vel septimam aspicientes, significant uxorem quoque peregrinam.

VI. Quæstio est. De corporis forma?

De corporis forma uxoris.

Hac quæstio etsi nimis subtilis & superstitiosa est: consideranda tamen sunt, quæ artifices hac de re tradidit, quæ sunt huiusmodi:

1. Considera signum & Planetam, qui significat uxorem, & iuxta doctrinam superiorem de forma corporis pronuncia, non secus ac si id ipsum signum ac Planeta essent in horoscopo natalitio ducende uxoris. 2. Species uxoris habetur ex domo 7, & locis aliorum significatorum coniugij. Nam si omnes, vel potior pars in signis formosis fuerint, decernunt uxorem formosam. In deformibus deformem. Sunt autem signa formosa II, III, IV, & V prior pars, Medioria III, IV, & V. Deformia VI, VII, VIII, & IX. 3. Præcipuus significator deformitatis est H. Ideo H affligens significatores malo radio, deformes facit. Sic & combusti à Sole, colorem deformant. 4. Quando ♀ cum Saturno in termino Saturni fuerit, vel H ipsam aspexerit, natus uxorem vetulam & deformam nanciscetur. 5. H dominus coniugij in 7 annosam significat uxorem. Idem significant H & ♀ in 7. 6. Capricorni signum in 7, & H ac ♀ in 10, aut H signum aspicientes, significant natum annosam, pulchram tamen ducturam. 7. ♀, ♄ & ☽ feliciter inter se configurati, vel ad Dominum septima, formosam significant uxorem. Iupiter tamen cum ☽ in 7, sine alijs circumstantijs, non dat simpliciter formosam uxorem.

VII. Quæstio. De animo & moribus uxoris.

De moribus uxoris.

In hac quæstione etsi natura Planeta significantis uxorem potissimum attenditur, juxta ἀξιωμα: Qualis est natura Planeta, qui significat uxorem, tales & sunt mores uxoris: tamen nequaquam negligendus est status ♀ & ☽, cum tales quoque plerumque soleant esse uxores, qualis est ☽ & ♀.

Natura Planetarum.

Est autem hæc natura Planetarum aspicientium Lunam per conjunctionem

netm
suet
fero
is
signi
aliqu
serv
dus
♀ fo
qua
circ
astu
Bre
far
stas
stas

sat
dat
sa,
ma
in
dat
res
in
fica
a
asp
&
ver

fu
Lu

qu
zi
re
te

nem vel alium radium: H si bene affectus est, promittit taciturnam, gravem, consuetam, parcam, laboriosam. Male affectus tetricam, morosam, suspicacem, pravam, ferocem, pertinacem, invidiam, male conditionis & naturae. ♃ feliciter constitutus in ♃ applicatione, piam, mansuetam, castam, nobilem, honestam, & Oeconomicam significat. Infeliciter positus, easdem quidem virtutes sed fucatas, imperfectas & cum aliqua labe coniunctas pollicetur. ♃ bene affectus, cordatam, animosam, impatientem servitutis & iniuriarum, vindictae & dominij cupidam, iracundam, &c. Male affectus, rixosam, contumacem, indomitam, violentam, sumtuosam & infamem denotat. ♃ feliciter constituta lepidam, suavem, affabilem & honestam, infeliciter posita eadem quidem, sed imperfectius, & simulatum quiddam decernit. ♃ bene affectus ingeniosam, circumspectam, facundam, sagacem & victui parando idoneam. Male affectus callidam, astutam, mendacem, aliud corde aliud ore prementum, instabilem, maliciosam denotat. Breviter Benefici fortes, decernunt uxores honestas, probas, divites, ex clara familia: Debiles easdem qualitates, sed renisiores. Malefici fortes, honestas quidem significant & probas, sed inconstantes, avaras: Debiles, inhonestas, infames, improbas, &c.

Ex statu etiam Veneris hoc modo de uxoribus iudicatur. 1. ♃ Orientalis significat uxorem nato imperatricem. 2. ♃ in prima Saturno iuncta, praecipue si sit dominus ♃, dat meretricem, anum, ancillam, aut vilem muliorem. 3. ♃ Mercurio iuncta in quarta, aut etiam in domo ♃, dat anum, aut ancillam sordidam. In malo aspectu ♃, etiam malam & maleficam; in ♃ & ♃ meretricem. 4. ♃ in 4. domo, in malo aspectu ♃ in xx, meretricem: In ♃ etiam nati scortationem cum ancillis significat. 5. ♃ in 6, dat immorigeras & ignobiles uxores. 6. ♃ & utraq, infortuna in 6 coniuncta, uxores nato dant meretrices. 7. ♃, ♃, ♃ & ♃ in 12, dant ignobiles & ancillas. 8. ♃ in septima facit scortatores, & ideo tarde nubentes. 9. ♃ & ♃ coniuncti in 7, significant sterilitatem in viris. 10. ♃, ♃ & ♃ coniuncti in 10, dant meretricem. 11. ♃ in 4, & ♃ cum ♃, in decima, dant sterilem aut anum. 12. ♃ in decima in aspectu fortunarum, significat nobilem uxorem. 13. ♃ cum ♃, ♃. ♃ dat laboriosas & Oeconomicas uxores. 14. ♃ cum ♃ animosam, instabilem, negligentem rem familiarem, prodigam, & maritum adulterum denotat.

Considerant praeterea Astrologi signa quoque in quibus ♃, ♃, 7, & dominus eius sunt. Rationem enim habent & moderatorum sunt ingeniorum II, ♃, ♃, ♃ & ♃. Luxuriosa & bruta sunt ♃, ♃, ♃, ♃ & ♃. Media sunt ♃ & ♃.

VIII. Quaestio. De uxoris dote, An divitem vel pauperem uxorem natus ducturus sit.

De hac quaestione haec duo notentur regulae generales. 1. Significator qui uxorem promittit, si fuerit fortuna, fortis & felix, ratione essentialium dignitatum & loci, significant aut divitem, aut nobilem uxorem. 2. Malefici & debiles significant aut pauperes, aut viles & contemptas.

♃

♃

♃

♃

♃

Ex statu Veneris quomodo de moribus uxoris pronuncietur.

Signorum consideratio.

De dote uxoris.

Ex.

Ex his generalibus speciales extriuntur. I. De bona fortuna.

1. Benigni Planete in septima potentes, significat divites & nobiles uxores. Si autem ♃ in suo casu fuerit, significat mediocres. 2. ♀ & ♃ coniuñti, si in 7 fuerint, & ☽ eos ex superiori loco, ut in domo, aut dignitate sua aspexerit: Caput præterea Draconis aut cum illis, aut cum ♃ fuerit, natus ex uxore maximas divitias habebit, Cardan. 3. Aph. 28. 3. Felix aspectus ♃ ad ♀, vel ☽, cum receptione ex eadem dignitate, dat magnam prosperitatem, & coniugium cum nobili femina. 4. Dominus secundæ in 7, vel Dominus septimæ in 2 domo, significat divitem. 5. Dominus septimæ in 10, vel Dominus decimæ in 7, Item ☽ feliciter positus in septima, dat contentam & meretricem, divitem tamen. 6. Dominus septimæ in 7, dat honestam & simplicem.

II. De mala fortuna.

1. Malefici in septima fortes, significant divitias, sed cum labore coniunctas: ἐχθρῶν γούρ δ' ὄγα ἄδ' ὄρα. 2. Malefici iracillies in septima, significant pauperes & ignobiles. 3. Dominus septimæ in 12, aut 6; vel contra, Dominus duodecimæ aut sextæ in 7, significat ignobilem, servam, pauperem. 4. ♀ in ☐ vel ☽ significat damna ex coniugio. 5. ♀ in 2 in malo aspectu malorum, significat detrimenta propter uxorem. 6. ☽ domina septimæ, minuta lumine, negat felicitatem coniugij.

IX. Quæstio est. De concordia seu mutuo amore conjugum?

De consensu
& amore
conjugum.

Intra 902

De hac quæstione etsi omnium certissimum iudicium fertur ex utriusq; personæ genesi. Luminaria enim in utraq; genesi bonis aspectibus sese intuentia, aut eadem signa occupantia, concordiam significant. ☐ verò & ☽ radio sese ferientia, discordiam & continuas rixas denotant: Tamen cum raro utraq; geneses ad manum esse possint, ex his regulis aliquomodo eadem dijudicatur.

- Regule gene-
rales.
1. Benefici Planete, benefico radio Lunam aut septimæ dominum intuentes, concordiam significant. 2. Si malus fuerit aspectus beneficorum, concordabunt quidem, sed ut nonnunquam oboriatur serenissima æstate tempestas. 3. Mercurij quoq; radius bonus, concordie amicus est, malus simultatum autor. 4. Malefici nunquam tutam præstant concordiam, malus ipsorum radius sæpe in apertas inimicitias erumpit. 5. De concordia quoq; vel discordia iudicari potest ex Planetis inter M. C. & Venerem constitutis. Cum enim fortune intercedunt, concordiam, cum infortune discordiam significant. Ex his regulis aliæ speciales colliguntur. 1. Venus si cum Saturno participaverit, & Martem simul aspexerit, erit inter virum & uxorem Zelotypia. 2. Venus in 12, mala notat coniugia. 3. Venus in signo mobili, significat instabilitatem cum mulieribus, & vix una contentus erit, præsertim in ♄ vel ♃: In signo verò communi, significat bonam desponsationem. 4. Venus si cum infortunis & luminaribus participaverit, erit disidium viri & mulieris. 5. Significatores coniugij in signis mobilibus, non dant felicia coniugia, sed varia & mutabilia.
- Regule spe-
ciales.

6. Si

6 Si dominus ascendens fuerit in signo communi, & Venus infortunata, non erit natus una contentus. 7 Luna si Solem bene aspexerit, fuerintq; ambo in signis convenientibus, & fortuna etiam, ♃ vel ♀, luminaria aspexerit, erit amicitia inter virum & uxorem. Si autem discordaverint, vel infortune ea aspexerit, erunt in odio. 8 ☾ lumine diminuta, coniuncta Marti in signo mobili, uxor nati nunquam diliget eum vero amore, sed semper alium. 9 ☉ in 12 positus, a mulieribus detrimenta minatur.

X Quæstio est: Vter præmoriatur?

In hac quæstione respiciendi sunt significatores uxoris, qui si a maleficis sint læsi, aut in locis cæli malis, octava vel 2, significant uxoris infirmitatem aut mortem.

De morte
coniugum.

In primis autem de Luna hi speciales notentur Aphorismi. 1 Luna unico tantum Planeta coniuncta, atq; ita unicum matrimonium significans, si Luna potentior est, præmoriatur uxor. Si Planeta potentior est quam ☾, præmoriatur maritus. 2 ☾ in quarta, uxores nati morientur, quia stat quasi in sepulcro. 3 Quando ☾ a Marte separata, Venere in Occidente existenti applicuerit, natus multas uxores habebit, sed ipse tamen omnes ante eum morientur. 4 ☾ & ♀ Saturno iuncta in septima, significant coniugij impedimentum, & uxoris mortem. Sic & de Venere hæc observentur regula: 1 ♀ in angulo terra in malo aspectu ☽ vel ♃, significat uxorem nati morituram. Quod si insuper in signo fuerit mobili, multas uxores ante natum morientur. 2 ♀ in septima in aspectu infortunarum, sine aspectu fortunarum, significat natum mortem uxoris visurum. 3 ♀ Occidentalis, peregrina, coniuncta malis, vel eorum malo aspectu, significat celeritatem mortis uxoris. 4 ♀ & ♃ coniuncti in 12, significant natum uxorem interfecturum.

Quid ☾ significet.

Quid ♀

De septima quoque domo hæc inveniuntur regulæ. 1 Vna infortunarum in quarta vel 7 domo, natus mortem uxoris videbit. 2 Dominus septime domus combustus vel cadens, uxores nati ante ipsum morientur. 3 Dominus septime in octava, nati uxores ante ipsum morientur, & remanebit solus.

Quid septima domus.

De conjugio mulierum. Significatores in conjugio mulierum primarij sunt ☉ & ♃. Sol enim Luna, & ♃ veneris obtinent vicem. Secundarij sunt septima domus, & quæ ad eam pertinent, ut Dominus eius & Planeta in ea. Considerandum verò est in horum examine, an hi significatores sint steriles aut fecundi, in signo duplivi vel paucorum liberorum. An verò benefici vel malefici, fortes vel imbecilles. Hinc enim iudicium ferri potest de subsequentibus quæstionibus.

De mulierum
conjugio.

Prima. An sint nupturæ? Quod si omnes hi significatores steriles, debiles & in locis infelicibus fuerint, negant coniugium, præsertim si insuper afflicti sint a maleficis.

An mulier sit
nuptura viro

II, An

An facile.

II. An faciles vel difficiles nuptiæ. *Malefici resistentes Soli & Domino septima, multas significant difficultates.*

Quo tempo-
re.

III. Quando: *Tempus speciale accipitur ex directione ☉ & mediæ cæli. Tempus generale sic iudicat Ptolomæus: In mulierum conjugio spectare oportet Solem. Is repertus in quadrantibus Orientalibus, eas significat vel in prima adolescentia nuptum dari vel seni vel iuveni, vel post ætatem consistentem cum adolescente matrimonium contrahere. In Occidentalibus verò significat tarde nubentes.*

Quot nume-
ro.

IV. Quot maritis nuptura? *In hac quæstione primum generales hi Aphorismi notentur. 1. ☉ in signo unius formæ, aut cum Planeta uno matutino deprehensus, semel tantum nubentes significat, in multiformi aut pluribus matutinis configuratus, sæpe conjugium iterantes. 2. Septimus locus & dominus ejus: Item ☉ in signo bicorporeo significat mulieri duos maritos Card: in suppl: Almanach, 59. 3. ☉ & ♀ significant viros. Hinc si in nativitate femella aliquis eorum fuerit in duplici signo, duos maritos habebit: Schonerus. 4. ♀ in duplicibus vel etiam Tropicis signis & Domini loci ♀ similiter in duplicibus signis, denotant mulieri plures maritos.*

Traduntur & speciales de hac quæstione Aphorismi, qui ut in virorum nativitate à ☽ & ♀ sumti fuerunt, ita hic accipiuntur à ☉ & ♀. Primo enim quot Planetis ☉ iungitur corpore, sive partiliter sive platice, tot significat maritos. Excluditur ♀. 2. Quot Planetis applicat ☉ corpore ante exitum signi in quo est tempore nativitatis mulieris, tot maritos significat. 3. Si ☉ nulli iungitur corpore, vide qui Planeta fortes in eodem signo eum partiliter aspiciant, sic ut ☉ ad eos accedat. Qui verò sint Planeta fortes, supra in virorū coniugio diximus. Commendat Ptol: matutinos. Sunt autem hæc Ptol: verba: Orientales quadrantes accipimus cum de ☉ agimus, anteceden-tes, & signum signiferi ascendens & occidens. 4. Si nihil occurrit eiusmodi, tot habe-bit maritos, quot fortes Planeta fuerint inter medium cæli & Martem, progrediendo versus ortum. Addit Alubater. Si ♀ ipse in M. C. fuerit, fiat computatio à ♀ ad 10-
vem. 5. Si nec hoc inveniri, recurrendum est ad Dominum septimæ ut in Virorum nativitate.

V. Unde ductura? *Significatores ergo in locis itinerum aut peregrini significant maritum peregrinum. 2. ✠ in tertia in nativitate mulieris significat peregrinum sponsum.*

VI. De forma corporis & animi moribus? *☿ Soli configura-tus significat compositos maritos, commodos, & industrios. ♃ Venera-biles & magnanimos: ♄ immerigeros, strenuos, à liberis & uxore alie-*

nos.

nos. ♀ iucundos & formosos. ♀ victui consulentes, & agiles. ♀ cum ♄ ignavos. ♀ cum Marte callidos, libidinosos, adulteros. ♀ cum ♃ liberorum amantes.

VII. De Fortuna. 1 Feliciter positi significatores maritum decernentes, significant fortunam, infeliciter, infortunam. 2 ☉ in bono statu, in nativitate femelle, significat conjugium bonum, in malo, malum. 3 ♀ domina ascendentis cum Regulo, & ☽ capiti Draconis iuncta, in ♌ non impedita, denotat mulierem pulchram, quae nubet viro potenti, & ad magnas divitias perveniet. 6 Aph: 112.

VIII. De Concordia. Hic repetenda sunt quae de virorum conjugijs diximus. Erunt enim concordēs, quando significatores fuerint benefici, & benefico radio se aspexerint, Solem praesertim.

CAPVT XV.

DE RELIGIONE NATI.

Dicendum quidem nunc esset, absolutis decretis 7 priorum domorum, de 8 domo, quae de morte & ijs quae sequuntur mortē pronūciat. Sed quia mors ultima linea rerum, seu terminus rerum agendarum est, de ea ultimo loco monebimus. Nunc verò de religione agemus. Significant autem religionem ☽ & 3 domus: Item ♃ consignificator nonae domus. Quare si hi significatores feliciter ponantur, religiosum denotant. Infeliciter positi, ☽ Iovis, & contra usitatam religionem disputantem, aut de heresi suspectum significant. Scorsim verò Christianam religionem sine significatore denotant ♄ & ☽: Item ♃, cui particeps adiungitur ♀ & ♄.

Depravatam religionem significant ♄, ☽ & ☽. Item ♃ & ♄. In specie autem tradi solent hae, de religione, regulæ. 1 ♃, ♀ & ♄ in 9 aut 3, Proba religio aut cum Spica, in bonis geniturae locis, religiosum & amantem piorum efficiunt. Huc onis Aphorismorum pertinet. Aph: 136 Almanforis, quem repetit Cardan: 5 Aph: 93. ☉, ♃ & ♀ in smi. eodem gradu, h.e., quando sunt in Cazimi coniuncti, quasi Prophetam faciunt. 2 ☉, ♃, ♀ & ☽, cum felici radio ♃ aut ♀, faciunt haec mediocria, bona tamen. Sic ☉ in 9 felix pietatem significat: plerumq; etiam dignitates religiosas largitur, & celebres concionatores facit. 3 Si nullus sit in 9 aut 3, considera Iovem. Is enim bene positus in domo, exaltatione, receptione cum Venere, Sole, ♃, ♀, vel in Veneris coniunctione, ♄ partili in angulo, religiosum facit. Religiosum quoq; facit Cardano ♃ cum ♄ in secunda. 4 Plures Planetae in 3 aut 9 significant mixturam pietatis. 5 Dominus nonae, fortuna quidem sed male disposita, id est ♀ vel ♃ in comparatione ad Dominum ascendenti, significat, natum recte quidem, sed parum crediturum, id est esse ὀλιγόπιστον.

6. ζ & ξ quadrato sese aspicientes, in convenientibus locis, faciunt sacerdotem magnæ dignitatis: η in ascendente, & Sol cum corpore ξ in eodem gradu, Cardinalem essece- runt, Cardan: 3 segm: Aph: 50.

*Impietatis
Aphorismi.*

De Impietate hæc observentur Regulæ: γ δ , ζ , η in 9 aut 3, in signis mobilibus, Iove peregrino, aut in detrimento, atq; in cadente, à maleficis damnato, significat, natum non mansurum in una religione. 2. Domini loci noni infelices, & in angulis, faciunt contemtores DEORUM, magis tamen in ipso loco nonæ, si retrogradi & malè affecti fuerint. ζ Dominus nonæ infelix, significat, palam DEVM convicijs inces- sentem, & blasphemum. η cum ξ & spica η , Theologos quidem facit, sed qui pro hæ- reticis habentur. ξ aut η in 9 vel 3, præsertim in mobili aut bicorporo signo, varios & inconstantes in religione faciunt, amantes divinationum. ξ quoq; in 9, convertis- natum de una religione in aliam.

CAPVT XVI.

DE ITINERIBVS ET SOMNIIS.

*Significatio-
res itinerum.*

In itineribus dijudicandis, attendendum est ad hos præcipuè significato- res. 1. Ad domum nonam, quæ longa itinera, & 3, quæ breviora no- tat. 2. Ad Dominosejus. 3. Ad Planetas in 9 vel 3. Et 4 ad Lunam & ξ . Nam & hi, cum maximè inter Planetas vagentur, significatio- nem habent peculiarem de itineribus. Ptolomæus addit consideratio- nem ζ , propter itinerum laborem. Ex his enim ad subsequentes circum- stantias pronuntiatur. 1. An natus sit suscepturus aliqua itinera, an verò perpetuò domi mansurus. Et si suscepturus est itinera, an crebrò & assiduè sit peregrinaturus ad exteros, an verò rarius & interdum tantum. Reperiuntur enim nonnulli, qui adeò dele- ctantur peregrinatione, ut maximam vitæ suæ partem extra patriam consumant. Alij è contra reperiuntur adeò amantes patriæ, ut per universam vitam rarissimè, vel etiam nunquam natale solum mutare, terminosq; patrios egredi audeant.

*Aphorismi
decernentes
itineræ.*

Primo atq; Dominus nonæ in prima, vel primæ in 9, aut hi simul iuncti, seu in- vicem recepti, significant itinera.

2. Plurimi Planete in 9 aut 3, significant hominem peregrinaturum, & in lo- co natalitio non mansurum.

3. ζ in 9, plurima, longa, & laboriosa itinera facit, ideoq; hominem quæ- incertæ religionis. Nam certus in hospitibus non est amor, errat ut ipsi.

4 ☽ in 9 aut 3, divitiarum causa durabilem extra patriam mansionem significat.
 5 Planete plurimi non in domo sua, sed peregrini, praesertim Dominus horoscopi & geniturae, peregrinatores significat. 6 ♃, ♄, ♅ in loco peregrino, significant claritatem doctrinae, extra patriam maximè. 7 Plurimi Planetae in mobilibus signis, significant hominem vagum, amantem itinera. 8 ♁ quoque ac ♃ coniuñcti aut recepti invicem, vel ♁ in domo ♃, & ♃ in domo ♁, significant multa itinera. Idem denotant ♁ & ♃ in 9, 3, 1, aut ijs dominantes, si videlicet signa ipsorum fuerint in illis domibus. Quod si ♁ & ♃ aut ♃, aut uterque simul Soli iungatur, aut ab eo recipiatur, aut Sol in ipsorum domo sit, significat quoque itinera. 9 Multa peregrinationes nato discernuntur, si plurimi significatores sint Occidentales, in primis ♃, ♄, ♅, Dominus geniturae & ascendentis, vel peregrini sine dignitatibus essentialibus, remoti ab angulis, in 9 praecipue domo, item 3, 6, 12, ac in signis mobilibus.

Iuxta has tandem regulas colligenda sunt testimonia itinerum: Quae si nulla occurrerint, significant hominem mansurum in patria desidem. Si pauca fuerint testimonia, interdum peregrinaturus est. Et si in tertia significator fuerit, parva faciet itinera. Si multa fuerint testimonia, significant aut perpetuo peregrinaturum, aut extra patriam habitaturum.

2 In quam plagam mundi iter sit factururus. De hac circumstantia iudicium sumitur à Planetis & signis, in quibus significatores consistunt. Vultque Ptolomaeus, quod luminaria si reperta fuerint in quadrantibus Orientalibus, significant itinera versus ortum & meridiem. In Occidentalibus vero quadrantibus, vel in occasu, significant itinera versus Septentrionem & Occidentem. Intelligit autem Hali per quadrantes Orientales, duos illos à domo usque ad quartam. Cardanus vult, considerandam quoque esse latitudinem Planetarum iter significantium, praesertim ♃ & ♄. Si enim Septentrionalem habuerint latitudinem, significabunt iter versus Septentrionem. Si Meridionalem, versus meridiem. Et ♁ assumit naturam ejus cui applicat, exceptis luminaribus. Cum illis enim constitutus, naturam suam retinet & varius est. Colligenda vero sunt testimonia eodem modo, quo supra in doctrina de temperamento fecimus. Scribenda nimirum sunt ordine mundi partes vel regiones, & singulis sua testimonia subiicienda, atque juxta vincentem numerum pronuntiandum.

3 An per aquas aut terram iter factururus sit. De hac questione annotarunt auctores, trigonos signorum significare qualitatem itineris, per aquam aut terram. Significant enim signa ignea & terrea, si

b 2

signifi-

In quā partem mundi iter sit factururus.

An terra vel mari iter sit factururus.

significatores itinerum in illis fuerint, itinera per terram. Aquæa per aquas, Aerea mixta, nunc per terras, nunc per aquas. Sic significatores in quadrupedibus, significant iter in Equis aut curru. In humanis, pedibus.

De causis itinerum.

4 Quæ causæ natum ad iter impellant?

Causa itinerum colligitur duplici modo. 1 Ex natura Planetarum qui itinera significant, 2 Ex significatione domorum, in quibus significatores itinerum commorantur.

Ad hoc prognosticon adhibendæ sunt significationes Planetæ & domus, quales in loco divitiarum annotavimus. H enim significat mortuos, hereditates, conditiones à mortuis relictas, architecturas, terrestria. & religionem, iudicia Ecclesiastica, iudices, prelatos, &c. Sic prima domus significat naturalem peregrinandi amorem. Secunda, propter contractus & lucrum. Tertia, causa fratrum, amicorum. Quarta causa parentum, patrimonij, agrorum, &c.

De successu itinerum.

5 Quo successu itinera instituet? *Hic si significatores fortes & feliciter copulati beneficiis fuerint, aut in eorum domibus, significant felicia itinera. Si vero significatores debiles, & in malorum infelici aspectu, aut eorum domibus fuerint, varia pericula denotant. Mediocres significatores mediocritatem significant: Ideoq; etiam testimonia inter se conferenda sunt.*

De periculis.

6 Quali cum periculo natus peregrinabitur? *In hac questione considerandus præcipuè est maleficus, qui præ cæteris significatorem vel significatores omnes itineris ledit. Ladunt autem H & I: 1 radio, 2 corpore, 3 dominio, 4 conjunctione & elevatione super significatores. Iudicatur quoq; periculum ex signo & domo in qua consistunt malefici & ladentes. Quæ in questione recurrendu est ad superiorem tabulam, de significatis Planetarum & domorum propositam. Signa enim aquæa significant incommoda itinerum, ab humore, lapsu in aquam, periculo naufragij, pluvia, solitudine, &c: Signa fixa, excepto M significant incommoda à lapsu, præcipitatione, vel tempestate ventorum. Mobilia ex defectu comæatum, aut aeris mutatione, graveolentia &c: Humana à latrocinij, depredationibus, insidijs. Ferina, lacerationes à bestijs, Domestica ab Equis excipientibus sefforem, à morsa animalium domesticorum, vel canis rabiosi. Venenata ut M ex morsa serpentum.*

De regionibus convenientibus nato.

7 Quæ regio sit fortunata pro vita nati.

1 Fortunata censentur regiones subjectæ signis felicium domorum, præcipuè I, O, N, 2. 2 Signis quæ occupant fortuna felices ut 7, 2, 8 & 10. 3 Adverse sunt nato domus infelices, præsertim 6, 8, 11. Item in quibus sunt H, I, 8, præcipue si fuerint in 4, 7, 12. *Cumq; supra in generali iudicio*

pag. 277

dicio

☿) ☿ somnia excitat de studijs, itineribus, contractibus, negotiationibus, conversationibus cum doctis viris, ingeniosis artificibus, liberis, nummis, &c. ☽ somnia affert temperamento phlegmatico respondentia, de navigationibus, piscationibus, itineribus per mare, periculis in mari, de balneis, mulieribus.

CAPVT XVII.

De Magisterio seu genere vitæ nati.

An natus sit tractaturus artem.

Qvæstio hæc de arte, genere vitæ, & professione nati, omnium difficilima est inquit Cardanus: Quia regitur ut plurimum parentum conditione, gentis consuetudine, & nutritiorum consilio. Inclinatio autem & naturalis ductus ad certos labores hic generaliter queritur. Ac primum quidem sollicitum esse oportet Astrologum de significatoribus artis, ut inde iudicetur: 1. An natus sit tractaturus artem? Significant autem artes: 1, ☿, ☽ & ♀. ☿ enim sapientiam animi: ☽ robur & laborem corporis: ♀ voluptatem significat. Postea domus artis sunt præcipue 10, 1, & 7. Decima enim potentiam: Prima eruditionem: Septima contentionem significat: Vel prima significat animum, decima honorem, septima adversarios. Quod si nunc tres illi significatores ☿, ☽ & ♀ vel etiam illorum unus, constituatur in locis Magisterio aptis, 10, 1, vel 7, in essentialibus dignitatibus suis, extra combustionem & radios Solis, ille vel illi sic positi significationem Magisterij & artis obtinebunt. 2. Quod si nullus horum ita constituitur, consideretur, utrum horum trium aliquis sit Dominus signi M. C. & in dignitate sua constitutus. Peregrinus enim Planeta, aut in casu vel detrimento existens, ad hoc officium plane ineptus est. Atq; hæc duæ regulae præcipue sunt, & qui iuxta has dominum professionis in sua genesi non habet, is aut obscuram artem, aut eam quoq; negligenter tractabit, quod & Ptolom. innuit lib: 4 cap: 4 quadripl: dicens: Qui nec in 10 Planetam habuerit, nec ante Solem manè primo apparentem, plerumq; nascitur ociosus.

3. Quod si iudicium professionis iuxta duas præscriptas regulas non processerit, ille accipiendus erit, qui Lunam partiliter aspexerit: Et si plures aspiciunt, ex his præfertur felicior & partilior aspectus. Item sinister dextro. 4. Si nec hoc successerit, videatur, quem Luna orbis sui medietate aut fortiori aut meliori radio aspexerit. Is enim dominus erit, si non fuerit à maleficis infectus. Si plures aspiciat ☽ orbis sui medietate, præfertur is quem partiliori radio irradiaverit. 5. Si & hic frustra queritur, accipiatur ille, qui ex his tribus Solem motu primi mobilis antecesserit, quem Carda: & Ptol: maxime autoritatis censent. 6. Si plures Planetae aut illi tres simul in has regulas inciderint

inciderint, sumatur ex illis pro artificio, qui inter illos est fortissimus. 6 Aphorif. 50.

II. Qualis ars sit futura:

Judicatur qualitas artis ex tribus circumstantiis. 1. Ex natura & proprietate Planetae opificium decernentis, ex tribus illis, Marte, ♀, & ♃. De qualitate artis quam natus tractabit. 2. Ex signo quod is occupat. 3. Ex partili alterius Planetae, ad significatorem artis, aspectu. Hinc, si significator artis solitarius fuerit, dat artificio pro sua natura, aut Mercuriale, aut Venerem, aut Martiale. 2. Si fuerit cum alio artis significatore forti radio aut corpore partiliter junctus, cum eodem communicat significatum. 3. Hoc pacto si ♃ fuerit Dominus artis, in forti & bono radio ♃, relinquet suam artem Mercurius, & Martis, qui alijs nihil significabat, artem proficetur. Eodem modo judicandum est de alijs. 4. Reliqui Planetae, sicut & signa, & domus, augent & minuant significata, ut postea dicetur. Nam ♃ prodest, & obest, ☉ auctoritatem apud magistratum, ☽ apud plebem addit.

De Mercurio domino artis. ♃ significat spiritum cerebri, & ♃ dominus quae eo geruntur: Ideo dat artificio, quod rationis potius industria & artis. sermonis opera, quam corporis viribus perficitur, juxta illud: Consilio pollet, cui vim natura negavit. Hujusmodi artificia sunt litera, numeri, scriptura, doctrina, eloquentia, Arithmetica, Astrologia, Mercatura, Poetica, artificiosorum fabricatura. ♃ cum ☽ corpore aut radio (quamvis radius melior est. Corpus enim ☽ ☐ ac ☿ radius, linguam ledunt, & inimica sunt ☽) facit administratores serviles rerum alienarum; cum ☽ testimonio ♃, agricolas, nautas, pastores, Coriarios, sutores, statuarios, somniorum interpretes, incantatores, superstitiosos, morosos, occultatores. ♃ cum ♃ corpore aut radio junctus, Oratores, honoratos, potentum amicos, Theologos, Iurisconsultos, Iudices, Trapezitas efficit. 6 Aph: 33. ♃ cum ☉, si non sit Retrog: & simul combustus, sed in Cazimi ☉, adjuvat conversationem cum Magistratu, & viris potentibus, facit scribam, Quaestorem, Consiliarium, & opera aurea pulcra facientem. Cum Marte, inclinatur ad eadem quae infra de Marte dicentur, & facit Chymistas, adulterina moneta artifices. ♃ cum ☽ aut ejus radijs, praesertim bonis, auget ingenium, & facit ad divinandi artes propensos, in primis, si ♃ ad ♃ vel radios ejus accesserit in ☽, ♃, ♃. In ☽ & ♃ facit Astrologos, fascinatores, veneficos. In ♃, ☽, ♃, etiam sine arte divinantes. In ♃ & ♃, Magos aut simulatione. 6 Aph: 38. ♃ cum ♃ inclinatur ad illa, de quibus infra dicetur, maxime ad morum venustatem & eloquentiam.

♀ domina
artis.

De Venere. ♀ significat voluptatem, delectationem, molliciem, ornatum, convivia, hospites, & que omnib: sensib: placent. Facit pharmacopolas, aromatarios, unguentarios, Oenopolas, Caupones, Pictores, Vestiarios, Gemmarios, Gynecæis deditos, Musicos quoq; si à domino suo aspiciatur. Et in nocturna nativitate feliciter posita, facit honoratos & gratos. ♀ cum ♀ feliciter posita, facit mercatores rerum ad voluptatem facientium, utroq; vel altero male affecto, sunt scurrae, deceptores, Magi, &c. Cum ♀, facit Athleticam constitutionem, honores & divitias, causa mulierum & religionis. Facit & Phisicos, & Theologos, commode posita. Cum Marte, efficit Medicos, Cecos, Chyrurgos, libidinosos. Recte dispositi ♀ & ♀, significant quoq; pictarum vestium esse:tores: Male, lenones. Cum Sole si combusta est ♀, non significat artem: si in corde aut ☉ bono radio, addit arti excellentiam, & famam, & utilitatem, facit & prefectos nomine foeminarum, aut haec, que ♀ significat, cum auctoritate dispensantes. ♀ cum ♀, facit, que de ♀ & ♀ infra dicentur. Cum ♀ in ☽ ad initium sextæ domus, Luna ad * aut ♄ radium ♀ applicante, facit textorem vilium pannorum varij coloris. & Aph: 32.

♂ dominus
artis.

De Marte. Mars significat laboriosa, qua, & robur magnum corporis & conatum, requirunt. Ideo præcipue manuaria officia regit, operosa, & seorsim qua ferro exercentur, si accesserit ☉ radius, etiam cum igne. Facit igitur milites, Equites, Venatores, pugiles, fabros ararios, tormentarios, fusores, cautoria exercentes, agricolas, medicos, Chyrurgos, Architectos, lapicidas, Pyratas, latrones, pro ut feliciter aut infeliciter ponitur. ♂ cum ♄ aut eius radio infelicit, amittit significationem Magisterij prorsus, præsertim, si ♀ aut ♀ fuerint melius collocati, & ipse simul sit retrogradus, aut certe tollit significationem militarem & Equestrem, quia ♄ frangit animum ♀, & facit timidiore. Significat autem fossores, hortulanos, balistarios, arcularios, corvarios. In abiecto loco facit Cerdones, calefactores, Caminorum expurgatores, balneatores, molitores, cloacarum expurgatores, & meliusculè positus, Chyrurgos. ♂ cum Iove feliciter positus, facit prefectos, aulicos, publicanos: Infeliciter, milites gregarios, lanitores, Caupones. ♂ cum Sole minus dat quam ♀. Feliciter tamen positus evehit ad magistratus. Infeliciter, facit in igne operantes, aurifabros, monetarios. ♂ cum ♀, significat id, quod infra docebitur. ♂ cum ♀ itidem. ♂ cum ♄ facit lanios, & accedente testimonio ♄ fossores & piscatores, magos veneficos.

♀ & ♀ domini
artis.

De Venere & Mercurio. ♀ & ♀ aut coniuncti, aut se recipientes feliciter, si fuerint domini artis, decernunt artem ingeniosam, & faciunt loquacem, levem, letum, voluptuarium. Faciunt & Musicos, præsertim in Venereo signo. Poetas, Oratores, saltatores, Pictores, qui etiam ex Cera imagines faciunt, & iocosis sermonibus & diciturij laudem querunt: ita tamen, ut sermo libidinis & turpitudinis aliquid respiciat, nisi opituletur radius Iovis: Et præter concurrunt hi significatores in studiosorum, Pedagogorum, ludimagistrorum, & Organistarum genituris.

♀ & ♀ alijs
planctis
iuncti.

Iidem cum societate aliorum. 1 Si utrumq; aut alterutrum ♀, respexerit, facit severiorem aliquanto: Si aspectus non satis felix fuerit, facit muliebrium ornamentorum aut factores, aut venditores. 2 Si Iupiter suo radio consenserit cum ♀ & ♀, facit

69

facit pedagogos, maximè in 5, 11, & 3: Concionatores, Syndicos, in 9: In 12 magis causidicos, Præfectos publicis muneribus, aut plebi. Significat enim quoddam imperium, cum opinione pietatis & eruditionis. Excellentibus Poëtis plerumq, Iovi & simul iunctum est, cum stella aliqua illustri. 3 Si ☿ feliciter suffragatur, facit Poëtica & medica ingenia, Cardano: Gen: 16. Bonus verò Cantor evadit, cui ☿ retrogradus cum ☿ in eodem signo copulatur. 4 Si Sol aspexerit ☿ & ☿ non coniunctione, sed radio felici, facit artis & artificis claritatem, eumq, magistratui commendat. 5 Si Luna astipuletur, donat ingenium excellens, & ratiocinandi artes adiuvat, conciliat quoq, plebis favorem: de quo supra in titulo de ☿ cum Luna.

De Mercurio cum Marte. Mars & ☿ simul adepti imperium artis, faciunt ☿ cum Marte acutissimos ingenio, iracundos, Medicos, Chirurgo, armorum & statuarum opifices, pugiles, Chimistas, sculptores: Interdum Notarios, Architectos, impressores librorum. Malè positi, aleatores, falsarios, delatores, etiam scortatores. Saturno illis associato, fiunt fures, latrones, carnifices, quia ☿ addit quandam tristitiam. Iove pro Saturno astipulante, fiunt industrii, agiles, vehementes, curiosi, iurisperiti, Causidici. Si radius Iovis malus sit, facit Thraones, tabulas, avaros. ☉ aut ☽, aspicientes Mercurium cum Marte feliciter, augent felicitatem: Infeliciter infelicitatem.

De Marte cum Venere. Hec constitutio miscet Martialia Venereis, laboriosa ☿ cum Venere iucundis, audaciam blandicijs. Facit medicos libidinosos, præsertim in ♃. in ☿, ☽ Chirurgo, tonsores, pharmacopolos, agricolas, hortulanos, tinctorum, Et qui metalla, argentum, & aurum, artificiose fundunt.

Cum societate aliorum. Ac ☿ Saturni, facit qui mortuos curant concinne, cantu, Epitaphio, Sepultura, quales sunt Vespilones. Item facit agricolas: Nec est hæc constitutio sine libidine. 6 Aph: 34. 2 Cum Iovis suffragio, facit religiosissimos, & iucundis rebus deditos, Ecclesiastici maneris, vates nuptiales, Epithalamia scribentes, diligentes patresfamilias, temerarios ac voluptuarios. 3 Iupiter, ☿ & ☽ configuratus, regulariter ad fora deducit, & actiones utiles humane societati. Ac tantum de natura Planetarum: sequitur natura signorum. In iudicio Magisterij consideranda sunt secundo loco, signa, in quibus significator artis reperitur.

6 1 Signa mobilia conducunt ad artes, quæ in ingenij contemplatione versantur, Veluti ad Geometriam, Medicinam, Agriculturam. Cardan: inquit: Mobilia signa ad linguas, Fixa ad disciplinas aptiora sunt: Item: fixa eruditionem præstant, excepto ♃. 2 Aph: 20. 2 Humana signa, significant artes ingenij, ut artes liberales, & quæ aliàs in vita maximum usum habent, & cum autoritate docentur. 3 Aquea & terrestria, circa aquas & terram versantur, circa herbas, sata, Medicinam, naves, salsamenta, res funebres. 4 Qualrupeda significant Mechanica. Alubater sic distribuit signa. Ignea inquit, significant Magisteria ignea ferrariorum, Pistorum, Vitrariorum & similia. Terrea significant quæ per terram vel ex terra sunt, ut sigulorum, murariorum, fessorum. Aërea significant Cantores, ioculatores, aucupes, molitores vento. Aquea significant piscatores, latrixes, sullones. Vexa significant magisteria ferarum, circa Leo-

Domini signorum artes quoque significant, nes *ursos, simias.* Humana, artes humaniores. Idem etiam juxta Dominos signi, significata artis distribuit. Significator enim artis in domo fortunatus, significat magisterium bonum. In domo Saturni, sine aspectu fortunæ, malum, miserum, vile. In domo ☿ fortunatus, cum ingenio & artificio, in quo gaudium & læticia adhæret. In domo Solis fortunatus, magisterium in rebus dominorum ac principum, cum honore, portendit. In domo Lunæ magisterium extraneum ostendit, quod homo astutia sua & ingenio suo faciet.

Observandum autem est in specie, ex lectione autorum & propria experientia quid significatores signis singulis, pro ratione regionis & familiarum effecerint, qualia sunt hæc:
 ☿ in ☿ Occidentalis, nec ☽, ☿ aut ☽ aspiciens, erit phlebotomator. Sic ☽ in ☿, erit amator effusionis sanguinis Hermes 4.8 Aph: ☽ in ♃, ☽, ☽ Venatores efficit; quod quoque significat ubi fortis existens dominum magisterij aspexerit. ☽ in domo ☽ assumit Martis naturam: Et si fuerit ei cadenti ab angulo configuratus, erit natus amator venationis. Si ☽ non ceciderit, erit natus miles animosus.

De domibus. 3. De domibus. Videndum quoque est, in qua domo significator artis sit. Nam in 3 & 9, inclinabit magis ad religionem & peregrinationem: In 5 & 11, ad pedagogias: In 6, ad Medicinam. ☽, ☽, ☽ in 6 dant Medicum. Item, qui habent Iovem in 6, sunt plerumque Medici, quia dat divitias ex valetudinarijs. In 10, ad gubernationem politicam. In 7, ad controversias. In 1, ad ostentationem. In 2, ad lucrum.

De significatoribus extraordinarijs. 4. De significatoribus extraordinarijs, ubi res seria est, simul tota genitura consideranda est. Sicut enim incivile est jurisconsultis pronunciare, nisi tota lege inspecta: Ita temerarium est, de arte & professione nati pronunciare, antequam omnes loci seu quaestiones natiuitatis examinatae fuerint. Multa enim cum arte & professione immediate copulata sunt, sine quibus ea existere non potest, aut existit infeliciter. De illis igitur pauca hic annotabimus.

1. Qui juventute non attingit uita, non profitebitur artem. 2. Qui ingenio caret, omnino, aut ex parte, non exercebit artem ingeniosam. 3. Qui divitias maximas corradet, exercebit feliciter artem lucrosam, mercaturam, praxin Iuridicam, Medicam, &c. 4. Theoricæ artes, ut sunt, Mathesis, Logica, Theologia, etiam artificum ingeniosa opera, ut pictorum, aurifabrorum, & qui horologia artificiose fabricant, plerumque habent comitem paupertatem, propterea quod Mercurius reliquas constellationes vincat, Et ☿ infeliciter ut plurimum positus sit, quæ avocant ingenia à cura corporis & corporalium rerum, & suæ arti tantum intentos faciunt. 5. Valde honorati, & honoratis parentibus orti, raro solide sunt eruditi, sed magis eloquentiæ, politicæ & Iurisprudentiæ studet, aut armis: nec tractant opificia sordida.

6. Illustres

6 Illustres genituræ pauperum, elevant eos ex stercore, divino dono: Et hoc plerumque propter sapientiam, sicut Salomon inquit: Pauper honoratur propter sapientiam suam. Ideo talibus excellens artificium est prædicendum, & si existat significator egregius, eruditio, aut sapientia politica.

7 In nobilium & principum genituris, imbecillitas constellationis facit eruditionem: Excellentia, ad honores magis & bella propendet.

8 Qui deses est domi futurus, raro exercet mercaturam fructuosam, militiam, studia. Peregrinationes enim & studia semper coniunguntur. Et ideo quoque docti plerumque sunt peregrini.

III. Quæstio. Quo successu artem sit tractaturus?

In hac quæstione explicanda, respiciendum est ad significatorem artis. Nam si is fortunatus fuerit, facit celebres & felices artifices. *De successu artis.* Intelligitur autem fortunatus. Primo ratione domus & exaltationis. 2 Liber à radio maleficarum partili, & platico malo. 3 In angulis præcipue in medio cæli aut prima. 4 Orientalis à Sole.

1 I. Significator verò infortunatus, facit imperfectos artifices. Est autem infortunatus 1 Occidentalis à Sole. 2 Cadens ab angulis. 3 à maleficis hostiliter laesus. III. Cadens à dignitate sua, vel etiam combustus significator, aut solitarius, Mercurio excepto, significat arte cariturum natum, aut arte non usurum quam didicit. IV. Si nullus Planeta Lunam aspexerit, & significator magistræ combustus, vel retrogradus, in domo abiecta 6 vel 12 fuerit, erit mendicus. V. Si fortis per se fuerit in essentialibus dignitatibus, sed tamen à maleficis laesus, fortunam cum adversitatibus multis habebit: A Saturno propter timorem & ignaviam: A Jove propter temeritatem, infamiam. VI. Significatore artis omni ex parte fortunato, si insuper Soli aut Iovi fixa illustris iungatur, significabitur, natum tandem artem ob felicem successum & opum abundantiam relicturum.

CAPVT XVIII.

DE HONORIBVS NATI.

Honorum significatio, quia alia multa bona secum portat, & in iudicijs Genethliologicis pulcherrima ac utilissima est, diligentem considerationem postulat. Queritur autem hic de tribus. 1 An natus sit futurus obscurus aut honoratus. 2 Qui & unde expectandi sint honores. 3 Duratio honorum. Ad has quæstiones decidendas illi quinque præcipui significatores adhibentur. 1 Luminaria, præcipue

☉,

Significato-
res honorum
qui sint.

☉, ac Planeta orbium suorum medietate aut aspectu felici luminaria, in primis Solem, circumdantes. 2 Dominus M. C. Medium enim cæli ordinarius est locus honorum. 3 Planeta in ipso M. C. quotcumq; fuerint. Fortius tamen significatum est ejus, qui cuspidi fuerit propior. 4 Fixa regie primæ vel secundæ magnitudinis, non procul ab Ecliptica, & in angulo vel primæ vel decimæ domus, aut cum significatoribus reliquis. Ut vero iudicium dextrum sit, diligenter colligenda sunt fortitudines & debilitates significatorum, juxta tabulam sequentem.

Tabula for-
titudinis &
debilitatis si-
gnificatorum
dignitatis &
honorum.

Fortes sunt	Significatores	Debiles censentur.
In dome propria, testimonijs	4	Peregrini
In exaltatione	5	In detrimento
In receptione ex domicilio	4	Cadens
In receptione ab exaltatione	6	
In triplicitate	3	
In termino	2	
Facie	1	
♃ vel ♀		Maleficus
Fortes in decima	5	In decima infelix
Significator in decima	5	In octava
In quarta vel septima	4	In 12
Dominus decimæ in prima	2	In 6
Dominus primæ in decima	2	Sine fixis
Significator cum fixa	3	Nullæ fixæ in angul:
Fixa sola in angulo fortunæ	3	

Ac ubi juxta hanc tabulam examinati fuerint significatores; addenda erunt fortitudines & debilitates, & juxta vincentem numerum ad primam quæstionem pronuntiandum erit.

Regula iu-
dij.

Quod si primo nulli fuerint dignitatis significatores fortes, non dubium est, fore hominem obscurissimum, quales sunt Carbonarij, aut qui in sylvis & campis degunt, rustici, mancipia: Et tales nec artem assequuntur egregiam, nec opes. 2 Significatores verò fortes in essentialibus dignitatibus, significant officia publica, amplas dignitates, & favorem magistratus. In primis si fuerint in domo, exaltatione, receptione ex domo & exaltatione: In triplicitate verò, terminis, aut faciebus, faciunt mediocria omnia. Peregrini in detrimento vel casu, exiguas aut nullas dignitates pollicentur. 3 Significatores in angulis quoq; augent dignitates, præcipue in 10, post 7, tandem 1, postremo 4. In succedentibus promittunt mediocria: In cadentibus 2, 5, 12 nihil largiuntur. Quod si utrumq; simul contingat, ut significator sit in proprio domicilio, & in angulo, duplicato testimonio effectus evidentior erit. Eodem modo accidere potest, ut secundum n-

17 amq;

iramq; debilitatem infirmus & infortunatus sit, & tum geminum nullarum dignitatum testimonium exhibet. 4. Stelle fixæ egregiæ, intra distantiam 5 grad: cum significatoribus honorum, significant maximos & splendidissimos honores. 5. Quibus culminant Verticales stelle, illos favore populari ad dignitates attollunt. 6. Benefici in 10, decernunt eximias dignitates. Malefici, præsertim afflictæ, negant etiam mediocres. 7. Dominus primæ in 10, aut decimæ in 1, confert magnas dignitates. 8. Planeta omnes supra terram, nisi fuerint insigniter afflictæ, in vita & factis, omnibus mortalibus cognitum faciunt natum 4 Aph: 145.

De luminaribus in specie hæc sunt considerandæ regulæ. 1. Verumq; luminare in eodem gradu sue exaltationis, liberum ab infortunis, facit monarcham: Almansori Aph: 51. 2. Cum luminare in angulo siue regia domo fuerit à Planetis circumdatum ut oportet, erit regni administrator. 6 Aph: 50. 3. Si luminare conditionarium, ☉ nempe in diurna, & ☽ in nocturna nativitate, in apice anguli fuerit cum regia stella, & superiores Planetae Orientales ab eo fuerint, inferiores occidentales, natus, etiamsi servus fuerit, ad regiam dignitatem ascendet: Atq; hoc magis fiet, si in ♃, ♄ & ♅ fuerint, maxime si in aëreis. 4. Cum Domini loci ☉ & ☽ & ascendenti fuerint à Sole Orientales ac potentes, natus seipsum evehet ad magnum statum, modo ☽ non obstitit. 5 Aph: 79 Card: 5. Quibus neutrum luminare in cardinibus, neque in masculino signo reperitur, neq; stipantur à beneficijs, extreme abiecti & infelices nascuntur. De Sole pro regijs genituris: Regiam dignitatem decernunt sequentes constellationes. 1. ☉ in corde cæli cum ♀ in ♃, & ♄ in ♄, & ♅ in ♃ in iisdem partibus. 2. Aut ☽ pro Iove, in eodem loco. 3. Aut ♀ respiciens Martem & Iovem ☉ radio, ex eadem parte, Sole, Iove & Marte, sic constitutu, ut diximus, in prima. 4. Aut si ☉ in ♄ vel ♃, ♅ in ♄, ♃, aut ♄ in iisdem partibus fuerit, sed non cum ☉. 5. ☉, ♀, & coniuñcti in eadem parte in Veneris dignitatibus in ♄ vel ♃ apud Pleiades scil: vel alias insigniores stellas, nascetur rex potentissimus, quem omnes sponte audient, sed malis quassabitur morbis. Sequentia etiam promittunt regnum, sed minus. 1. ☉, ♄, ☽ copulati in ☽ aspectu ex iisdem partibus. 2. ☉ in medio cæli in ♃ & ♄ in ♄ vel ♃ cum ♀ seu regia potente. 3. ☉ in ♄, ☽ in ♃, ♄ in ♃ vel ♄. Minus adhuc præstant, sed tamen illustre dignitatem largiuntur. 1. ♄ ♀ & ☽ coniuñcti, vel corpore vel bono radio pariter. 2. ♄ & ♀ feliciter coniuñcti felicibus in locis, medio nempe cæli vel prima domo. 3. ♄ & ♄: Item ♄ & ☽ in ♃, ♄, ♃, ♄, ♃, in corde cæli, in eadem parte. Alia de Sole huc pertinentia: 1. Quicumq; natus fuerit æquinoctij Verni meridie, magnus evadet. 2. ☉ in prima, facit iustos, & dignitatem suam retinentes. 3. ☉ in prima cum regia, aut magna fixa: Et ♄ vel ♀ in secunda: quando directione, consentiente Alfridaria, Venus vel ♄ ad ☉ venerit, impossibile est natum non adipisci magnam fortunam & dignitatem pro sua conditione. 4. Quando ♀ in 11, ♄ in 12, ☉ in prima, ♄ in 2, ♃ in 6, ☽ in nona domo fuerit, nato evenient tot tantq; bona, ut prodigiosa videatur eius vita. 5. ☉ in 10, magnam potestatem, etiam in iuventute significat.

De luminari-
bus coniuñ-
ctim.

De Sole in
specie.

6 ☉ in corde cœli peregrinus, in ☐ ♃ ex domo septima, natus erit maximus inter suos, sed repente, id est, subitanea morte morietur. 6 Aph: 138. 7 ☉ in 4, gloriam perpetuam, præsertim cum regia stella denotat. 8 ☉ in 7, vita finem clarum, & dignitates alias affert: Card: gen: 68. 9 ☉ in sexta, est honoribus infestus. 10 Quando ☉ fuerit ab 8 domo ad sextam, & tres superiores Planeta à prima ad secundam, natus cum maximis impedimentis semper ascendet, eritq; in perpetuo fortuna augmentor: 5 Aph: 107. 11 ☉ & ♃ in secunda, splendidum efficiunt. 5 Aph: 24. 12 ☉ & ♃ coniuñcti in eadem parte in corde cœli, natus erit maxime autoritatis. 13 ☉ in ♃ & 7 domo, Saturno iunctus, negat honores. 14 ☉ & ♃ detrimentum in vita affert, & honores afficit. Genit 92.

De ☽ in specie.

De Luna. 1 Non erit infortunatus, cui Luna in ascendente fuerit. 2 ☽ in 1, ☉ in 7 in Iovis ☐ ex quarta, dat potentiam & divitias ex magistratu, legationibus, &c. 3 ☽ in ascend: & ☉ cum ♃ pariter iunctus, Cardinalem faciunt Cardano. 4 ☽ in 4, erit memoria hominis diuturna, sed varia. 5 ☽ in 8 in linea ascendente, dat magnos honores. 6 ☽ cum corde ♃, & ☉ in ♃ cum ♃, etiamsi filius rustici fuerit, exaltabitur. 3 Aph: 89. 7 ☽ opposita ☉ in nocturna genitura, clarum facit, si ☽ fuerit supra horizontem: Nam ☽ tum radios suos spargit supra terram. 8 Clari viri sunt, in quorum genituris multorum Planetarum radij sese respiciunt, & fixæ regie Planetis iunguntur.

De medio cœli.

De medio cœli. 1 Quando medium cœli fuerit in potestate infortunarum, sic ut illi dominantur, natus mediocrem sed perpetuam habebit exaltationem. Si in potestate fuerit fortunarum, exaltabitur quidem multum, sed cadet aliquando. 5 Aph: 106. 2 Coniuñctio Planetarum in prima, dat sapientiam, in medio cœli regnum: In 7 famosum obitum, aut laudabiles calamitates: in 4 gratiam post mortem. 5 Aph: 39. 3 ♃ in medio cœli Orientalis, in signo masculino, dat autoritatem, & vigorem maximum: Almanfor 138. 4 ♃ in medio cœli, potentiam immensam dat pro nati conditione & sua. Et si simul Dominus Ascendentis est, dat potentiam crudelē. 5 ♃ in genituris valde potens, bonum aliquod pollicetur. 5 Aph: 14. 6 ♃ in 10 facit in arte sua nobiles.

De stellis fixis Regula.

De stellis fixis. 1 Stella fixæ dant dona grandia, ut ex paupertate sublevent ad sublimitatem, quod non faciunt Planeta. Alman: 27. 2 Stelle fixæ in angulis admirabiles felicitates adferunt, quas tamen plerumq; calamitatibus insigniunt, nisi & Planeta ad felicitatem convenient. Ptol: serm: 29 Centiloq. 3 Lucida fixæ largiuntur magnos honores, ut duæ Canicula insignes honores significant, & cum Sole culminantes, regiam potestatem; Proximus est Regulus & Arcturus: Item dexter humerus Orionis & Auriga. 4 Pleiades & hyades culminantes vel exorientes cum ☽ aut Sole, faciunt duces militares & imperatores. 5 Oculus ♃ & Cor ♃ cum ☉ aut ☽ similiter culminantes vel ascendentes, per magna pericula ad honores evehunt. 6 Spica ♃ magis ad Ecclesiasticas dignitates prodest. 7 Fomahand & vicinæ exorientes cum 12 grad: ♃ eternam memoriam donant. 8 Stella Ioviales & Venereæ: Item Mercuriales &

les & Venerea cum Sole aut ☽, dignitates & facultates accumulans. 4 Aph: 120.
 9 Stella Saturnina, Solem & ☽ stipantes, varijs miserijs implicans, Stadio. 1 c. Stelle,
 de natura Mercurij, Martis, & Luna, cum Sole, conferunt dignitatem & gloriã. Card.

Secundò. Qualitas & origo venturarum dignitatum, iudicatur ex natura Planetæ, siue is benignus, siue malignus fuerit, qui inter significatores honorum principalis est, & ex natura & significatione domus, in qua ille versatur. Principalem autem significatorem juxta has 4 regulas constitues. 1. Si aliquis Planeta corpore luminaribus jungitur, aut partili eadem, in primis Solem radio afficit, is principalis honorum significator existit. 2. Si plures Planeta luminaribus junguntur, cave quocunq; sane, siue benigno, siue maligno radio afficiunt, principalis significator is est, qui inter eos fortissimus existit, ratione dignitatum essentialium, & maxime partili radio alterutrum luminare intuetur. 3. Quando nullus Planeta luminaribus jungitur, vel eadem afficit, pro principali honorum significatore Planetam in decima constitutum, aut si plures ibidem versantur, fortiolem ex his assume, ac secundum ejus naturam, qualitatem & causam, venturam dignitatem dijudica. 4. Cum in 10 etiam nullus constituitur, Dominum 10 domus significatorem honorum constitue, & secundum naturam ejus, & domus in qua versatur, de origine venturarum dignitatum iudica. Eruto hoc modo, juxta harum regularum aliquam, principali dignitatum significatore; considerandum est, quales res & personas is per se significet, & ab earum rerum ac personarum proprietate, conjectura, de qualitate, causis, & origine honorum, qui nato decernuntur, sunt colligenda.

Vt si ☽ fuerit principalis honorum significator, acquirere natus dignitatem per res & personas Saturninas, ut per edificationes, culturam terræ, hereditates, possessiones amplas honorum immobilium, per felicitatem in cultu fodinarum metallicarum. Promovebitur quoq; ad dignitates tales, per homines senes, parcos, avaros, agricolas, solitarios, &c. ☿ principalis significator, dignitates Ecclesiasticas, ut plurimum, confert, per commendationes à claris viris factas, per beneficia, per virtutem, honestatem, probitatem, iusticiam, gravitatem. Item per personas tales, ut homines claros, nobiles, reges, & regum ministros, autoritate valentes, qui promovere natum studebunt ad officiorum publicorum administrationes, ex quibus splendorem & existimationem acquirere. ☽ dignitates affert politicas, ex administratione alicuius officij in bene constituta Republica, vel aula alicuius regis vel principis, aut propter res præclare in bellis gestas, propter officium quoddam, quod per ignem absolvitur: Item per personas tales, Capitaneos, Duces exercituum, milites, aulicos.

De qualitate honorum.

Principalis significator quis.

Planetae singuli quales nato dignitates decernant.

☿ propter

¶ propter Musicam, propter præstantiam in arte textoria, propter venustatem, urbanitatem, comitatem, per dotem, per promotiones ab amicis factas, nato dignitates conciliat: Et per personas etiam tales, ut Musicos, comtos, mansuetos, humanos, textores, sculptores. ¶ principalis significator, pollicetur nato honores propter ingenij doctes, propter excellentem doctrinam, prudentiam, cognitionem multarum rerum, Item propter contractus, negotiationem, industriam, inventionem alicuius novæ artis. Item per personas similes, homines doctos, Philosophos, ingeniosos, mercatores, &c: qui natum promovere studebunt ad officia, ex quorum administratione autoritatem & estimationem sibi comparare potest.

Singule domus quales dignitates significant.

Deinde considerandum etiam est, in qua cæli statione seu domo, principalis is honorum significator hæreat, ejusque natura & significatio diligenter, cum natura ipsius Planetæ, est permiscenda.

Veluti, cum in prima domo constituitur principalis significator, natum honores consequitur esse, per propriam industriam, per sedulitatem, & diligentiam, in conficiendis officij sui negotijs, & actionibus, ostendit, præsertim, si cuspidem primæ teneant γ vel χ : In secunda propter divitias: In tertia causa fratrum & consanguineorum, qui cum ad dignitates & honores evehant, & sic de reliquis.

De honorum duratione.

Tertio. De duratione honorum. Hac judicatur ex natura & constitutione principalis significatoris. Per regulas igitur jam traditas: ¶ Constitue principalem honorum significatorem, qui est Planeta; vel junctus luminarium alteri, in primis Soli; vel partili etiam eadem radio feriens: Vel, si plures simul luminaria aspiciunt, horum potentissimus, vel, si nullus ea aspicit, Planeta in M. C. seu domo 10 constitutus, vel denique, si & in 10 nullus constituitur, Dominus decimæ domus. Deinde diligenter ipsius naturam considera, utrum beneficus, vel maleficus, vel mediocris sit, & constitutionem ejus perpende, an fortis sit in proposito themate, an debilis. Beneficus enim ac fortis, ratione essentialium dignitatum, significator, statum honorum, non solum cum facilitate quadam, per totam vitam nati duraturum esse, sed subinde etiam accreturum indicat. Beneficus, ratione essentialium dignitatum, mediocriter affectus, duraturos quidem per totam nati vitam honores, sed quadam cum difficultate denotat. Quando debilis est beneficus, durabunt quidem dignitates, sed absq; incremento, & ad tempus tantum: Deinceps verò, decrescent ea paulatim & astenuabuntur, nunquam tamen in universum evanescent. Cum significator principalis honorum est maleficus, tum, si fortis fuerit & potens, ratione dignitatum essentialium, ostendit, honores per totam nati vitam duraturos esse, sed absq; incremento

mento

mento & varijs cum difficultatibus, quæ periculum amissionis earum nonnunquam minitabuntur. Si mediocriter fuerit affectus malignus, honores quidem durabunt, sed cum assiduo eorundem decremento ac imminutione, nunquam tamen eosdem penitus natus amittet. Si debilis fuerit maleficus, subitam honorum amissionem significat. Quando ☿ principalis honorum significator existit, & feliciter ac benè constituitur, in principio honores cum insigni felicitate durabunt, & incrementum etiam accipient: Circa finem verò vitæ, difficultates in his varia nato obijcientur, nunquam tamen prorsus evanescent. Mediocriter constitutus ♃, ruinam quidem honorum statui nati sæpius minitabitur, at tamen non cadent. Debilis ♃, ad tempus tantum duraturos honores cum exitu infelici ostendit.

Sunt & hæc specialia notanda. 1. Quando Sol fuerit in ♌ vel ♍, cum bonis & malis, vel solitariis cum fixa aliqua, conveneritq; directio Solis mala cum revolutione mala, natus decidet à perpetua dignitate prodigiosè. Si vero incidit unum eorum tantum, id est, vel directio tantum, vel revolutio tantum, decidet natus à dignitate quidem, sed casus ille non est durabilis. 3 Aph: 64. 2. Fixæ in angulis, præcipuè byades, Hercules, Cor ♄, Lanx Australis in malo aspectu maleficarum, quos ex stercore extulerunt, tandem ex dignitate rursus præcipitant. Stad: in tabul: Berg:

CAPVT XIX.

DE AMICIS.

In iudicio de Amicis, quos quis in vita habiturus est, respiciendum primo est ad domum undecimam. Secundo ad Planetas, qui vel in domo sunt, vel etiam domum illam radio aspiciunt. Tertio ad Planetas in domo prima. Et quarto ad dominum ☿, & reliquos Planetas, cum domino illo existentes, vel eundem radio aliquo intuentes. Hinc enim ad quæstiones subsequentes responderi potest: 1. An natus habiturus sit amicos: 2. Quales: Et 3. quomodo erga natum affectos.

Significatores amicorum qui sint.

De prima: An natus sit habiturus amicos paucos, nullos, vel multos. In hac quæstione decidenda consideranda est natura & fortitudo significatorum, in ♄ & ♃ domibus. Nam Benefici, ut ♃, ♀, bene affecti ac fortes, in locis supra dictis, significant multos, bonos & utiles amicos. Idem decernit ☽ in II, ☿, ♃, ♄, ♃ & ♄. 2. Benefici debiles seu malè affecti, multos quidem, sed inæquales, partim fidos, partim infidos, utiles alios, alios inutiles significant. Idem decernit ☽ in ♃, ♄, ♃, ♃, ♃ & ♃. 3. Malefici fortes, multos quidem significant

An natus sit habiturus amicos. Regula generalis.

amicos

amicos, sed nobis semper suspectos & fucatos. 4. Malefici debiles, & paucos & infidos amicos denotant. 5. Mediocres, ut ☉, ♃, ♄, & ♀ bene affecti, multos mediocres dant amicos, fideles tamen magis. Male affecti, paucos & infideles. 6. In multorum diverso significato preferitur significatum potentissimi. Quod si nullus Planeta sit in ♃ vel 1, consideretur Dominus undecima, an beneficus, maleficus, fortis vel debilis sit, & juxta naturam ejus similiter, ut dictum, judicetur.

Speciales.

His jungi possunt regulæ hæc Speciales. 1. Amicis abundant, quibus fortune sunt in 11, 5, 10, 7, 1 vel 9 domo. Inimicis vero quibus in 12 domo, vel etiam in angulis, sunt infortune. 2. ♃ in 11, dat amicos infidos, & segnes. 3. ♄ in 11, inimicorum frangit incommoda. 4. ♀ in 11, amicos largitur fidos, & potentibus viris notos. 6. ♀ amicos conciliat mulierum causa. 7. ♄ significat amicorum copiam cum ♃. 8. ♃ in 11, notum plebi facit, & multos quidem amicos, sed paucos constantes largitur. 9. Cui ascendit ♃, is anxie querit amicos. 10. ♃ in ♃ & ♄ principibus facit ingratos. 5 Aph: 57.

amicos promittit non oio fidos. 5. ☉ in 11 domo

De Qualitate amicorum.

De secunda. Quales natus sit habiturus amicos.

Hac questio judicatur ex qualitate seu natura Planetarum, qui sunt aut in ♃ aut prima domo, aut etiam ex domino undecima.

Hinc ♃ senes, agricolas, lapicidas, sordida opificia tractantes, avaros, fœneratores significat. ♄ Ecclesiasticos, prelatos, jurisperitos, nobiles, divites, provinciarum prefectos, &c. ♀ Capitaneos, milites, Chirurgos, superbos, audaces, opifices. ☉ Reges, principes, Magnatum consiliarios, autoritate præstantes, Magistratum gerentes;

♀ Musicos, Poëtas, Parmacopolas, amatores, lufores, urbanos, homines letos, &c.

♄ ingeniosos, artifices præstantes, doctos, Cancellarios, Mathematicos, mercatores.

♃ viduas, matronas nobiles, fœminas, legatos, nuncios, nautas, piscatores, homines inconstantes, &c.

De constantia amicorum.

De tertia quæstione. De constantia vel inconstantia amicorum. Judicatur hac questio ex signo undecima domus, & signi, in quibus sunt significatores ipsi, natura. Fixum enim fixas amicitias, mobile mobiles, commune medias denotat. Sic si Dominus ♃ non aspexerit undecimam, nec ♃ dominum domus suæ ullo radio fuerit, non habebit læticiam cum amicis, sed cupiet esse solus.

An inter duos possit esse consensus.

Huc referendæ sunt quæstiones quibus quæritur: Num juvenis cum puella sit habiturus concors conjugium: Item de Principe, Ministro, Collega, an inter ipsos sit futurus consensus? Ad harum quæstionum explanationem consule: 1. utriusque personæ horoscopus. 2. Planetas in horoscopo. Et 3. Dominos utriusq; horoscopi: Et considera duorum horoscoporum amicitiam: An signum sit idem: An Planeta quoq; idem, an amicus, an receptus ex dignitate, an bono radio connexus.

Nans

Nam γ unus & idem Planeta in utriusq; horoscopo, eosdem mores, & eundem amorem facit. Similitudo enim est mater amoris. $\gamma\gamma$ Si non est unus & idem, sed unicuiq; peculiaris Planeta, Vide an sint amici, vel inimici ex subiecta tabula.

Saturno amici sunt $\left\{ \begin{array}{l} \text{♄} \\ \text{☉} \\ \text{♃} \end{array} \right.$ Hostes $\left\{ \begin{array}{l} \text{♀} \\ \text{♁} \end{array} \right.$ Magis tamen ♀ quam ♂.

Jupiter solum Martem hostem habet.

♂ solum Venerem amicam: Reliqui eum oderunt: In primis ♄ & ☉.

☉ solos Iovem & Venerem amicos habet: Reliquos omnes inimicos.

♀ solum Saturnum hostem habet.

♁ amicos habet ♄, ♄, & ♀. Reliquos inimicos omnes.

♃ amicos habet ♄, ♄, & ♀. Reliquos quoq; inimicos.

♅ amicos habet ♄ & ♀. ♁ verò amicos habet ♄ & ♂.

III. Videatur Dominus horoscopi, qui animos quoque duorum inter se conciliat his 4 conditionibus: 1 quando idem est Planeta. 2 quando ab altero receptus est ex domo vel exaltatione. 3 quando conjunctus est domino horoscopi alterius. 4 quando in Δ vel \ast alterius existit. Quorum verò natiuitates non conveniunt iuxta harum trium regularum unam, illi nunquam durabiles possunt fovere amicitias. Cujus quoque amor sincerior sit futurus, ex his tribus regulis cognoscitur. 1. Is magis amat, cujus Dominus horoscopi est benignus Planeta, aut etiam benignior Planeta in horoscopo, vel cujus horoscopi Dominus ad alterius Dominum horoscopi trigonum vel \ast sinistrum habet. 2 Is magis odit, qui maligniorem habet horoscopi dominum, aut Planetam in horoscopo. 3. Nunquam conveniunt, in quorum figuris, quod horoscopat uni signum, alteri est vel in 12, vel in 6, vel in 8, domibus abjectis. Vter amicorum sincerior.

CAPVT XX.

DE INIMICIS.

Cum de inimicis iudicium ferendum est, tum hi tres potissimum significatores considerandi sunt. 1. Planeta in 7 domo: Ea enim operatur prima qua significat vitam & statum nati. 2. Planeta in 12. Et tertio Planeta oppositi luminaribus ☉ & ☽. Ex his respondetur ad sequentes quaestiones. Significatores inimicorum.

1. An natus sit habiturus inimicos multos, paucos, vel nullos. Deciditur hac quaestio ex multitudine vel paucitate Planetarum in his locis. Quaestio. An sit.

Nam γ multi Planetae in his locis positi, significant multos adversarios, pauci paucos, & nulli nullos: ♁ & ♁ equiparantur planetis, 2. Almutem prime in 12,

aut dominus duodecima in prima, significat multos inimicos. 3. Dominus septima in prima, aut prima in septima, idem significat. 4. Idem Planeta Dominus 12 & prima, auget inimicos.

Quales sint
futuri ini-
mici.

II. Cujusmodi homines pro inimicis sit habiturus, an occultos, qui gestu, vultu & verbis præ se ferunt benevolentiam, sed clam infesti sunt: An vero apertos, qui palam aduersantur & se inimicos esse aperta vi ostendunt?

Cognoscitur hoc: 1. Ex ipsa conditione domiciliorum: Duodecima enim domus occultos: Septima apertos inimicos exhibet. Sic Planeta oppositi luminaribus præsertim Soli, apertos inimicos denotant: Et ipse quoque per se ☿. ☿ verò ☿ & occultos inimicos designat. 11. Ex Planetis qui vel in 12 vel 7 domibus constituuntur. Quales enim per singulos Planetas persona denotentur, jam aliquoties expositum est. 111. Attendendum quoque est ad situm Planeta. Sequitur enim significatum Planeta, magis naturam ejus domus, in qua est corpore, quam cuius est Dominus. Sic dominus undecima in 7, significat amicos nobis magis infensos quam benevolos. Dominus septima in prima, aut duodecima in prima, magis amicos, quam inimicos.

An potentes.

III. De potentia inimicorum, an ea sit futura nulla, magna vel debilis. Ratiocinamur id ipsum: 1. Ex natura Planetarum, qui inimicos decernunt: Qui si benigni fuerint, significant inimicos potentes, si maligni, viles & obscuros. 2. Ex loco figura celestis in quo constituuntur: Hinc si in angulis fuerint, tam benigni, quam maligni, significant inimicos potentes. In succedentibus, mediocres: In cadentibus, viles. 3. Ex fortitudine eorum ratione dignitatum essentialium. Hinc in dignitatibus essentialibus præcipuis constituti, ut domo & exaltatione, potentes inimicos. In triplicitate, terminis & faciebus, mediocres. Peregrini verò, in detrimento, vel casu, significant obscuros & viles.

De victoria.

IV. De Victoria. Vincet natus inimicos suos, nec ab ijs opprimi poterit, quando significatores positi fuerint hoc modo: Primo ut Dominus septima sit in 10, aut decima in 7. Item duodecima in 10, aut decima in 12, nisi sit in domo malefici. Decima enim domus ☿ Domini eius, significant victoriam. 2. Dominus duodecima infirmus, significat hostes infirmos. Infirmatur autem retrogradatione, Casu, Detrimento. In 6 firmus, significat contraria. 3. Luminare conditionarium in essentiali dignitate ☿, & cum eo in signis permutatis h. e. receptis, extra octavam tamen domum, decernit manifestam victoriam. 4. ☿ fortissimus inter Planetas, circumdans alterum luminare, idem significat. 5. Duorum hostium ille vincet, qui plures & evidentiores habuerit victorie & fortune significatores. 6. ☿ aut ☿ in 12 domo fortes, denotant natum visum

rum.

rum hostium interitum, sed si ibi per debilitatem infortunentur, significant contrarium, & membrorum debilitatem. 7. Alter ex maleficis in 12, alter in 6, significant natum interfectum iri ab inimicis, aut etiam perpetua valetudine aut carcere affligi. 8. ♃ vel ♄ domini duodecime, significant, inimicos nato nocere non posse, sed evadet is feliciter. 9. Quibus ascendunt ♀, ♁, ♃, illi ipsi irritant suos inimicos. 10. ♄ vel ♁ in 12, & Planeta in eadem infortunatus, significat natum casurum ab equo vel bestia, & sic moriturum. Schonerus.

CAPVT XXI.

De captivitate & ærumnis nati.

Carceris judicia inter alia Genethliologica quæri solent, ut sciatur: Cuius natus carceres & vincula perpassurus, an verò liberam & tutam à carceribus vitam acturus sit.

Qui enim sapit ille animum fortune præparat omni,
Prævisumq; potest arte levare malum.

Sunt autem significatores carceris. 1. Luminaria ☉ & ☽: Licet enim per se non significant, sint significatores carceris, tamen afflicti ab alijs, eos ostendunt. 2. Malefici ♄ & ♁. res carceris. 3. Domus 12 & 7. Et Planete occupantes illas domos.

De luminaribus igitur initio hæ notentur Regulæ. 1. ☉ & ☽ coniuncti Luminaria, in 8 domo, extra ☽ & ♄, plerumq; carcerem significant, nisi insigni fortunarum irradiatione fulciantur. 2. Luminare alterum in 12, cum altero maleficorum coniunctum, si imbecillia sint, utraq; carcerem significant. Veluti si ☉ & ♁ sint coniuncti in ☽, carceres denotant, quia ibi non habent dignitatem: Sed ☽ & ♁ in ☽, carceres significare non possunt, propterea quod ☽ in ☽ habeat dignitatem. 3. Luminare alterum in angulo aliquo à maleficarum altera ♄, ♁, vel ♁ laesum, carcerem significat. 4. Quando luminaria sunt fortia in principalibus suis dignitatibus, aut etiam recipiuntur à beneficiis ex permutatis signis, tum pericula tantum carceris asserunt. 5. ♁ in 7 aut 12, in domibus maleficorum, aut luminarium, ♃, ♁, ♃, ♄, ♁, ♁, altero luminari simul ab ipso vel ♄ pariter aut platicè laeso, carcerem minatur. 6. ☉ in 12, carcerem significat, tristitiam, & inimicos. 7. ☽ domina ascendentis in 12, peregrina in ♁ hexoctrava, carceres minatur. Genit. 76. Card. 8. ☽ dominus 12 combustus, Lunam in domo ♁ infortunatam sine aspectu fortune aspiciens, significat natum mala gravia habiturum & longo tempore futurum in carcere. 9. ☽, ☽ & ♁ coniuncti in 4, aut unus reliquos malo aspectu ladens, significat carceres.

Postea de maleficis hæ quoque observentur regulæ. 1. ☽, aut ♁ inter se ☽, vel ☽ aut ♁ radio sese aspicientes, extra domicilium, exaltationem, receptionem beneficorum aut luminarium, si uterq; aut alter sit directus, & dominetur septimæ domui, quo ad domum, vel exaltationem, carcerem minantur. 2. Idem minantur si oppositi ex dignitatibus suis, vel in permutatis signis, alter eorum primam vel 2, alter 7 vel 8 domum occupet, altero dominante signo duodecime. 3. Infortuna in sublimi & cadentes, carceres, repentinam mortem, non tamen violentam, ostendunt. Gen. 31.

4. Infortunæ in angulis, & ♃ in medio cæli, carcerem Agrippæ significavit, & quia ♃ ascendit, suspitione hæreseos laboravit: Card: gen: 67. 5. ♃ in 12 carceres, hostes occultos, & pericula magna significat. 6. ♃ in 12, podagram minatur, in 6 verò morbum perpetuum, aut sempiternos carceres. 7. Aph: 111. 7. ♃ aut ♃ in 6, 12 vel 8 impeditus, natum carceri intrudit. Quod si fixæ male cum his, vel cum impediens Planetis fuerint, vel ☉ cum eis absq; fortunarum auxilio, natus morte mulctatur. 4. Aph: 128. 8. ♃ in 12 carceres, & ♀ in 8 præcipitium minatur. 9. ♃ in 12, carceres significat, infamiam, & infideles servos. 10. ♃ Veneri iunctus in 8, in ♃ Hex domo 6, carceres significat. Card: Gen: 81. 11. ♃ dominus 12 & ♃ infortunatus in 7 vel 4, Et ♃ cum eis in eodem signo & suo termino, significat natum post miseras & carceres fortunatum futurum. Alubater.

Domus 12
& 7.

Tertio de domo 12 & 7. 1. Dominus 12 in essentiali dignitate ♃, in 7 partiliter damnatus à maleficis captivitatē minatur. 2. Dominus 12 in detrimento vel casu suo damnatus à maleficis, vel partiliter vel platicè, carcerem portendit. 3. ♃, ♃, ♃, ♃ & ♀ in 12 carcerem significant, & tales plerumq; sunt furiosi. 4. ♃, ♃ & ♃ coniuncti in uno signo in 12 infortunati, mala gravia & carceres significant. 5. ♀ domina 6 domus coniuncta ♃, Et ♃ in 12, significat natum causa mulierum carceres passurum. 6. ☉, ♃ & ♃ coniuncti in 7, ita ut sint combusti ♃ & ♃ & Dominus septimæ in 12 infortunatus, malo aspectu eos ledens, propter uxorem & liberos incarcerabitur. 7. ♃ & ♃ infortunati & coniuncti, & ex malo loco Marti duodecimæ domino, peregrino & retrogrado in 6 domo alligati, mala multa & carcerē minantur.

IV. De extraordinarijs significatoribus, 1. Dominus, genitura sub radijs ☉ in 10 domo, extra ♃ & ♃ significat reges natum incarceraturos: Et si aspexerit in fortuna etiam interfecturos: Alubater. 2. Dominus genitura in 6, vel 12 existens significat natum ab inimicis captum iri. 3. Cui Dominus nonæ in angulo combustus est, is in itinere aut fuga captus, incarcerabitur. 4. Qui nascuntur à 16 gradu ♃ ad 19 ♃ nostris in regionibus, illi ad carceres & vincula proni sunt. Est enim Andromeda in occasu. Infelicem fortunam sortiuntur quibus pars cæli à 23 grad: in 27 & oritur, Nam Delphinus cor cæli occupat.

Qualitates
carceris.

Secundo de qualitate carceris.

De ea etsi nihil speciatim dici potest: ut plurimum tamen iudicatur ex Planetis domibus & signis, in quibus sunt significatores carceris, in primis ex signis & locis eorum, qui ledunt luminaria. Martialia enim signa atrocia & crudelia. Saturnina fraudolenta, Vulpina & subdola. Mercurialia ingeniosa, & propter doctrinam, vincula significant.

De securitate
carceris.

Tertio. De securitate à carcere.

1. Quorum natiuitates non incidunt in has regulas, securi sunt à carcere. 2. Planetae benefici in 12 corpore, aut felices eorum radij sine maiorum presentia & aspectu malo, idem denotant. 3. Dominus duodecimæ

cimæ

cima fortis & fortunatus, & tam duodecimam quam primam radio amico collustrans, promittit idem. 4. Prima domus, dominus geniturae, & luminaria libera à malorum radio, promittunt securitatem.

Huc referenda sunt quæ de ærumnis nati in genere traduntur ab Astrologis. *Etsi enim questio hac ad locum de fortuna generali pertinet: tamen cum sepe non significetur carcer in specie, sed exilia potius aut alia calamitates, quæ non exiguam cum carcere cognitionem habent, nonnulla de ea re annotabimus. Petitur autem significatū precipue ex luminaribus, maleficis, ac stellarū fixarum natura.*

De ærumnis nati in genere.

Significatores ærumnarum.

Luminaribus.

Regulæ de luminaribus. 1. Infortuna Soli vel Luna iuncta in eodem gradu, nato, etiamsi rex fuerit, magna inconvenientia minatur. 2. Aph. 52. 2. Sol cum ambabus infortunis in ♋, significat nato multos violentos casus. Gen: 96 Cardanus. 3. Sol cum service ♄, vel cum alia stella Saturnina, magna parit incommoda. 4. Luna in 6 vel 7 domibus, semper graves affert calamitates. 5. Luna in 12, tristitiam, mærorem, & brevem vitam minatur. 6. Luna Soli coniuncta, generaliter infelicem exitum decernit. 3. Aph: 55. 7. Luna in ☐ Solis, & ♃ Iovis & Saturni, significat ingentia pericula Card: Gen: 73. 8. Luna pulsata radijs malefici ex 7 domo, cum regia stella, natus magnas patietur insidias & damna. 3. Aph: 73. 9. Cui ♃ & ♀ valde infortunati fuerint, etiamsi reliqua ad libitum aptentur, erit natus infelicissimus. 3. Aph: 12.

Regulæ de maleficis.

1. Infortuna in apice septimæ, natus magnis afficietur calamitatibus. 2. Aph: 51. 2. Deteriora impedimenta accidunt cum infortuna est in ascendente & fortuna in Occidente, quam si contra fuerit. 3. Aph 59. 3. Dux infortuna in quarta cuspide, erit natus infortunatus & valde miser. 4. Ascendens signum mobile, & dux infortuna in angulis, misera erit omnis vita nati. 5. ♃ & ♃ se aspicientes infelicitate, luminaribus existentibus in 6. ♄, 12, natus ex morbo incurabili vitam miseram ducet. 6. Aph: 12. 6. ♃ coniunctus ♃ in eadem signiferi parte, affert vite magna infortunia. 7. ♃ in 7. vel ♃ in 10, maiora detrimenta minatur. 5. Aph: 9. 8. Cum dominus 12 loci, dominum primæ oppresserit vir ille etsi egregius fuerit: tamen inimicorum potentum odio, à multis impeditur: Sed hoc magis cum constans Planeta fuerit, id est stationarius, & infortuna aliquam in ascendente vim habuerit. 3. Aph: 123. 9. Cum maxima pars Planetarum peregrini sunt, tum ingens nato malum portenditur.

Malefici.

Specialia de Saturno. 1. ♃ in medio celo, semper abicit hominem periculis. 2. ♃ in 10 aut 1, ærumnas & labores cumulat. 3. ♃ in Occidente, omnia aut impedit aut retardat. 3. Aph: 58. 4. ♃ in 7 in ♋, magna pericula & multas amicorum insidias significat. 5. ♃ Dominus geniturae cum ♃ & ala ♃ in octava, multa incommoda facit, quamvis sit in ♋, Genit: 9 Card: 6. ♃ in arcu ♃, magna decernit infortunia, præsertim ♃ iunctus. 7. ♃ cum spica ♃ & Arcturo, magnum significat infortunium, respectu domus in qua est, si in prima, in vita nati: In secunda in divitijs, &c: ♃ cum spica ♃ mendacitatem significat Stadio.

♃

De

64

De Marte. 1. Mars in ascendente, multis natum exponit periculis, & cicatricem tandem in facie habebit. 2. ♀ in ♈ in M. C. multas arumnas significat. Gen: 78.

De reliquis Planetis. 1. Planetae omnes in ♍, ♎, & ♏, multa mala natum pressura ostendunt. 2. Aph: 21. 2. Cui ♀ pessimè posita est, is in tota vita non sentit voluptatem. 2. Aph: 87. 3. ♀ in 10, pleriq; miseram senectutem significat. 4. ♀ non benè posita, in radijs ♀ infortunati, ingentia incommoda ex amore decernit. 5. Aph: 165. 5. ♀ in 6 significat laboriosos, vilibus rebus incumbentes. 6. In 7 ♀, ex inimicorum astutia multa damna patientes designat. 7. ♀ & ☾ coniuncti in sexta, in ☐ ♄, incommoda perpetua significant. Card: Gen. 46.

Stella fixa. Regulæ de stellis fixis pericula significantibus. 1. Cui ascendit ♃, ei spontè occasiones tristitiæ evenient, cui ☽ ob nimios labores sibi parabit ægritudinem. 2. Est etiam hac natura signorum, humana significant incommoda latronibus: Mobilia, insidias, & varia impedimenta: Quadrupeda, animalium detrimenta: ☽ precipitium. 3. Hyades, Hercules, Cor ♎, Chela Australis, præcipuos angulos possidentes, pauperes natos extollunt e regione, sed nisi à beneficiis fulciantur, misere precipitant tandem. St ad: 4. Saturnina stella, Solem stipantes aut Lunam, faciunt imbecilles, varijs miserijs implicant, & gravius semper premunt. 5. Ioviales transitu vitata, faciunt laboriosos, nec emergentes.

CAPVT XXII. DE MORTE VIOLENTA.

Difficilimi quidem sed præcipui artificij est, disertè ex nativitate pronunciare, naturali ne, an violenta morte periturus sit natus: cum violenta morte, præsertim quæ cum dedecore conjuncta est, nihil sit tristius homini: Ideoq; diligenter de hoc capite videndum est. Sunt autem significatores ferme ydem qui carceris. Quia sepe carcer & violenta mors concurrunt: Ac primo quidem ad hoc iudicium adhibentur luminaria ☉ & ☽. 2. Malefici ♄ & ♀. 3. Signa maleficorum quæ vocantur violenta, ut: ♃, ♎, ♏, ♐, ♑. 4. Dominus octava. 5. Dominus octava. 6. Dominus horoscopi. Et 7 stelle fixæ de natura maleficorum, ♄ & ♀, quarum præcipue sunt. 1. Medusa caput, quod & caput Algol dicitur de natura ♄ in 21 grad: 8. 2. Oculus ☽ de natura ♀ in 4 grad: II. 3. Hercules de natura ♀ in 18 grad: 60. 4. Dexter humerus Orionis Martialis in 23 grad: 30 min. II. 5. Cor ♎ in 4 grad: 7. Et 6 Chela Australis Martialis in 9 grad: 30 min. m.

Luminaria. De primo nempe de Luminaribus Aphorismi. 1. Vtrumq; luminare in signis violentis diversis, non contiguis, mortem violentam portendit. Non valet ergo si ☽ sit in ♑ & ☉ in ♎. Nec si ☽ in ♐, Et ☉ in ♏ sit. Sunt enim signa contigua: Sed si ☽ in ♎, & ☉ in ♑, vel ☽ in ♎, ☉ in ♏ existat. 2. Vtrumq; luminare

cum stellis fixis violentis intra distantiam 5 grad: mortem violentam minatur. Sed ☽ apud cor M, ☉ apud oculum ☿, mortem violentam denotat. Ac valet hac regula quando maleficorum alter, alterum simul luminare aut octava dominum infestat.

3. Ambo luminaria ab utroq; malefico lesa, ita ut alterum luminare ☿ alteruter maleficorum, aut sit in signo violento, aut cum stella fixa violenta, violentam quoq; mortem significant. 4. Ambo luminaria ab unico tantum malefico impedita, altero maleficorum lesa, vel in signo violento versante, ac dominium sibi in octava domo vendicante, violentam quoq; mortem denunciant. 5. ☽ in 7, in signis qua violentas stellas habent, ut pote ☿, ♀, ♁, ♃, Solis radio inimico lesa, aut maligno Planeta octavam dominum simul occupante, aut saltem dominium octava domus sibi vendicante, ita ut simul violentum signum occupet, similiter violenta mortis indicium prabet. 6. Cui infortunata sunt luminaria in angulis, eos necesse est violenter interire. 7. ☉ dominus ascendente in angulo cum ☽ ☿, Et ☽ cum luminosiore lancis violentissimo sidere, violentam mortem decernit. Genit. 33. 8. ☉ ☿ ☿ oppositi ex angulo M. C., ☿ Luna cum cauda Draconis, ☿ corde M in ascendente, interfecerunt Ioannem Moriam ducem Mediolanensem, cum Luna in ascendente venisset ad ☉ ☉: Vide Garceum de Genit: pag: 369. 9. ☉ in 7 cum ☿, domino horoscopi ☽ existente in M. C. significat mortem violentam. 10. Semper ☽ in 7 domo constituta, mortem subitam ☿ inopinatam, aut omnino graves infelicitates adfert, quod pluribus genituris confirmari videbis. Gen. 12. 11. ☽ in 7 in ♄ cum ☿, Sol vero Saturno iunctus, ☿ omnes hi in ☉ ☿, declarant absq; dubio violentam mortem. Gen: 22. 12. Luna damnata, violenta ☿ repentine mortis indicium ostendit, infortunis in prima ☿ 7 existentibus. Gen: 29. 13. ☽ in 8, facit repente mori, quod illi commune est cum 7. Mergitur autem aquis sepe natus, si ☽ in 8 consistat. 14. Luna apud cor M in ♃, cum ☿, in prima domo oppugnata a ☽ ex ♄, Sole in quarta, in ☿ ☿ ex ☽ ☿ domo 10, interfecit Galiatum Sphortiam tredecim vulneribus a tribus coniuratis. Thema vide apud Garceum pag. 383. 15. ☽ in 7 in ☿, cruentam ac violentam mortem portendit. 16. ☽ in 7, in quocunq; signo, in ☿ ☽ vel ☿, vel ☉ aut ☿ eorundem, idem significat. Si pluribus partibus a maleficis distat, pericula ostendit violenta mortis. 17. ☽ in 7 in ♃, cum stella de natura ☿, occidit natum.

De secundo nempe de Maleficis. 1. ☽ ☿ ☿ coniuncti in angulo, perissimum M. C. in signo violento, aut alterum luminare infestantes, mortem violentam minantur. 2. Malefici coniuncti, vel quadrato aut ☿ radio sese ferientes, in signis violentis, ex angulo, altero eorum domino octavae, mortem violentam significant. 3. Maleficus in 8 in domo mortis, ☿ dominus octava a malefico lesus, aut natura maleficus, in signo violento, utroq; luminari aut altero eorum lesa, aut in signo violento constituto, mortem violentam significat. 4. Quicunq; infortunatus aut oppositus in 7 ☿ prima, aut in septimo loco iunctas habuerit, violenta morte peribit, etiamsi rex fuerit atq; sanctissimus. 3 Aph: 102. 5. Mors quoq; violenta decernitur. 1. Cum infortunatum

utraq; loco mortis dominatur. 2. Vel si altera aspiciat dominum mortis, & domum altera occupet. 3. Vel utraq; aspiciat dominum mortis: 4. Vel cum ambe super dominum mortis elevantur. 5. Vel cum dominus mortis impeditus fuerit, maxime sub radijs Solis, & infortuna loco mortis ex toto dominetur. 6. Vel si infortuna emnem in loco mortis sibi vendicat potestatem, ut in primis partibus. 7. 6. 3 in 8, necrores & acerbum finem facit. 7. 3 in M.C., luvēt ā innumeris periculis atq; laboribus vexat, raroq; ad senectam perveniunt, mortemq; ut plurimū violentam patiuntur. 8. Quando 3 fuerit in ipsa parte cordis cœli, si vixerit, natus omnino interficietur. 7 Aph: 157. 9. 3 & 2 mixtus potentissime inclinant ad omne genus mortis violentæ. 3 Aph: 10.

De domino octavæ & primæ, qui sunt domini vitæ & mortis. 1. Octavæ & primæ domini, dispositores utriusq; luminaris, uno eorum constituto in detrimento vel casu, altero natura malefico, & damnante alterutrum luminare, constitutum in signo violento, violenta mortis exitum portendit. 2. Dominus octavæ in prima, in detrimento vel casu, aut in signo violento, vel stella violenta, altero luminarium a malefico infestato, violenta morte perituros significat. 3. Dominus octavæ in suo detrimento vel casu, laesus simul ab altera maleficarum, luminarium altero, aut maleficarum altera, in signo violento posito, significat idem. 4. Dominus primæ in signo violento, vel a maleficis infestatus, & dispositio luminaris conditionarij similiter vel in signo violento, vel afflictus a maleficis, significat violentam mortem. In hoc vero casu necesse est aut dominum primæ, aut dominum luminaris utroq; incommodo laborare. 5. Dominus horoscopi in 8, natura maleficus, attamen in signo violento, & damnatus a maleficorum inimico aspectu, in idem violentam mortem decernit. 6. Quibuscumq; Dominus ascendens est infortunatus, cum 8, si fuerit infortuna in angulo, violenta ut illis mors accidat, necesse est. 3 Aph: 1.

Stella fixe.

De stellis fixis. 1. Oculus 8 in apice ascendens sicarios facit, ac violententer morientes, in occasu tanto magis. 2 Aph: 183. 2. D cum 8 arcu, iaculo plerumq; interimit. 3. Cui 8 ascendit plerumq; ferro vel veneno moritur, propter M in septima. 4. D aut Dominus ascendens cum stellis violentis, violentam mortem denunciant. Quando nunc ex his & similibus regulis certissime constiterit de morte violenta, genus mortis ex sequenti questione investigandum est.

Genus violentæ mortis.

II. De genere violentæ mortis. In hac questione primum videndum est, an publica quis morte moriturus sit. Luminaria enim significatoribus permixta faciunt claras & publicas mortes, quæ in conspectibus hominum celebrantur, ut inquit Card: Secundo consideranda sunt ingenium & mores nati, an fur, homicida, vel hæreticus futurus sit. 3. Locus mortis. Apud alios enim alia supplicia usitata sunt, ut vix possit de specie pronounciari. Significatores qualitatibus sic describit Ptolom: lib: 4 quad. Genus mortis ab astrorum reliquorum præter luminaria intuitu, & signis, quæ a maleficis occupantur, cognoscet. Nam significator qualitatibus mortis, est primum natura malefici. Deinde

signum. 3. *Domus in qua est is maleficus, qui ledit significatores mortis & vite. Sunt autem significatores mortis & vite luminaria, dominus prima, Et dominus octava: Nec negligenda sunt stella fixa, luminariibus & intersectoribus iuncta.*

De H in genere primum observetur, quod is significatoribus iunctus, *Regula de aut radio □ vel ♀ eisdem infestans, significet mortem Saturninam; ex ruina, Saturno.*

submersione Venenis. Postea in specie. 1. H Soli iunctus, aut □ vel ♀ radio eundem intuens, in signis fixis, significat lapidationem, suffocationem ab igne vel aqua, & interdum capitis amputationem, ictum machine vel telo vel globo. 2. ♀ Soli in feraribus iunctus, vel eundem □ aut ♀ radio feriens, significat a feris dilaniandos: Item cadere ab Equo, morderi a canibus & lupis. 3. ♀ Solem priori modo sibi copulans Iove imperante Anereta, & quadrato radio aspiciente Saturnum, significat publice exponendos feris. Item lacerandos a Equis, imponendos rota, palo insigendos. 4. ♀ Soli aut Marti per coniunctionem vel □ aut ♀ radium copulatus, significat ruina opprimendum: Item ictu machine interficiendum, vel casu arboris, aut sepultura viva necandum. 5. H Soli aut Marti in Tropicis iunctus, aut oppositus in C. M, significat ab alto precipitandos: Item Casum in foveam, ex Equo, ex curru. 6. ♀ Mercurio iunctus, vel ♀ aut □ radio eundem intuens in Δ terreo, significat malum a serpentibus & venenatorum ictu: Item vulnerationem ab ense, & lethale venenum. 7. H Mercurio ut dictum copulatus, & Veneri congregiendiens, ex Veneficio & foeminarum dolis seu philtis mortem significat. 8. ♀ occidens & Lunam sequens, significat suffocari igne vel aqua, Item cadere in puteum, foveam. 9. ♀ in aqueis signis, aquis suffocandos significat: Item ex copia hausti vini. 10. ♀ Lune in Argo navi configuratus, naufragio mergendos denotat. 11. ♀ in occidente seu Soli seu ♀ oppositus, mortem in carceribus nunciat, quod Cracovio accidit: Item squalore vel precipitio, veneno, inedia, tormentis, metu. Item in exilio proscriptum, Relegatum ad insulas desertas, vel in solitudinem.

De Marte primum in genere observandum est, quod adferat violentam mortem ex ferro, igne, fulmine, globo bombardico, laceratione bestiarum, raptatione seu ictu Equorum: Et quod tam ♀ quam ♂ significet casum ab alto. *Regula de Marte.*

In specie verò 1. ♂ Soli vel ♀, □ aut ♀ radio configuratus, in signis humanis, seditione, bello, aut propria manu interficit. 2. Mars alterutri luminarium configuratus in signis humanis, cum testimonio Veneris, foeminarum causa occidendos significat, propter adulteria. 3. Mars ut supra in humanis configuratus cum Mercurij testimonio, a latronibus vel pyratis, vel maleficis mortem violentam decernit. 4. Mars in mutilis, ut iuxta caput Medusæ, mutilandos aut capite plectendos significat. 5. Mars in M, vel ♀, ustionibus, sectionibus, aut medicorum revulsionibus mortem designat. 6. Mars in M. C. vel imo, crucibus affigendos significat, maxime circa Cpheum & Andromedam: Idem significat suspendium, rotarum supplicium, & qui è culeo torquentur. 7. Mars ut supra in occasu, vivos comburendos significat. Sed non simpliciter in occasu, verum

verum in m , p vel d : Simul enim signa considerata sunt. 8. z in occasu in quadrupedibus, distractos, aut ruina oppressos significat. 9. z Soli vel D , \square aut p radio configuratus, si ei malè dispositus z testificatur, illustri mortis genere periturum natum denunciat, ob iram principis aut regis. Est autem & signorum natura hic considerata, de qua hætenus aliquoties actum est: Item domorum natura. Et referenda præterea huc sunt, quæ de stellis fixis, Stadius in tab: Bergensi: fol: 213 habet. Insuper sunt & considerata familiarum fata: Quædam enim mares frequenter bellis amittunt, aut alia quadam violenta morte, quædam non. Et prudens Astrologus semper pericula tantum prædicit mortis violentæ, ejus verò qualitatem non exactè determinat. Sunt & observanda hoc loco quæ de violenta morte in Aphorismis suis scribit Cardanus.

Signorum natura hic perpendenda.

Cardanus de Saturno.

1. De H . 1. H cum oculo z generaliter facit magna detrimenta, & vitia animi flagitiosa decernit. 2. D in \square \odot , in signis fixis mortem decernens, eam per strangulationem rei duræ efficit, aut ruina aliqua: Sed in ferarum figuris significat oppressionem à feris, aut canè rabido, & hoc cum mortem decreverit violentam. 3. Si H in z vel z , in \square , vel p \odot vel z fuerit, vel etiam ijs coniunctus reperietur in locis humilibus, tum ruina natum opprimi significat, si in 9, 10, vel 11 precipitio. 4. Si D in z vel m , vel mp , vel A fuerit, tum natum submersione periturum denotat. 5. D cum z , & Sol cum Venere in signis venenatis, significat natum venenum bibiturum.

De Marte.

2. De Marte. Mars autor mortis inhumani, in \square \odot vel D , interficiendum esse natum ostendit. Causa autem mortis ex loco tutissimè sumitur. Nam si cum Venere potestate fuerit, mulierum causa. Si in secundo domo, substantiæ causa. Si z dominetur signo Martis, à latronibus interficietur, aut mandato principis: Quia z habet humana signa. Significat igitur mortem ab homine. 2. Signa quæ detractionem membrorum significant, sunt abscissa & imperfecta, ut z vel caput Gorgonis vel Andromeda vincula. 3. Quod si Mars fuerit dispositus cum Andromeda, vel capite Gorgonis, aut Castiope, in \square \odot vel D in 9, 10, 11 loco, aut in cæli imo, suspendetur. 4. Si verò in ascendente vel Occidente fuerit in igneis, comburetur. 5. Quod si in sublimibus locis, id est, medio cæli fuerit, à quadrupedibus cadendo conteretur. 6. Cum autem z accesserit non rectè dispositus ad interfectorem, iudicio Magistratus peribit. 7. Detrimentum in Marte est à luminaribus in morte violenta: In Saturno verò à Sole & Marte. 8. II , p & A multiplex genus mortis significant, sicut & H ac Mars, cum simul dominantur. 9. Cum præter signa violentæ mortis domui quoque quarta infortune præfuerint, corpus mortui insepultum iacebit, maxime si luminaria illis congregiantur Planetis, qui decernunt mortem violentam.

De fixis.

3. De stellis fixis. 1. Quando Mars existit cum Hercule, & D cum Arcturo. Mars præterea est in 7, 10 vel 11 loco, vel in ascendente, natus occiditur ab hominibus. Idem de H dicemus. 2. Quod si in his locis Mars fuerit cum Arcturo, & D cum Hercule, natus suffocabitur, & hoc quam diu fuerit in z . 3. Cum in fortuna in 7, 4, 11, 9, vel 12 fuerit domo, cum oculo z , & D cum corde m , natus iaculo vel ruina morietur.

117.

sur. 4. Cum in prædictis locis mutata vice, ☽ cum corde ♀, ☽ cum oculo ☿ fuerit, natus suspendetur, aut fulmine occidetur: Idem de Marte dicendum erit. 5. Que autem eveniunt sic collocatis sideribus, ea quoque accidunt, si ☽ cum infortunis in eadem parte. Usdemque in locis, cum eadem stella iuncta fuerit. 6. Quibuscumque, infortuna cum capite Gorgonis, Luna autem cum splendida ☾ fuerit, illis mors violenta mandato principis eveniet, colloque læso vel truncato morientur. 7. Quod si infortuna sic posita, Luna fuerit cum hydra lucida, in aquis, vel veneno peribit. Oportet autem in his omnibus infortuniam in loco sublimi esse, aliàs non valet. 8. Quod si infortuna cum hydra lucida: Luna autem cum splendida ☾ fuerit, mergetur aquis. 9. At si infortuna cum splendida ☾, ☽ cum capite Gorgonis fuerit, strangulabitur. 10. Quod si infortuna sic posita, Luna cum splendida hydra incesserit, venenum hauriet. 11. At si infortuna cum hydra lucida, Luna autem cum Gorgonis capite, ☿ Sol cum splendida ☾ fuerit, etiamsi rex sit, capite plectetur. Quod si humilioris sit conditionis, corpus ense etiam lacerabitur. 12. Si ☽ ☿ Mars cum vulture cadente, in sublimi fuerint: Luna autem cum canicule ardente, natus morietur morsu canis rabidi. 13. Quod si contrario modo disponantur Planete, venenum hauriet, aut mandato magistratus necabitur.

14. Loca sublimia sunt 1, 10, 11, 7, 9, ac 12 domus: Quibus anneclunt nonnulli 4 ☿ 8. 15. Infortuna cum umbilico Pegasi, Luna cum Cane ardente, natus morietur ex iaculo ignito, vel morsu à feris. 16. Cum infortuna fuerit cum umbilico Pegasi, Luna autem cum splendida Lyra, natus violenta aliqua morte peribit. 17. Cum infortuna fuerit cum dorso Pegasi: Luna autem cum cingulo Orionis, natus aquis obruetur. 18. Cum verò contrario modo disponantur Planete, occidetur hominum manibus. 19. Cum Luna fuerit inter Pleiades, ☿ infortuna cum corde ♀, nato oculi effodientur, aut eorum alter. 20. Cum Mars inter Pleiades fuerit, ☽ cum corde ♀, natus à multitudine occidetur. 21. Si Luna fuerit cum altera Canicularum, vel cum cuspide ♄, ☿ ibi aut in ☿ vel ☐ radio ☽ quoque, fuerit, cum infortuna in primis Marte, natus igne cremabitur.

CAPVT XXIII.

DE MORTE NATVRALI.

Mors naturalis iudicatur hoc modo: 1. Si thema natalitium in nullam regularum incidat, quæ de morte violenta tradita sunt, mors natus morietur natus morte naturali. Mors natus ralu unde

2. Si beneficorum alter ☽ vel ☿ sit in prima, impossibile est natum indicietur violenta morte perire, etsi plurimæ alia regala minarentur.

3. Cuiusque in 8 fuerint infortuna, mala morte morietur, si fortuna, in lecto suo feliciter ex vita migraturus est: Almanf. 19.

4. Miti

4. Miti moriendi genere è vita discedunt, quibus mortis autores in proprijs domesticisve natura sua convenientibus locis reperiuntur, à nullo superati, qui maligniorem conspectioremq; exitum reddere possit: Ptol: cap: 70 lib. 4 quadrip: 5. Naturalis etiam mors significatur. 1 Si octavam domum boni Planeta vel tenuerint, vel gubernaverint, vel aspexerint: Et illi quidem fortes fuerint, in quibusdam suis dignitatibus. 2. Si simul ascendens occupetur, vel disponatur, vel aspiciatur à bonis. 3. Ac dominus genitura fortis sit & bonus Planeta. 4. Si omnes hi bonis inter se cohaerint radijs. 5. Si verò his sic sese habentibus, simul significationes violentæ mortis adfuerint, sed imperfectæ: Significatur quidem mors naturalis, sed repentina tamen & aliquomodo gravior. Atq; hæc ferè sunt regula, ex quibus colligitur num morte naturali sit moriturus natus.

De qualitate mortis naturalis.

74

3

♀

7

I. Qualis sit futura mors. Qualitas mortis iudicatur ex significationibus mortis, & eorum signis: Item temperamento nati. Ac primum quidem cum Planeta est in 8 domo, iudicatur mors ex ejus natura: signo quod is occupat, & domino octava. Hinc Saturnus morti perfectus, obitus efficit post diuturnos morbos, & tabes, & humorum defluxus, & febres. Item per lienis, aquæ intercutis, Colicas, uterive affectiones, & quotquot ex frigoris multitudine constant. 74 ab angina, & peripneumonia, apoplexia, Convulsionibus, Capitis & stomachi doloribus. 3 à febris continuis & tertianis, repentinis plagis, renum affectionibus, sanguinis excretionibus, abortu & partu, sacro igne, pestilentibus morbis, quæ per inflammationem & fervorem eveniunt. ♀ per stomachi & Epatis affectiones, impetignem, & dissenteriam, Item per ulcera, pustulas & fistulas & adhibita pharmaca. 7 per insaniam & amentiam, & ex atra bilis copia proficiscentes lapsus, per Comitiales morbos & tusses, & crebras expuitiones, & quotquot siccitate copiosa & corrupta constant.

Ptolomæi sententia.

Secundo. Ptolomæus considerat locum interficientem, id est, Anaretam, qui quando, vel corpore vel radio, ad Hilech aut heroscopum dirigitur, interficit, Qui vero interfectores statuendi sint, supra cap: 2 in generali vita iudicio exposuimus.

Locus interfectorius.

Porro in loco interfectorio consideratur. 1 Natura Planeræ. 2 Natura signi, in quod cadit mala directio. 3 Natura termini & stellarum fixarum. 4 Natura radiorum aut Planetarum qui simul coincidunt, aut proxime subsequuntur. Est autem ex sententia Card: 3 Aph: 108 difficilimum scire locum interfectoris, ex quo

quo

quo & tempus mortis, & locus, & genus habetur. Maxima quoque ambiguitas est, cum radij felices luminarium aut fortunarum super locum interficientem ceciderint, iudicare, an seruari possit natus vel non. Frequenter enim seruantur prater spem alij, alij rursus prater spem intereunt. 3 Aph: 143.

Tertio considerandum & hoc loco est Temperamentum. Nam ut Temperamenta quaevis temperamenta suos peculiare habent morbos: Ita inde plerumque tum ostendit etiam mors naturalis cognoscitur. Degenerante enim temperamento qualitatem vita periclitatur. Ac cholericum plerumque percutit phthisi. Phlegmaticum mortis. hydropisi. Melancholicum ictere nigro. Sanguineum intemperantia, Apoplexia.

III. De tempore quando quis moriturus est. De hoc qui Tempus mortem tam certo definiendum non est Astrologo, sed pericula tantum mortis. tis indicanda sunt, praecipue illa, quae pluribus testimonijs sunt certiora.

Ad pericula vero mortis iudicanda pertinent. 1. Consideratio annorum Pericula Climactericorum, ex septenario aut novenario numero prodeuntium, ipsisque proximi, si mortis quae in illos incidat lethalis directio, horoscopi, ☉, ☽, aut in conversa directione, Occidentis directione in directio. 2. Consideratio directionum earumque, qualitas, an fortis sit, in termino significationis mortis, omniumque, fortunarum auxilio destituta. 3. Videnda quoque sunt professiones, an veniant ad radios ☐ vel ☽: Item in domum 6, 8, 12. 4. Consideranda quoque sunt revolutiones, quae tamen sine directionibus parum valent: Sed quae non obsunt singula, multa nocent. Ad extremum videantur & Alfridaria, quae discernunt annos Climactericos: Illi enim Climacterici anni periculosi sunt, quibus praestit Dominus mortis, aut qui alias in nativitate infelicitate ponitur.

CAPVT XXIV.

De ijs quae ad speciale iudicium pertinent.

Quandoquidem doctrina quae in genere futura accidentia praedicere docet, imperfecta est sine altera speciali, quae eorundem accidentium tempora determinat, natumque praemonet, quo potissimum aetatis anno, mense, vel etiam die, accidens faustum, per generale prognosticon praevissum, sperare, aut infastum metuere, ac industria quadam vel evitare, vel saltem lenire debeat. Idcirco nunc breviter ostendemus, quomodo praevisi in genere eventus, ad certa aetatis nati tempora reducendi sint. Etsi vero pluribus modis investigantur particularia tempora eventuum & casuum, qui nato iuxta positum & significationes thematis natalitij in vita eveniant: tamen quatuor id potissimum modis perficitur. 1. Per directiones. 2. Per professiones. 3. Per revolutiones: Et 4. per transitus, de quibus in praesentia summarim agemus. Per directiones generalia tantum accidentium tempora, anni nempe deprehenduntur, quorum menses & dies, professiones, revolutiones & transitus indicant.

Quatuor potissimum modi sunt, quibus particularia tempora eventuum cognoscuntur.

Saepe 1. Directio.

Sapius autem fit, ut vim suam, non eo in quem incidunt anno, exerant, sed in sequentium annorum aliquem differant, istum nimirum, quo convenientibus profectiōibus, revolutionibus & transitibus similibus juvantur, ac extimulantur. Durant enim directiōes quadam per annos plures, donec videlicet promissor alius significatori occurrat, etsi virtus directiōis in principio fortis, & idcirco effectus evidentior existit: In subsequētib; verò annis languidior subindē redditur. Hinc directiōes nunquam sola considerari, sed profectiōibus, revolutionibus, & transitibus jungi debent. Cumq; capite ultimo parci 2, quid directiō sit, & quomodo ea inquiratur, exposuerimus, nunc de usu solum earumq; effectibus monebimus.

p. 169

- In directiōe **1.** Videatur utrum directiō ea fausta sit & bona, an verò infausta & mala. Nominum ea bona nantur autem bona directiōes, in quibus Planeta benigni, ut ♃ & ♀ vel mala sit. corpore, vel radijs suis benignis, * vel ♁, significatori occurrunt: Econtrario male vocantur, in quibus maleficorum corpora aut radij hostiles, ut pote ♁ & ♀ ad significatores ducuntur. Bona seu felix directiō felicitatem nato confert in ijs rebus, quas significator istius directiōis per se & per accidens significat. Quas autem res per se singuli significant, & pro quibus principaliter dirigi soleant, supra ostendimus. Per accidens autem quilibet Planeta significationes alias suscipit, ex natura domus, in qua constituitur, & ejus etiam, cui in themate seu radice imperat: ut Sol per se vitam, valetudinem ac dignitates significat. Quando verò in 7 constituitur, aut signi 7 domus dominus est, conjugij etiam significationem suscipit. Causam felicitatis monstrat promissor similiter per se aut per accidens. Item natura domus istius, in qua fit concursus directiōis, hoc est, Oritur felicitas ab ijs rebus & personis, quas per se & per accidens promissor significat, & quas domus radice ea significat, in qua promissor significatori occurrit. Eodem modo mala seu infausta directiō, malum quoddam, seu fortunam adversam nato minuitur, in ijs rebus, quas per se & per accidens significator significat. Causa infelicitatis à promissore ostenditur. Oritur enim infelicitas à rebus & personis istis, quas per se & per accidens promissor significat, & quas locus
- 2.** Quantitas thematis, in quem directiōis concursus incidit, representat. Futuri & magnitudinis autem eventus quantitas, & magnitudo, ex utriusq; hoc est significatoris & promissoris conditione, quam in radice obtinet, cognoscitur. Quando enim ambo, significator nimirum & promissor, in themate fortes

tes

tes sunt ratione essentialium dignitatum, ac faustas figura domos occupant, evidens erit ac insignis directionis effectus, & causa etiam ejus erunt vehementes ac graves. Quando alter eorum fortis est, alter debilis, effectus mediocris erit: Ac tunc videndum utrum fortior sit vel debilior, significator an promissor. Si significator fuerit fortior, effectus quidem apparebit, sed quasi fortuito & sine gravibus causis. Si promissor potentior est significatore, apparebit effectus, sed magnitudini causa non respondens, quae evidentior ac insigniorem paritura esse videbatur. Si uterq; debilis est in radice, obscurus erit ac levis directionis effectus, obscura etiam ac levis ejusdem causa: Et quò debilior significator fuerit, eò obscurior apparebit effectus: Et quò promissor debilior fuerit, eò leviores apparebunt accidentis istius causa & origo. Quando uterq; prorsus debilis est, fieri potest, ut decreta directionum prorsus evanescant, & pro his vix umbra & species fortuna vel infortunij, non ipse rarus effectus sese nato offerat.

Observandae verò sunt & hae caute!æ. 1. Quando malefici in radice nati-
vitatibus sunt promissores, ac per directiones ad suos significatores, infortunia & casus ad-
versos nato denunciant, semper mala leviora inferunt, quando in radice fortes sunt:
Insigniora verò & evidentiora pariunt infortunia, quando debiles sunt & infortunati.
Debilis enim maleficorum Planetarum maliciam auget, fortitudo eandem imminuit.
2. Quando in eundem annum incidunt directiones qualitate inter se pugnantcs, hoc est
bona & male simul, si significatores diversi sunt, potest utraq; suas vires eo anno exer-
tere sine mutuo impedimento: ut cum aliquo in anno significatori valetudinis malignus
promissor occurrit, significatori verò divitiarum benignus promissor, fieri poterit, ut eo
anno graviter decumbat natus, & tamen divitijs insigniter augeatur. Exempla enim
habemus eorum, qui in suis nuptijs repente mortui sunt: Et Hunniades in ipso carcere
ad regiam dignitatem est erectus. Cum verò significatores isti quandam inter se conve-
nientiam obtinent, fieri potest, ut unius directionis vis alterius virtutem reprimat & im-
pediat, ut M. C. honores significat, similiter & Sol. Si itaq; in eundem annum inci-
derent fausta M. C. directio, infaustra verò Solis, fieri posset, ut neutra suum effectum esset
habitura, nisi & hoc accideret, ut significatorum alter, utpote vel M. C. vel Sol esset
multò fortior, alter multò debilior, aut si satis longo intervallo à se invicem directionum
tempora distarent: Tunc enim utraq; effectum suum altera non impediante, diversis
tamen anni temporibus habere posset. 3. Eodem modo cum in aliquem annum inci-
dunt unius & eiusdem significatoris directiones, qualitate inter se pugnantcs, hoc est una
fausta, & altera infaustra ac minax, cum tales unius significatoris diversas directiones à
se invicem distare aliquo temporis intervallo necesse sit, utraq; effectum suum sed di-
versis eiusdem anni temporibus prestare poterit.

Porro

Directiones Porro malae directiones saepe anteverunt suum annum. 1. quidem, quando
male quan- natus versatur in termino malo. 2. Quando Climactericus septenarius vel
do antever- novenarius coincidit. 3. Quando est malum Epidemicum, ut pestis, bellum:
tant annum. quia causa universalis vincit particularem: Et 4. quando praecedit mala re-
 volutio. *Durat autem effectus male directionis, donec interveniant alia bona. Sic
 bona directiones non largiuntur eventum bonum, quam diu mali Planeta versantur in
 termino, significatori eius bono opposito. Directiones quoque ♃ & ♆, si ut ♃ & ♆, saepe am-
 biguae sunt, quod horum Planetarum motus, nondum satis sit exploratus. Ac tan-
 tum de directionibus.*

II.

Profectio.

*Ad profectioes quod attinet, sunt ille nihil aliud, quam significato-
 rum sub Zodiaco aequales progressionis: Nam puncta Ecliptica, quibus
 Aphetarum vel significatorum munus tribuitur, fixa perpetuo non ma-
 nent, sicut in primo hominis exortu disposita esse deprehenduntur, sed
 subinde progredi s. s. s. aequabiliter cogitantur, ita ut aequabili hac pro-
 gressione, quilibet significator 30 Zodiaci gradus seu integram signum
 quolibet anno conficiat, & completis 12 annis, per cōfecta 12 Zodiaci signa,
 ad punctum, quod in radice tenuit, revolvatur. Actales significatorum
 in consequentia progressionis, quibus singulis annis singula signa confi-
 cere cogitantur, profectioes annuae appellantur. Sunt praeterea &
 menstruae, & diurnae profectioes, quibus per singulos menses, ac binos
 quosq. dies, significatores in alia arg. alia Zodiaci signa transitum facere
 cogitantur. Sed omissis illis de annuis tantum profectioibus dicemus.*

Profectio *Attribuitur hic progrediendi modus omnibus Planetis, & significatori-*
convenit & *bus reliquis, qui dirigi solent, ut non solum annus futuri eventus, sed*
signis & Pla- *tempus adhuc specialius, mensis nimirum & dies per eas cognoscatur.*
netu.

Per signorum *Quando ergo scire volueris, quod signum horoscopus, vel alius signifi-*
profectionem *cator, hac progressionem perambu'et, anno aetatis nati quovis currente, sume*
quomodo au- *annos nati completos, eosque per 12 divide, residuo adde numerum istius*
ni, mens. s, & *signi, in quo significator in radice constituitur, aggregatum monstrabit nu-*
dies determi- *merum signi, ad quod in dato annorum numero significator proficiscitur.*
nentur. *Mensis etiam ac dies profectiois, quibus quilibet promissor suo significatori*
 est occurrurus, hoc modo investigantur. 1. Subtrahe locum significatoris,
 cuius profectio instituta est, a loco promissoris, accommodatis 30 gradibus,
 si alias subtractio fieri nequit, & reliqua erit distantia promissoris a signifi-
 catore, in partibus Zodiaci. 2. Hanc distantiam multiplica per 12 dies, &
 10 min: diei, seu per 12 dies & 4 horas. Et productum exhibebit tempus,
 inter principium istius anni currentis, & momentum, quo ad significatorem
 applicaturus est promissor, medium, in diebus & dierum scrupulis vel horis
 numera-

numeratum. 3. Hos dies à die nativitatìs numera, & invenies mensem ac diem, in quem proposita profectio terminabitur.

Est autem profectio multiplex usus. Nam 1 profunt ut intels ligatur, qui anni felices, qui infelices sint. Anni enim qui in □tos aut De usu pro- & aspectus, ut 4 & 7 domum cadunt, sunt infeliciores, atq; his pro- fectio num, ximi.

Item qui in domos infelices, ut sextam qua est morborum, cadunt, ut est 18, 42, & 54. Item qui in octavam domum incidunt, qua est Domus mortis, in quam cadit 56 annus, qui appellatur Climatēricus Heroicus, quod multi praestantes viri eo mortui sint & adhuc moriātur: Item in 12 domum carceris, in quam cadit 72 & 84 lethales senibus.

11. Inducantur hic quoq; anni septenarij, quia septimus numerus primū radio opposito aspicit, & primus septimum viceversa. Sic 49 annus multas mutationes importat: Et nonus annus Criticus dicitur, quia proximus est post octavum mortis significatorem: Et multi quoq; novenario aliquo anno moriuntur. Ut verò qui Septenarij domini sint, quos vulgus Astrologorum Alfridarias vocat, constet, hanc tabellam adjungere placuit. Tabella Dominorum Septennij seu Alfridariorum.

De Alfridarjjs.

Di:	☾	♁	♀	☉	♂	♃	♄	♅	♆	♇	♈	No:	
☉	1	8	15	22	29	36	43	50	57	64	71	78	☾
♀	2	9	16	23	30	37	44	51	58	65	72	79	♁
♁	3	10	17	24	31	38	45	52	59	66	73	80	♀
☾	4	11	18	25	32	39	46	53	60	67	74	81	☉
♄	5	12	19	26	33	40	47	54	61	68	75	82	♂
♃	6	13	20	27	34	41	48	55	62	69	76	83	♃
♂	7	14	21	28	35	42	49	56	63	70	77	84	♄

Ex qua tabella 1 Planetarum vicissitudines in gubernatione vitæ colligimus. Litera enim D in sinistro latere eos significat, qui die nati sunt, primo anno habere gubernatorem n Solem, secundo Venerem, & sic deinceps. Litera vero N in dextro latere eos significat, qui nocte nati sunt, primi anni gubernatorem habere Lunam, secundi Mercurium, & sic porro, repetito illo domino singulis septennijs, ut octavus annus primo æqualis sit, sicut patet ex Genit: 36 & 38 Cardani. 2. Intelligimus etiam inde, qui sint singulorum septenriorum Domini. Nam in nativitate primo septennio præest Luna, secundo Mercurius, tertio Venus, ut in capite tabulæ reliqui sequuntur. 3. Ani nadvrtinus quoque inde, quare anni Climatērici periculosi sint. Incidunt enim in malorum Planetarum dominia. 4. Patet etiam inde quæ præcipuæ sint

vsus tabulæ

Alphridariæ & quæ participes. Præcipuas enim appellamus, quæ in suprema tabulæ parte collocantur: Participes verò, quæ ad latera ejus notantur. Et loquitur de principalibus Cardan: Genit: 34 hoc modo: Alphridaria à nobis certo experimento & ratione sic inventa est: Anni septem primi Luna sunt, tunc maximè obnoxius est puer convulsioni, etsi Avicenna dicat usq; ad annum quintum tantum, discit tum ambulare & loqui. Septem alij sunt Mercurij & sit capax rationis, & agili. Septem alij Veneris, tunc florem habet pulcritudinis & Veneris potens sit, gaudetq; ea, nec post id tempus corpus augetur. Nam Solis siccitas succedit. Septem alij Solis, tunc maximum vitæ robur est & honoris curam gerit. Septem alij Jovis, quo tempore ad labores & audaciam, & statum roboris pervenit. Septem alij Iovis, tunc consilio valet & sapientia & cura rerum advenit. A 42 ad 49 annum J dominatur, & post reditus sit ad eundem ordinem. Vnde Apoplectici à 42 ad 56 annum maximè fiunt Luna & Saturno dominante. Alphridaria igitur felix felicitæ erraticæ in genitura, felicitis item in anni revolutione pro anno illo. Ultimi cuiuslibet Alphridariæ anni periculosi sunt, ut partes ultime signorum generaliter male consentur. Genitura verò 39 hæc scribit: Ad Alphridariæ revertor. Alphridaria filiorum est à 28 ad 42 annum, quoniam J & Z dominantur. & hoc intellexit Plato in 1^o de generationis tempore obscuris verbis. Alphridaria divitiarum à 35 ad 49 annum quia Z & J dominantur. Alphridaria voluptatis à 14 ad 21, quia Q dominatur. Alphridaria laborum à 21 ad 35 annum: D enim & S dominantur. Alphridaria honoris à 21 ad 28 annu, cū etiam tunc vitæ ob id obliviscantur ob D dominium. Alphridaria ingenij à 7 ad 14 & à 21 ad 28 annum, propter J & C: Mediij à voluptatibus intercipiuntur. Alphridaria consilij & astutiæ à 42 ad 49. Tunc enim D dominatur. Alphridariæ post 49 annum omnes retinent aliquid puerilis ineptiæ. Nam à 49 ad 56 timere & cogitare nimis de seipso homo incipit. A 56 ad 63 annum nimis sollicitus sit in negotijs suis. Ad 63 ad 70 negligit nimis actiones suas & vellet juvenilem imitari vitam. A 70 ad 77 incipit frustra considerare de longitudine vitæ: A 77 ad 84 incipit delirare propter J & C: Hæc Cardanus.

5. Notandum quod si directiones inciderint in Dominos Alphridariarum maledicos, quod eventus quoq; inde colligatur evidentior. Ostendunt namq; profectioes in genere. 1. An eo anno in quem incidunt, fausta vel infaustra directiones effectum suum ea sint exertura, an vero in sequentem annorum aliquem d'latura. 2. Cum de anno effectus constat, cognoscuntur per eas quoq; tempora specialiora, hoc est menses istius anni & dies, quibus effectum suum potissimum sunt ostensura. An itaq; primo inventa aliqua directio effectum suum eo ipso in quem incidit anno, sit habitura, per profectioes hoc modo cognoscitur. 1. Considera qualitatem directionis, an bona vel mala sit, & quorum Planetarum, hoc est, quis sit promissor, quis significator. Nam directionis per se consideratæ profectioes absq; directionibus parum monstrant. impotescat. 2. Considera etiam profectioes istius anni in quem directio incidit, in

Quomodo
per profectio
nes effectus
directionis
impotescat.

primis verò eorum Planetarum seu significatorum, quorum facta est directio, an ad corpora vel radios malignos maleficorum Planetarum, aut benignos beneficorum eo anno pertingant, juxta praecepta paulo ante de profectiõibus tradita. 3. Si annua profectiões præcipuorum in themate significatorum, in primis tamen eorum, quorum directio instituta est, qualitate cum directionibus istius anni congruunt, hoc est, si ad directionem faustam fausta profectiões, ad infusam infusta profectiões, eo anno accedunt, effectus istius directionis se eo anno exeret. 4. Quod si profectiões annua cum sui anni directione non congruunt, directionis vis vel hebetabitur, effectusq; remissior apparebit ac obscurior, vel prorsus tolletur, & in sequentium annorum aliquem differetur, cum nimirum, in quem profectiões similes eorundem vel similium significatorum inciderint. Nam, ut jam saepe dictum est, directionum vis plures annos durare potest, donec videlicet promissor alius significatori occurrat. Est tamen effectus cujuslibet directionis semper evidentior & major in principio: Deinceps verò paulatim vires suas directio amittit, & languidior redditur, aut etiam prorsus evanescit, quando profectiõne simili non iuvatur aut excitatur. Postea per profectiões, anni quoq; istius, quo effectum suum directionem habituram esse per præcedentia constat, dies fausti vel infasti pro directionis qualitate innotescunt. Si nempe consideratur, utrum directio mala vel bona sit: Quis item sit ejusdem significator & promissor. 2. Profectiões similes colliguntur, h. e. Si directio mala est, mala: Si vero bona est, profectiões bona colliguntur, in primis tamen istorum significatorum ac promissorum, quorum directio facta est. Et 3. his inventis per doctrinam præcedentem, quæruntur dies anni in quos profectiões hoc modo collectæ, qualitate cum directione convenientes, incidunt. His enim potissimum diebus effectus directionis sese promittit, ac in primis illis dieb; in quos profectiões istorum significatorum ac promissorum terminantur, quorum facta sunt directiones. De effectu autem profectiõum eodem modo ut in directionibus ex signis significatoris & promissoris natura, judicandum est. Significator enim, casum aliquem vel accidens letum aut adversum, pro ut bona vel mala est profectio, nato denunciat in illis rebus, quas per se & per accidens significat. Promissor, istius eventus vel accidentis causam ac originem similiter ex rebus & personis, quas per se & per accidens significat, præmonstrat. Quas res autem & personas quilibet per se & per accidens significet,

Quomodo ex profectiõibus tempus directionis particulare colligatur.

Quomodo de effectu profectiõis iudicetur.

cet, antea ostensum est. Horoscopus enim pro vita dirigitur, & status valetudinis in directionibus, profectiōibus & transitibus significat. Eodem modo ☉ profectiōes, sicut & directiones, per se, pro vita ac valetudinis, item honorum & patris statu, considerantur. Per accidens verò, pro significatis istarum cœli domorum, in quibus vel corpore præsens est ☉, vel absens dominium suum exercet, & sic de reliquis. Quando itaq; ☉ directio bona in aliquem annorum incidit, & accedunt etiam bonæ ac fausta profectiōes, utetur eo anno natus valetudine bona & prospera, evehatur ad honores. Quod si simul nonam radicis domum occupaverit Sol, per accidens felices etiam eo anno peregrinationes nato decernet. Eodem modo de reliquorum Planetarum effectibus, quos in directionibus & profectiōibus annuis cient, est judicandum, principaliter ex natura Planetarum, qui diriguntur, ac quorum profectiōes instituitur, minus principaliter ex loco thematis illo, quem præsentes vel absentes gubernant.

III.
Revolutio.

Revolutio
quid mon-
strat.

Tempus cu-
iusvis revo-
lutionis qui-
bus modis in-
quiratur.

Ad revolutiones quod attinet, quæ & conversiones annuæ nominantur, sunt illæ nihil aliud, quam constitutiones novi thematis cœli ad horam & minutum, quibus Sol ad idem punctum Zodiaci, quod in nativitatis momento tenebat, revolvitur, anno uno aut pluribus ætatis nati elapsis. Judicatur autem ex illis, 1. in genere de statu anni præsentis. 2. si mala directio radicis in eundem annum incidat, & mala revolutio accedat, tunc tanto pejus est metuendum malum. Bona verò revolutio differt aut mitigat malum, præsertim si annus nec novenarius nec septenarius sit. 3. Dies quoq; alicujus accidentis hinc queritur, per directionem revolutionis, eodem modo ut in profectiōibus. Cum verò præcipua hic questio sit, quomodo hora & minutum inquiratur, quo Sol eundem exactè in Ecliptica locum tenet, quem nascente infante tenuit, modum hic brevem inquirendi ostendemus.

Primo igitur proposito anno, cuius revolutionem scire desideras: Quære verum locum ☉ ad meridiem diei natalis istius anni, in quem revolutio incidit, ex Ephemeridibus vel tabulis Prutenicis, pro ut ex Ephemeridibus vel tabulis Prutenicis motum ☉ verum ad thema radicis depromisti. Et si motus is, ad meridiem diei inventus, congruit præcisè in gradibus & minutis cum motu ☉ in radice, ipsum meridiei momentum, erit momentum revolutionis quesita. 2. Si verò, quod frequentius accidit, motus is cum motu ☉ in radice non congruit, quære ipsorum motuum per subtractionem minoris ex maiore differentiam. Hanc tertio loco pone in regulam proportionum. Primum verò locum teneant minuta motus ☉ diurni istius diei: Quæ facile inveniuntur subtracto motu ad meridiem diei

diei

diei propositi annotato à motu diei proximè sequentis. Et medium 24 hora diei naturalis resoluta in 1440 minuta. 3. Facta operatione produces tempus in horis & horarum scrupulis, quo distat momentum revolutionis à meridie diei assumti. 4. Quando motus ☉ in radice maior est motu invento ad meridiem, tempus illud post meridiem numeratum desinet in ipsum revolutionis momentum. Quando vero motus ☉ in radice minor est motu ad meridiem assumti diei invento, tempus illud ex 24 horis subduclum, verum revolutionis momentum à meridie precedentis diei derivandum relinquet. 5. Invento hoc modo vero revolutionis tempore, ad id singulorum Planetarum motus veri, iuxta doctrinam in 2 parte de motibus traditam, supputandi sunt. 6. Per aequationem & meridianorum reductionem, tempus illud in apprensus commutandum est, & ad meridianum loci, in quo natiuitas facta est, reducendum. 7. Per Ascensiones rectas veri loci ☉ & ascensionem temporis post meridiem elapsi, initia domiciliorum in gradibus aequatoris constituenda, & partes Eclipticae his respondentes querenda sunt: Ac hoc modo thema absolvendum est, quod thema revolutionis nominabitur.

Transitus autem, de quibus nunc ultimo loco præcipiendum est, appellantur, quando Planetæ insignem aliquem locum natiuitatis proprio suo motu, qui in Ephemeridibus annotatur, secundum gradus & minuta transeunt. Adhibentur illi in iudicio natiuitatum, perinde ut profectioes dupliciter:

Transitus in iudicio natiuitatum dupliciter adhibentur.

1.

In genere.

Primo quidem generaliter, unà cum profectioibus & revolutionibus ad directiones, ut ostendant, an eae effectus suos sint eo anno, in quem incidunt, habitura. Quando itaq; in annum aliquem incidit directio vel felix vel adversa, considerentur etiam unà cum profectioibus transitus Planetarum, per loca principiorum significatorum & promissorum, in primis vero istorum, quorum sunt facta directiones & profectioes; & videatur, an transitus eo anno qualitate congruant cum directionibus & profectioibus. Si enim ad faustas directiones & profectioes, aliquo in anno accedunt etiam fausti transitus, effectus directionum sine dubio sese eo anno ostendet. Eodem modo, si adversitatem quandam minuitur directio infaustra, & incedunt per significatorum & promissorum loca, in primis vero eorum, quorum sunt facta directiones, transitus Planetarum infausi, periculum à directionis istius effectu eo anno nato imminet. Si vero transitus cum directionibus qualitate non congruunt, hoc est, ad directionem bonam accedunt transitus mali vel contra, erit talis directionis effectus obscurior & remissior. Hoc itaq; modo transitus perinde ut profectioes, per se quidem parum efficiunt, sed ad directiones & profectioes, similes aut dissimiles accedentes, earum vim insigniter excitant ac augent, aut inhihent ac debilitant.

Secun-

II.
In specie.

Secundo. Transitus in specie etiam considerantur, ut per hos dies anni ac menses fausti vel mali cognoscantur. Bona enim directio vim suam potissimum exerit illis anni diebus, quibus à similibus transitibus iuvatur ac excitatur. Sic mala etiam effectum suum maxime illis anni, in quem cadit, diebus promit, quibus per significatorum loca Planetae maligni vel corporibus, vel radijs malignis transeunt. Quando itaque in annu aliquē fausta vel infaustra directiones incidūt, inspiciantur ordine in Ephemeridibus singulorū Planetarū, in primis verò eorū, quorū directiones facta sunt per singulos anni istius menses & dies, motus proprii, istiq; cum locis principuorum significatorum in themate conferantur. Si enim hoc modo benigni Planetae per principua thematis loca corporibus suis vel radijs benignis transire deprehendantur, directionis infaustra effectum, in alium mensem ac diem transferent. Si maligni Planetae corporibus aut radijs suis malignis hac thematis loca obsederint, eo mense ac die infaustra directio suum effectum ciebit. Iudicatur autem de effectu transituum eodem modo in directionibus & profectionibus. Significator enim, hoc est punctum id, per quod Planetae maligni vel benigni transeunt, accidens aliquod de sua natura designat prosperum vel aduersum, cuius originem & causam patefacit promissor, hoc est, Planeta aut radius per significatoris locum transiens, eum vel fortunatum reddens, vel affligens ac ledens. Vbi rursus Planetarum significationes, quas per se ac per accidens obtinent nota esse debent.

F I N I S.



